PRimum igitur tanq; vere fundamentum nostri operis ad exemplum bonorum omniū sumamus egyptiū Joannem: qui vere etiam solus satis superq; sufficiat religiosas: & deo denotas mentes ad virtutū culmen erigere: & ad perfectionis vestigia concitare. Hunc enim vidimus in Thebaidis partibus in heremo: que adiacet ciuitati Lyto: in rupe quadam montis ardui cōmanentem. Ascensus ad eum difficilis: adit' monasterij eius obstrusus & clausus: ita vt a quadragesimo etatis sue anno vsq; ad nonagesimum quē tunc gerebat cum eum vidimus: monasteriū ei' nullus intrauerit. Aduenientibus vero per fenestram se videndum prebebat: & inde eis vel verbum dei ad edificationem: vel si qua fuissent consolationis responsa reddebat. Mulierum tamen illuc nulla, nec ad conspectum quidem eius accessit: sed & viri raro & certis quibusq; temporibus. Cellam sane hospitalem extrinsecus fieri permisit: in qua aduentantes elonginquis regionibus paululum requiescerent: ipse vero intrinsecus solus soli deo vacans: non diebus non noctibus a colloquijs dei & oratione cessabat. diuum illud: & quod super omnem mentem est: tota mentis puritate consectans. Quanto enim se ab humanis curis & colloquijs sequestrabat: tanto illi diuinior & ppinquior deus erat. Intanta denicq; mentis sue sinceritate profecerat: vt non solum eorum que erant scientiam consequeretur a domino verum & eorum que futura erant prescientiam mereret. Euidenter nāq; ei dominus prophetie gratiā cōtulit: itavt non tantum ciuibus & prouincialibus suis si forte percunctaretur: futura prediceret: sz imperatori Theodosio: vel quos belli erit' hostiturus esset: vel quibus modis victoriam caperet de tyrannis. sed & quot irruptiones passurus esset gentium barbarum sepe predixerit. Quodā etiam tempore cum gens ethyopum romanus militem circa cirenē[que prima est ex ethiopie pti b' Thebaidis ciuitas[incursaret: & strages plurimas nostrorum dedisset: predamq; durasset: venienti a se romano duci: & metuenti confligere cū eis. eo q exiguus ei erat militum numerus: & hostilis contra se innumera multitudo. Johannes statutum designans diem: pgel inquit[securus, die enim qua dixi & hostem psternes: & spolia capies: predamq; reuocabis. Quod cum fuisset impletum etiam apud augustum: quia charus acceptusq; futurus esset predixit. Hec apud illum prophetie gratia habebat. vt magis hoc illo: cui qui percunctabantur q̄ suis meritis ascriberet. Dicebat enim non pro se hec sed p illis qui audiunt a deo pnuciari. ¶ Aliud q̄q; p eū mirum valde dñs ostendit. Tribun' quēdā ad agendū militē pgens venit ad eū & obsecrare eū cepit: vt pmitteret ēt coniugē suā venire ad se. Multa nāq; ea dicebat ptulisse pericula ob hoc tm̄ vt faciē eius videret. Tunc ille negat vnq; moris fuisse videndi mulieres: & hoc incipue ex quo in illius rupis se monasterio oclusisset. Tribunus pfitit obsequēdo & pfirmādo: q nisi videret eū: esset sine dubio in multa tristitia peritura. Cumq; iterū ac sepius eadem peteret. & cām mortis eū sue cōiugis pfirmaret futuruz: atq; inde eā interitū: vnde salutē sperauerat acceptura. Tūc fidē & iportunitatē eius aspiciēs senior. Vade inq̄t videbit me cōiunx tua hac nocte: non tm̄ veniet huc: sed in domo sua atq; in lecto suo manebit. Post hec vba abscedit vir: ābiguitatē respōsi in pectore suo vsans. Cumq; hec ēt cōiugi nūciasset: simili mō nichilominus ēt mulier sermonis incerto fatigabat. Sed vbi somni tps aduenit: adest bō dei pvisum: & adfistēs mulieri: fides inquit tua magna est o mulier: & ideo veni desiderio tuo satisfacere: te tm̄ moneo: nō vt faciē corporalē seruor desideres dei: sed vt gesta & actus p spm̄ ꝛtēpleris. Spirit' em̄ est q̄ viuificat. nā caro nō pdest quicq̄. Ego aūt nō quasi iust' aut ppheta. vt putas sed p fide vestra intercessi p vobis apud deum & concessit tibi oium mo: bō rū[quos in corpore tuo pateris[sanitatem. Eris ergo ex hoc sana & tu & vir tuus: & benedicet' domus vestra. Sed & vos memores estote beneficij adeo vobis collati: & timete dominum semp: nec amplius q̄ stipendijs vestris debetur aliq̄d requiratis. Sufficiat ergo tibi hoc q̄ vides me in somnis: & amplius non requiras. Euigilās autem mulier indicauit viro suo que viderat queq; audierat. sed & habitum viri & vultum: atq; omnia signa eius exposuit. Super que ammiratus vir eius: regressus ad hominem. dei gratias refert: & accepta ab eo benedictione perrexit in pace. ¶ Alio quodam tempore prepositus quidam militum venit ad eum cuius vxor grauida ab eo relicta ē in domo sua. At illa ipsa die qua ille ad beatum Johannē venerat: partus edens periclitabatur. Tūc sanctus homo dei: si scires inquit donū dei: & q: tibi hodie natus est filius gratias

ageres dño. Sed scito matrem pueri periclitatā aderit tamen dominus: & inuenies eam sanam. Festina ergo & redi in domum tuam: & inuenies puerum septem dierum: & vocabis nomen eius Johannem hic nutriatur in domo tua absq; vlla contaminatione gentili septem annis: quibus pactis trade eum monachis eruiendum sanctis & celestibus disciplinis. ¶ Multis preterea ad se venientibus siue prouincialibus siue peregrinis: cum res popo: cisset: occulta cordis eorum indicabat: & si quid forte peccati ab eis in occulto fuisset admissum secretius coripiens arguebat: & ad emendationem ac penitentiam prouocabat. Nili quoq; fluminis abūdantia siue aquarum penuria futura esset predicebat. sed & si forte ex offensa hominum plaga aliqua & correctio a domino imminneret: similiter premouebat: & si quid cause esset: pro qua introduceretur fames: aut castigatio designabat. Sanitates quoque & curas corporum: ita de poscentibus conferebat vt omnem ex hoc iactantiam fugeret. Non enim permittebat ad se incommodatos deferri: sed benedicens oleum dabat: ex quo peruncti sani fierent a quacunq; infirmitate tenerentur. Senatoris cuiusdam aliquando vxor execrata est. hec deprecabatur virum suum vt eam perduceret ad hominem dei. Cui cum responderet vir suus non ei esse moris videndi mulierem rogat vt indicaret ei tantummodo imbecillitatis sue causam & deprecaretur vt orationem faceret p se. Cumq; legationem pertulisset vir eius ad eum orans & benedicens oleum mittit ad illam. Ex quo per triduum iungens oculos suos visum recepit: & deo gratias egit. Sed & multa eius sunt gesta que narrare satis longum est. Unde omissis his interim que auditu comperimus: ad ea que oculis nostris conspeximus veniamus. Septem fuimus simul[fratres comitantes qui ad eum venimus. Cumq; salutassemus eum omniq; nos letitia suscepisset & vnumquemquā nostrum gratifice alloqueretur rogatus a nobis orationem simul ac benedictionem dare[hoc enim moris est apud egyptios monachos: vt sibi aduenerint fratres: statim per orationem sibi inuicem referantur[interrogabat si quis in nobis esset clericus. Et vt omnes negauimus, respiciens ad singulos intellexit esse inter nos quendam qui huius erat ordinis sed latere cupiebat. Erat enim diaconus & hoc preter vnum solum qui ei fidus erat etiam ipsi itineris comites ignorabant. Ut surus enim tales ac tantos viros humilitatis gratia celare voluit gradus sui honorem vt inferior haberetur in ordine his quibus se longe inferiorem esse meritis indicabat. Sanctus ergo Johannes vt eum vidit equidem cum esset adolescentio: ceteris digito ostendens eum. Hic inquit diaconus est. Et cum adhuc negaret: ap-

pbendens eum manu sua eroscultatus est & dixit. Noli fili negare gratiam dei: ne incuras p bono malum: pro humilitate mendacium. Caue dum nanq; est omni modo mendacium: siue pro malo: siue etiam pro bono proferri videatur: quia omne mendacium non est a deo: sed sicut saluator dicit a malo est. At ille his auditis quieuit: blandam nanq; eius correptionem equanimiter tulit: & cum oratione domino obtulisset': post finem vnus ex fratribus nostris tertiano typo. id est febre grauissime vexabatur: & rogabat hominem dei: vt ab eo curaretur. Qui ait ad eum. Rem tibi necessariam cupis abscere: vt enim corpora nitro vel alijs huiusmodi liniamentis abluuntur a sordibus. ita anime languoribus alijsq; huiusmodi castigationibus purificantur. Et post q̄ de his nobis multa per doctrinam mysticam disserit: benedicens tandem oleum dedit ei. Quo peruncto eger omnem continuo abundantiam fellis euomuit: & sanissimus redditus: pedibus suis ad diuersoriū redijt. Post hec iubet offitia erga nos humanitatis atq; hospitalitatis exhiberi: & corporis curam geri. Ipse vero sui negligens nostri sollicitus erat. Jam enim continuo viu & iugi consuetudine: nec recipere cibum[nisi in vesperum poterat: & hunc exiguum. Erat autem attenuati & aridi corporis: pre abstinētia. capilli eius & barba quasi ex languore nimio rara & tenuis: vtpote quem nullus sufficiens cibus nutriret: nec setio aliquis humor infunderet. Observabat enim tunc: cum iam nonagenarius[vt supra diximus ageret etatem, vt nullum vt paucis vtar verbis per ignem paratum sumeret cibum. Igitur post hec hospitalitatis officia: regressos ad se sedere nos iubet: & tunc demum quidem vnde vel cur aduenerimus inquirit: cum iam nos letos & omni cum gaudio tanq; notos prosequios susceptisset. Cumq; respōdissemus q̄ de Hierosolymis ad eum vtilitatis & profectus anime nostre causa venissemus: vt ea que olim ad auditum nostrum fama pertulerat: ipsi nunc oculis nostris cerneremus: quoniam quidem tenacius solent inherere in. morie ea que oculus viderit q̄ que auris audierit. Tunc beatus Johānes vultu placidissimo & quasi subridens ex abundantia letitie hoc modo respondit ad nos. O viri: inquit admodum dulcissimi pueri laborem vos tanti itineris susceptisse: cum nichil ad hec dignū in nobis videre possitis. Homines enim sumus humiles & exigui: nichil habentes q̄ vel expeti debeat vel mirari. Et tamen etiam si esset aliquid in nobis fm opinionē vestrā: non tale quale legitis in prophetis dei & aplis. Quid vtiq; ob hoc in ecclesijs recitant: vt exemplavite boibus non de lōginquis & peregrinis locis querantur. sed domi vnusquisq; & apud se habeat quod debeat imitari. Unde plurimū miror intentionē vestri labo-

ac studij: ꝙ ꝓfectus anime vestre causa: tantas superare regiones, tantosq; labores subire voluistis cum nos eousq; pigritia desidiaq; constringat: vt nec cellulas nostras pergredi audeamus. Uerūtamen quoniam putatis esse in nobis aliq̄d ex quo ꝓficere debeatis: hoc primum vobis iudicandum est: vt hoc ipsum ꝙ venistis ad nos: et tātum laborem videndi nos suscepistis: ne iactantiam alicuius habeatis ꝓspectum vt non tam ꝓficere ad animi virtutem q̄ proferre se: et iactare vnusquisq; vestrum velit: ꝓ eo ꝙ viderit eos: qui apud alios exauditu solo cogniti videant. Brave est iactantie vitium: et periculosum nimis: et qō de ipso etiam perfectionis fastigio deijcit alios: et ideo hoc vos primos oīum cauere volo. Est aūt species mali huius duplex quidē. Nonnullis em̄ accidit in ipsis statiz initijs conuersionis sue: cū parum aliquod vel abstinentie impenderint vel pecūnie in pauperes erogauerint: et cū de eis ita sentire debeant: quasi quod ꝛpediret abiecerint ita agunt et ita sentiunt: quasi eminentiores sint illis: quibus aliquid elargiti sunt. ¶ Alia vero ē iactantie species cum quis ad summam virtutez prevenīens, non totus deo: sed suis laboribus ac studijs deputat: et dum ab hominibus gloriā querit: perdit eam que a deo est. Propter quod filioli mei fugiamus omni genere iactantie vitiuz ne forte incurramus cum lapsum: quem dyabol' incurrit. Tunc preterea cordi nostro et cogitationibus precipua adhibenda est diligentia. Obseruādum nāq; est ne qua cupiditas: ne qua voluptas prava: ne quod desiderium vanum: et quod nō est ꝑm deum radices in corde nostro defigat. Ex huiusmodi enim radicibus continuo pullulant vage et inutiles cogitationes: et intantum molestę sunt: vt nec orantibus nobis cessent: nec in cōspectu dei consistentibus nobis et precibus pro salute nostra offerentibus exeant: sed rapiunt a nobis captiuam mentem, et cum corpore stare videamur in oratiōe, sensu et cogitatione euagemur et ducimur per diuersa. Si quis ergo est qui se putat renunciasse mundo et operibus diaboli: non sufficit in eo renunciasse vt possessiones et predia ceteraq; seculi negocia reliquerit: nisi etiam propijs vitijs renunciauerit: et inutiles ac vanas abiecerit voluptates. Hec enim sunt de quib' apostolus dicit. Desideria vana et nociua, que mergūt hoīem in interitum. Hoc est ergo vere renunciasse diabolo et operibus eius. Diabolus enim per alicuius vitij et occasionez et prave voluptatis aditum irrepit in cor nostrum: quia vitia ex parte illius sunt: sicut virtutes ex deo sunt. Si ergo sint vitia in corde nostro: cum venerit princeps eorum diabolus: quasi ꝓprio auctori dant locum, et introducunt eum velut ad possessionem suam. Et inde est ꝙ nunq̄ huiusmodi corda pacem habere possunt: nunq̄ quietem, sed semper conturbant: semper terrentur: et nunc vana letitia: nunc inutili tristitia deprimūtur. Habent enim intra se habitatorem pessimum cui introeundi ad se locuz ꝑ passiones suas et vitia fecerunt. Econtra ꝙ mēs que vere renunciauit mūdo hoc est que abscidit et amputauit a se omne vitium: et nullum introeūti ad se diabolo reliquit aditum: iracundiam, cohibet: furoē reprimit: mendacium fugit: execrat inuidiam: et non solum non detrahere sed ne malum quidem sentire: aut suspicari de primo suo patiūtur: que fratris gaudia: sua dicit et tristitiam eius suam tristitiaz deputat. Que hec ergo et horum similia obseruat mens: spiritui sancto aperit in se locum. Qui cum ingressus fuerit et illuminauerit eam: semper ibi iam gaudia: semper letitia: semper charitas: patientia: longanimitas: bonitas et oēs qui sunt fructus spiritus oriuntur. Et hoc erat quod dicebat dōs in euangelio. Nō ꝑt arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala fructus bonos facere. Ex fructibus enim ꝓbatur arbor et cognoscitur. ¶ Sunt aūt nonnulli q̄ videntur seculo renunciasse et curam nō adhibēt ad mundiciam cordis: neq; vt vitia et passiones resecent ex anima sua moreq; componant: sed hoc tantum student, vt videant aliquos sanctorū patrum et audiant ab eis aliqua verba: que narrantes alijs glorientur se ab illo vel illo didicisse: et si cubi forte vel audiendo vel legendo parum aliq̄d scientie acquisierint: continuo doctores fieri volunt et docere non ea que egerint sed que audierint et viderint despicientes ceteros. Affectāt ipsi sacerdotium atq; immergere se conantur ad clericatum: nescientes: q; minoris condemnationis est si quis ipse virtutibus polleat et alios tū docere non audeat: q̄ si ipse passionibus et vitijs premat: et alios de virtutibus doceat. Sic ergo filioli mei neq; fugiendum omni modo dicim' clericatum vel sacerdotium: neq; rursus oīmodis expetandum sed danda opera est vt vitia quidez a nobis depellantur et virtutes animi conquirant dei autem iudicio relinquendum est: quem velit: et si velit assumere sibi ad ministerium: vel ad sacerdotium. Non enim qui seipsum ingesserit sed quem dōs assumpserit ille ꝓbatus est. ¶ Oportebi autem illud opus est precipuum vt orationez puram offerat deo nihil habens in conscientia reprehensibile sicut dōs dixit in euangelio. Cū steteritis ad orationem remittite fratribus vestris si quod habetis contra eos ex cordibus vestris. nisi enim remiseritis fratribus vestris nec vobis remittet pater vester celestis. Si autem remiseritis fratribus vestris et vobis remittet pater vester qui in celis est. Si ergo mundo ſvt supra diximus ſcorde astiterimus ante deum: et liberi ab oībus his vitijs et passionibus quas supradiximus poterimus inq̄tum possibile est etiam deum videre: et orantes oculos cordis nostri in ipsum di-

rigere et videre inuisibilem mente non corpore: intellectu scientie non carnis aspectu. Nemo enim se putet posse ipsam ſsicut est] diuinā substantiā contueri: ita vt speciem sibi aliquam aut imaginem fingat in corde corpoream alicuius imaginis similez. Nulla forma in deo cogitetur nulla circūscriptio sed sensus et mens que sentiri quidez possit: et perstringere mentis affectum: non tamē cōprebēdi aut describi aut enarrari valet. Et ideo oportet cuz omni reuerentia et metu accedere ad eum et ita in eum librare mentis intuitum: vt omne quicquid potest splendoris: claritatis: fulgoris: maiestatis mens humana conspicere: super omnia esse eum sentiat semper: et hoc sicut dixim' si pura mēte fuerit: necvllis prave voluptatis sordibus occupata. Et ideo in hoc maxime oportet operam dare: eos qui renunciare seculo volunt et deum sequi videntur sicut scriptum est. Uacate et cognoscite quoniam ego sum deus. Si ergo cognoueritis deum in cōtū homini possibile est tūc demum etiam reliquorum que sunt scientiam capiet et mysteria dei agnoscet: et ꝓto purior in eo fuerit mens, tanto plura ei reuelat deus et ostendit ei secreta sua. Amicus enim iam efficitur dei sicut illi quibus in euangelio dicebat saluator. Jam non dico vos seruos sed amicos: et omne q̄c quid petierit ab eo tanq̄ ab amico charo prestat ei deus Ipse quoq; virtutes angelice et cūcta mysteria diuina tanq̄ amicum dei diligunt euz et obsequuntur eius petitionibus. Et hic est quem a charitate dei [q̄ ē in christo Jesu] neq; mors separat: neq; vita: neq; angeli: neq; principatus: neq; potestates: neq; alia creatura. Et ideo charissimi quando quidem hoc elegistis vt deo placeatis: et ad charitatem ei' perueniatis date operam alieni effici ab omni iactantia: ab omni vitio animi: ab omnibus delitijs corporibus. Delitias autem corporales non solum illas putetis quib' homines seculi fruūtur: sed abstinenti delitie credēde sunt quicquid pro cupiditate sumpserit ēt si vile illud sit: et quod in vsu esse ſabstinentib' solet. Aqua deniq; ipsa vel panis si cum cupiditate sumatur, id est non vt necessitate corporis sed vt animi desiderio satisfiat, hec etiam abstinenti in delitiarum vitium ducitur. Oportet enim in omnibus consuescere: animaz vitio carere. Jdeo deniq; dominus docere volens animam desiderijs et voluntatibus suis resistere: dicebat. Intrate per angustam portam: quia lata est et spaciosa via que ducit ad mortem: angusta autem et arcta via est que ducit ad vitam. Lata est ergo via anime cum qualicunq; desiderio suo satisfecerit: angusta vero est cum voluptatibus suis repugnat. Nullum tamen prodest ad hec obtinenda secretio: habitatio, et conuersatio solitaria: q; interdū per occasionem aduentantium fratrum et euntiū ac redeuntium frequentiam: abstinentie et parsimonie frena laxantur: et per huiusmodi occasiōes venitur paulatim in consuetudinem et vsum delitiarum: et sic interdum etiam perfecti iam viri capiuntur. Jdeo deniq; et Dauid dicebat. Ecce elōgaui fugiens et mansi in solitudine, expectabam eum qui saluum me faceret a pusillo animo et tempestate. ¶ Postq̄ autem multa nobis sanctus Jobannes de iactantie vitio aliisq; ꝙplurimis vtiliter disseruit: ad vltimum dixit. Referam autem vobis quid etiam nuper cuidam ex fratrib' nostris acciderit: vt cautiores vos precedentia exempla constituant. Erat quidaz apud nos monachus in hac vicino heremo commanēs: cui habitaculum spelunca erat: vir summe abstinentie quottidianum victum labore manuum querens in oratiōnibus die noctuq; persistens: cunctisq; animi virtutibus florens. Sed hic letis successibus elatus confidere quasi in profectibus suis cepit: et non deo totum: sed sibimet ipsi quod profecerat deputare. Hanc autem eius intuens animi presumptionem tentator: continuo accendit, et laqueos parat. Quadam namq; die ad vesperaz fingit speciez decore mulieris oberrantis per beremum: que velut fessa post nimium laborem accedens ad ostium spelunce monachi se lassabundam simulans ac fatigatam intrinsecus semetipsam proiecit: atq; aduoluta genibus viri vt sui misereatur exorat. Nox enim me infelicez inquit in heremo latitantem comprehendit: iube me recipi scere ī angulo cellule tue: ne forte efficiar nocturnis bestijs preda. At ille primo miserationis obtentu recepit eam intra spelunczq; requirens que ei causa errandi per heremum fuerit. Illa causaz fingit satis accurate: et interim venena bladimentorum atq; illecebre virus per omnem textuz narrationis interserit nunc se miserandaz: nunc etiā defensione dignam ostendens elegantia et suauitate sermonis inclinat animuz hominis: et in affectum sui illecebroso amore deflectit. Hinc iam inter blandiora colloquia iocus risusq; miscent' manus etiam procax ad mentuz barbamq; quasi venerandi specie protenditur. tum vero palpare cericem mollius collumq; lenigare. Quid multa? Ad vltimum captiuum ducit militem xp̄i? Continuo enim perturbari intra semetipsuz: et libidinis fluctibus estuare cepit: nequaq̄ laborum preteritorum: nequaq̄ professionis ac propositi sui memor. Paciscitur cum cordis sui concupiscentia: et intra arcbana cogitationum suarum fedus cum falsa cupiditate componit. Inclinat stultus latera sua: et efficitur sicut equus et mulus quibus nō est intellectus. Atq; vbi obscenos iam conabat' intre complexus illa vlulatum teterrimuz dire vocis emittens vmbra vt erat tenuis: per manū amplectentis elabitur: ipsum quoq; dedecorosis motibus inanes auras sectantem fedissima cum irrisione deseruit. Tunc preterea multitudo demo-

num in aere ad hoc ipsum spectaculum cōgregata. clamore ingenti: cum cachinno exprobatiōis eleuato. Insultant Jo monache monache: qui te vsq; ad celum extollebas: quomodo demersus es vsq; in infernum? Disce ergo, quia qui se exaltat humiliabitur. Tunc ille velut amens effectus: & deceptionis sue pudorem non ferens grauius a semetipso decipitur: quam fuerat a demonibus deceptus. Cum enim debuisset reparare semetipsum & renouare certamen: ac satisfactione sui lachrymis & humilitatis fructibus: prioris elationis culpam delere: hoc non faciens sed desperans semetipsum [sicut apostolus dixit] tradidit omni impudicitie & inquinati. Regressus est enī ad vitam secularem: preda demoniū factus. Refugit nanq; conspectus omniū sanctorum: ne q̄s posset eum salutaribus monitis de precipitio reuocare. Si enim reddere semetipsum priori vite & abstinentie voluisset recuperasset sine dubio & locum & gratiam. Deniq; audite quid & de alio viro gestum sit: similiter cuidam tentato: sed nō simili exitu tentationis effuso. Fuit quidam vir in hac proxima ciuitate vitam turpissimam per omne facinus ducens: ita vt opinatissimus in flagitijs haberetur. Hic aliquando de miseratione compunctus ad penitentiam conuertitur: & intra sepulchrum se quoddam concludens priorum scelerum pollutiones lachrymarum fontibus diluebat: diebus ac noctibus in faciem prostratus & nec subleuare quidem ausus oculos ad celum: neq; vocem emittere: & nomen dei nominare: sed in solis gemitibus & fletibus perdurabat: & tanq̄ viuens sepultus de inferno iam quodammodo mugitum cordis gemitumq; reddebat. Cumq; in his posito eo septimana vna transisset: nocte veniunt ad eum demones in sepulchro clamantes & dicentes. Quid est hoc quod agis ō impurissime & flagitiosissime: posteaq̄ omni spurricia: omniq; impuritate satiatus es: nunc vis castus & religiosus procedere? & posteaq̄ consenuisti in celeribus: nec iam sufficiunt vires ad facinora delenda: nunc christianus videri vis: & pudicus & penitens: quasi vero alius tibi iam vllus possit dari locus satiato in malis: nisi ille qui tibi nobiscum debetur. Unus ex nobis es: alius iam esse non poteris. Redi ergo magis: redi ad nos: & quod supererat tibi tempus in perfruenda voluptate non perdas. Preparamus abundantes delitias: preparamus scorta nobilissima: & cuncta alia, que florem tibi possint reparare gratissime iuuentutis. Quid temetipsum vanis & inanibus conficis cruciatibus? Quid temetipsum ante tempus supplicijs tradis? Quid enim aliud eris passurus in inferno: nisi hoc quod nunc tibi ipsi concitas? Si te pena delectat expecta paululum & inuenies paratam, nunc interim fruere muneribus nostris: que dulcia semper & grata duxisti.

Hec & huiusmodi plura exprobrantibus eis ille iacebat immobilis: nec auditum quidem suum conuertens ad eos: nec vllum penitus sermonem respondens. Tunq; ille sepius hec eadem repetere nt & alia duriora, nec ille omnino moueretur in furorem prolapsi demones: vbi viderunt verba contemni: verberibus eum aggressi sunt: multisq; supplicijs excruciatum semineccm reliquerunt. Nec tamen in tot tātisq; cruciatibus moueri saltem potuit a loco: in quo orationis causa iacuerat. Postera die quidam suorum requirentes eū humanitatis dumtaxat gratia: inueniunt penis incredibilibus affectum & causam percunctātes cum didicissent, rogabant: vt cure gratia reportari se ad domum propriam pateretur. Abnegat, & in eodem permanet loco. Tunc vero & sequenti nocte repetentes demones grauioribus eum verberibus cruciabant. Sed nec sic quidem moueri voluit a loco melius esse dicēs mortem subire q̄ vltra demonib' obedire. Nihilominus tertia nocte multitudo conuenit demonum. & absq; vlla miseratione irruentes in eum omnibus penis cruciatibusq; conficiunt. Tunq; iam corpus defecisset in supplicijs extremus tamen spiritus obsistebat imperio demonum. Quod vbi impij perviderunt exclamantes voce magna vicisti inquiunt vicisti, & mox velut virtute quadam celitus fugati precipites abscedunt: nec vltra ei quicq̄ sue artis, aut sceleris intendunt. Ipse vero intantum virtutibus animi profecit, & ita ornatus moribus effectus est, ac totius diuine gratie gloria repletus, vt omnis hec regio quasi e celo eum ipsum videret: & vnum esse ex numero crederet angelorum: omnes pene simul atq; vno ore dicentes hec est mutatio dextere excelsi. Quanti exemplo eius qui iam semetipsos desperauerant: rursus per penitentiam ad spem salutis regressi sunt et emendationem sui: quam prius desperauerant: presumpserunt? Quanti admiratione eius de ipso iam inferno peccatorum retracti sunt & ad virtutis idolem reparati? Illo nanq; tanta immutatione conuerso: omnibus omnia visa sunt possibilia. Non solum autem emendatio morum floreba in eo & assumptio virtutum: verus gratia dei plurima ei collata est. Signa enīq; & prodigia, que ab eo facta sunt: quantum apud dominum haberet meritum testabantur. Sic humilitas & conuerso bonorum omnium materiam prebet. Elatio & desperatio interitus, & mortis est causa ad effugiendum vero periculi lapsum & conquirendam dei gratiam: atq; ipsius diuinitatis euidentiorem notitiam capiendam plurimum prodest secretio: conuersatio, & heremi interioris habitatio. Quod vos non tam verbis q̄ rebus ipsis & exemplis melius docere puto. Fuit quidā monachus qui in heremo hac [que pre ceteris interior est] habitabat. Hic cum plures annos in ab

stinentia perdurasset: & prouectus tempore prope iam ad senilem venisset etatem: omni virtutis flore adornatus ac totius continentie magnitudine sublimatus. Qui cuz in orationibus & hymnis sedule deo deseruiret, tanq̄ e merito militi sue dominus remunerationes parat: vtpote qui in corpore adhuc positus instar angelorum incorporee vite officijs fungeretur dignum iudicans annonam celestem prebere ei in deserto, qui celestem regem peruigilibus presto labatur exercitijs: vt digne frueretur celestibus alimonijs.

Volens ergo deus etiam in hoc seculo remunerare eius fidele propositum: ad prouidentie sue sollicitudinem quottidiani victus eius reuocat curam. Ut enim cibi vsum poposcisset natura necessitas: ingrediens speluncam suam inuenit: mense panem superpositum: mire suauitatis: miriq; candoris. Ex quo refectus: & gratias diuine prouidentie referens rursus ad hymnos & orationes conuertebatur. Ad quem multe etiam reuelationes: multeq; de futuris reb': a deo premonitiones fiebant. In his ergo talibus ac tantis profectibus positus: quia gloriari quasi de meritis suis cepit: & celestis beneficij munus: vite sue meritum dixit. Continuo subintrat eum parua quedam desidia animi tam parua: quam nec posset aduertere. Post hec creuit maior negligentia: ita vt tardior iam fieret ad hymnos: sed ad orationem pigrius surgeret. Psalmi quoq; ipsi [non ea qua prius vigilantia] ab ipso canerentur: sed vbi parum quid exhibitum fuisset soliti ministerij: anima eius quasi nimio labore fatigata requiescere festinabat: quia sensus eius reprobus effectus: de sublimioribus ad inferiora corruerat: & cogitationes sue per diuersa eum precipitia rapiebant. Erat enim iam in corde eius clandestina quedam & turpis ac nephanda cogitatio: consuetudo tamen prior velut si decursus aque etiam cessante remigio adhuc priore impetu nauigium ferat: ita & vetus institutio ad consueta hominem officia trahebat. Ob quam causam & adhuc stare in suo statu videbatur. Iubet ergo cum post orationes cibum solitum requisisset ad vesperam: ingressus locum: in quo refici consueuerat: inuenit solitum panem mense superpositum, ex quo refectus: nihil de eorum que in corde suo versabantur emendatione curauit: nec immutationis sue dāna psensit: sed sperneudo minima paulatim se casurum non intellexit. Interea cum grauī iam libidinis incēdio stimularetur: & inflammatus turpis concupiscētia raperetur rursus ad seculum: illa interim die cohibuit se: & solita hymnorum & orationum mysteria ex more persoluit: atq; ingressus vt cibum sumeret: panem quidem inuenit mense superpositum, sed aliquantulum sordidiorem. Admiratus est: & tristis effectus intellexit q̄ ipsum respiceret hoc genus monstri: tamen cibo sumpto refectus est. Post in diem tertium replicatis vigeri stimulis cepit occupauerant enim cogitationes eius quasi iam presentis & secum posite: secumq; accumbentis imago mulieris: quam & complecti sibi videbatur: & ad turpes vsus habere subtractam. Processit tamen & sequenti die ad sollita psallendi & orandi officia: sed stabat vagus oculis: & mente captiuus. Cunq; solito ingressus ad vesperam requireret cibum: panem quidem inuenit super mensam: sed sordidissimum ac aridissimum: & quasi a muribus vel canibus vndiq; corrosum. Tunc ille vt hoc vidit ingemuit: & lachrymas fudit: sed non ita ex corde: nec ita vberes que possent flammas tanti ignis extingnere. Verumtamen sumit cibum: sed neq; qualem consueuerat: neq; quātum solebat. Cum interim cogitationes eum tanquaz cohors barbarica vndiq; circumuallant: & omni ex parte in eum tela iaculantur: ac victum captiuumq; eum ad seculum trahunt. Exurgens ergo cepit iter agere noctu per heremum & tendere ad ciuitatem: sed vbi dies facta est: ciuitas quidem adhuc longe aberat. Ipse vero cum rapidissimo estu torqueretur & fatigaretur in heremo vndiquaq; versus considerare oculis cepit & requirere: si ubi esset in vicino monasterium. Et cum respexisset fratrū quorundam cellulam: tendebat illuc: vt apud eos requiesceret. Quem vbi adesse senserc serui dei: continuo precurrunt in obuiam: & velut angelum dei excipientes adorant: pedes lauant, ad orationem inuitant: mensam ponunt: atq; omnia ꝑm diuinum mandatum complent charitatis officia. Verum vbi refectus est & paululum requieuit: ex more quasi ab eruditissimo patre ceperunt verbum edificationis expetere: ac monita salutis inquirere. Interrogauerūt quoq; eū quō q̄s diaboli laqueos possit effugere: aut si q̄s turpes iniecerit animo cogitationes: quō depelli possint & abiici. Tum ille vt cōpulsus est monita fratribus dare: & salutis eos via docere ac de insidijs demonū [quas serui dei intēdūt] facere sermonē: illos quidē plane & sufficienter docuit: sibi vero ipsi stimulos cōpunctionis inficit: & in semetipm regressus ait. Quō ego alios moneo: & ipse decipior? aut quō alios corrigo: q̄ meipm nō emendo? Age ergo miser: facito ipse prior que facere alios doces. Cunq; huiusmodi increpationibus verteretur a deorsum semetipsum: & intellexisset se miserabiliter supplantatū. Vale dicens fratribus: cōtinuo se cursu rapidissimo in heremum dedit: & ad speluncā de qua discesserat: redijt prosternēs se domino in oōne dicens. Nisi dominus adiuuisset me: paulominus habitasset in inferno aīa mea. Et iterum: paulominus fui in omni malo: & paulominus consummauerunt me in terra. In hoc

vero completū est quod ait scriptura. Frater fratrē adiuuans exaltabitur: sicut ciuitas munita & fortis. Post hec ergo permansit omni vita sua in luctu & lachrymis videſ diuinitus sibi concessuz celestis mēse beneficium pdidisse cepit enim in labore rursus & sudore vultus sui manducare panē suum. Conclusit autē se intra speluncam: atq; in cilicio & cinere iacens tandiu lugens flensq; pmansit in oratione: donec assistēs ei angelus domini diceret ad eum. Suscepit domin⁹ penitētiam tuam & repropiciatus est tibi: sed caue ne vltra elatus decipiaris. Veniēt ad te autē fratres: quos tuipse docuisti deferētes tibi benedictiones: quas suscipere ne recuses: & sumens cum eis cibum age gratias deo tuo. ¶ Hec autē locutus sum vobis filioli mei: vt sciretis quanta sit in humilitate fūmitas & in elatione ruina q̄ maxima. Ideo deniq; & saluator noster primam beatitudinē de humilitate docuit dicēs. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū celorum simul bniusmodi exēplo discentes, vt cautiores sitis, ne a demonibus in cogitationum subtilitate seducamini. Propterea enim & forma huiusmodi inter monachos obseruatur: vt si q̄s ad eos veniat: siue vir ille seu mulier sit: siue senex siue iuuenis: siue ignotus: siue notus: ante omnia vt oratio fiat & nomē domini inuocetur: quia si fuerit aliqua transformatio demonis: continuo oratione facta diffugiet. Si vero in cogitatione vestra suggesserint ipsi demones aliquid vnde laudari de beatis & extolli: non acquiescatis eis: sed tunc magis vosmetipsos humiliate in conspectu domini & pro nihilo ducite: cum vobis illi aliquid de sectanda laude suggesserint. Deniq; etiam me frequenter demones noctibus seduxerunt: & neq; orare me neq; requiescere pmiserunt: fantasias quasdam p noctem totam sensibus meis & cogitationibus suggerētes. Mane vero velut quadam illusione prosternebant se ante me dicētes. Indulge nobis abba: quia laborē tibi incussimus tota nocte. Ego autē respondi ad eos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem & non temptetis seruum domini. Et vos ergo filioli quietē filētiumq; diligite: & scientie operam date: atq; exercete vosmetipsos vt frequēti collatione mēterem vestram puram exhibeatis deo: ne orationes vestre impediantur apud deum. Quis etenim illi bonum opus agant: & sit in illis probabilis conscientia: qui inter seculares positi exercētur in operibus bonis & occupāt semetipsos actib⁹ religiosis & sanctis: vel hospitalitatem sectando: vel charitatis ministeriis obsequendo: vel misericordias ac visitationes aliaq; huiusmodi opera explēdo: in quibus aliis quidem boni semper aliquid conferant semetipsos tamen castos seruent. Sunt ergo & isti probabiles: & valde probabiles qui in bonis actib⁹ placēt deo & sunt operarij inconfusibiles mandatorum dei: sed tamen hec omnia terrenos habent actus: & erga materias corruptibiles geruntur. Qui vero in exercitio mentis desudat: & spiritales intra semetipsum excolit sensus, longe illis superior iudicandus est. Locum namq; intra semet ipsuz preparat: vbi spiritus sanctus habitet: & obliuionem quodammodo capiens terrenorum: solicitudinem gerit de celestibus & eternis. Constituit enim semetipsum semper ante conspectuz dei: & omnes p̄sentium rerum sollicitudines post tergum iaciēs solo diuini desiderij calore cōstringitur: & ideo in laudibus dei positus: & hymnis & psalmis die ac nocte nō poterit satiari. Hec multa alia bis similia beatus Johannes per triduū continuo loquēs ad nos animas nostras refecit & innouauit. Ut autē cepimus velle ab eo profiscisci: datis nobis benedictionibus: pergite inq̄t in pace o filioli: hoc tamē scire vos volo q̄ hodierna die victorie religiosi principis Theodosij alexandrie nunciate sunt de Eugenio tyranno. Necesse est autē ipsum Theodosium nō multo post propria morte vitaz finire. Cumq; profecti ab eo fuissemus hec ita gesta esse ad fidez comperim⁹: vt ipse p̄dixerat. Post dies aūt paucos insecuti sunt nos quidam fratres annunciantes nobisq; ipse sanctus Johannes in pace quieuerit. Obitus autē ipsius talis quidē fuerat. Per triduz inquiunt nulluz ad se introire permisit: & positis genib⁹ in oratione reddidit spiritū: atq; ita perrexit ad dominum cui est bonor, gloria: laus: & imperium in secula seculorum. Amē.

¶ Explicit vita Johānis egyptij.

¶ Vita & gesta sanctissimi patris abbatis: cui diuinitus collata est litterarum scientia.

Diimus & aliū apud Thebaidē venerabilē virum nomine: hic multorū erat monasteriorum pater qui habitu ipso bonoris videbatur angelici nonaginta iam agēs etatis annos: barba prolixa & claritatis canicie splēdida vultu & aspectu ita letus vt plus aliquid habere q̄ in hominis natura est visio ipsa videretur. Hic prius in vltima heremo plurimis abstinentie laboribus exercitatus: postremo in vicino vobis loco monasterium instituerat. ¶ In adiacētibus autē habitationis sue locis: diuersis generis arborum siluas ipse per se plantaria ponendo consueuit: in quib⁹ vt nobis a plurimis sanctis patrib⁹ affirmatum est ante illius aduentum nullum omnino virgultum fuit. Ob hoc autē plantauit hanc siluam vt fratres quos ibi congregare cupiebat non haberent necessitatem ligni gratia longius euagandi babēs curam: & in his que ministerio corporis necessaria sunt: sed precipue salutis eorum ac fidei. Ipse tamen cum esset in heremo herbis pascebatur & radicib⁹ quibusdam, & hec ei dulcia videbantur. Aquam vero si quando inuenisset bibebat: orationibus et hymnis occupans omne diei tempus ac noctis. Ut autem ad maturam peruenit etatem apparuit ei angelus dei in heremo per visum dicens. Eris in gentem magnam: & multus tibi populus credetur: & erunt qui per te saluandi sunt multa milia hominum. Quantoscunq; autem in hac vita positus conuerteris ad salutez super tantos principatum accipies in futuro, & nihil verearis: nunq̄ enim aliquid tibi deerit eorum que ad vsus corporum requiruntur quotiens hec poposceris a deo. Hec cum audisset ad viciniora loca accedit: & primo solus sub paruo tugurio quod sibi ipse construxerat habitare cepit oleribus cōpositis vescens: solis interdum etiam post continuata ieiunia. Litteras primo ignorauit. Cum autē de heremo ad hec que supra dixim⁹ vicinioza habitacula loca accessisset data est ei diuinit⁹ gratia: & cum a fratribus oblat⁹ ei fuisset codex quasi olim iam sciens litteras legere cepit. Collata est ei aduersus demones etiam virtus: itavt multi exbis quos vegebant demones etiaz inuiti ad eum raperētur: protestantes, summo cum clamore de meritis eius. Sed & alias q̄ plurimas sanctates operabatur. Congregabantur interim ad eum plurime multitudines monachorum: inter quos cum etiam nos aduenissemus: visis nobis letissimus redditur. Cumq; salutans nos orasset more sibi solito pedes hospitum propriis manibus lauit: & docere nos ex scripturis que ad edificationez vite ac fidei pertinent cepit. Erat enī ei docendi gratia a deo collata. Cum itaq; plurima nobis scripturarum capitula sapienter disseruisset: rursus ad orationem conuertebatur. Cōsuetudo autem erat ei non prius corporalē cibuz sumere q̄ spiritalem christi communionē accipere. Qua pcepta post gratiarum actionē adhortari nos etiam ad reficiēdum cepit: ipse tamen sedēs nobiscum nūq̄ cessabat aliquid de studijs spiritalib⁹ commonere. Narrabat ergo nobis tale aliquid scio. Scio inquit dominē quēdam in heremo per tres continuos annos nullum sumpsisse terrenum cibum: angelus enīz domini tertia quaq; die escam deferebat ei celestē. Et hec ei cibus erat & potus. Et iterum scio huiusmodi dominē ad quē venerunt demones in specie celestis militie & habitu angelorum: currus igneos agentes: plurimo apparatu: tanq̄ magnum aliquem regem deducentes: isq; qui ceteris vt rex haberi videbatur dicebat ad eum. Implesti omnia o homo: superest tibi vt adorez me & transire ram te sicut Heliaz. Sed monachus hec audiēs dicebat in corde suo. Quid est hoc? Quotidie ego saluatorem qui est rex meus adoro. Hic si esset ille quomodo a me hoc posceret: quod indesinēter me facere sciret? ¶ Et post hec respondit ad ipsum. Ego habeo meum regem quem quotidie sine intermissione adoro: tu autem non es rex meus. Et continuo inimicus ad hec verba nusq̄ comparuit. Verum hec ille quasi de alio nobis narrans sua gesta sub alterius persona memorabat. Patres tamē qui aderāt ipsi nobis affirmabant q̄ ipse esset qui hec vidisset & audisset. Erat enim hic magnificus pater qui inter cetera bona etiam hoc prestabat aduenientibus fratrib⁹ & cū ipso habitare volentibus: q̄ faciebat conuocari fratres qui secum erant: & in vna die aduenienti fratri cellulam edificabant. Et erat in hoc opere magna alacritas fratrum. Unoquoq; eorum festinante lateres conuebere, aut lutum porrigere aut aquam infundere aut ligna deferre. Ubi vero perfecta fuisset ipse eam omnibus vtēsilibus vel necessarijs instructam tradebat fratri. Hic aliquando cum fallus quidam frater ad sei veniisset & vt videretur nudus vestimēta sua occultasset arguit eum coram omnib⁹ & in medium que occultauerat protulit: & ita pertimuere omnes vt decetero nemo auderet coram ipso fallere. Tanta in eo erat virtus animi: & tanta diuine gratie magnitudo: quam abstinentie labore & fidei puritate quesierat. Multitudines autē fratrū cum ipso posite tanta gratia erant repleti: vt cum ad ecclesiam conuenirēt, chori eorum vestibus ac mētibus resplēdentes: ad imitationem virtutū celestium in hymnis & laudibus dei peruigiles viderentur.

¶ De sancto Ammone abbate trium milium monachorum.

Diimus autem in thebaida etiam alium virum nomine Ammonem patrē trium milium circiter monachorum q̄ thebenensi appellabantur & in gētis abstinentie viri: quibus vsus est indui colobijs quasi saccis ligneis: & pelle confecta a collo post tergum & latus descendēte contegi: cuculis etiam caput operiri: maxime cū ad cibum conuētum fuerit: eis etiam velare faciem: ne alius alium parcius cibum sumentem deprehendat. Est autem eis & in capiendo cibo summum filētium: ita vt nec putetur in eo loco esse aliquis dominum vbi sedēt ad mensas: & omnis eorum conuersatio ita in multitudine posita quasi in solitudine: dum ita latet vnius cuiusq; abstinentia vt ab alio deprehēdi non possit. Sedēt

ergo ad mēsam contingentes magis q̄ sumētes cibos vt nec defuisse mēsis: nec tamē vētri satisfeciſſe videantur. Maio: quippe eſt continentie virtus bis abſtinere que in occultis habentur t non in omnibus.

¶ De ſancto Benone angelici ordinis viro t abbate.

VIdimus t alium senē mā suetudine omnes homines precellētem abbatem Benonē nomine. de quo asserebant fratres q̄ cum ipso eran: q̄ neq̄ iuramē tum vnq̄ neq̄ mēdacium de ore eius processerit neq̄ vllus hominum iratus viderit eum aliquando. aut sermonem supfluum otiosumq̄ proferētē: sed erat vita eius in summo silētio: moresq̄ tranquilli: t p omnia quasi angelici ordinis vir: humilitas quoq̄ immēsa: t in omnib⁹ pro nihilo semetipsum ducēs. Deniq̄ nobis multum rogantib⁹ vt aliquem sermonē ab eo edificationis audirem⁹ vix impetrare voluimus: vt pauca nobis de mansuetudine loqueretur. Hic aliquando cum bestia quedam que hypotamus appellatur sibi regionē proximam vicinamq̄ appellatur vastaret, ipse rogatus fuit ab agricolis t immediate venit ad illum locum: t cum ad immanē beluam peruenisset ait ad eam. Precipio tibi in nomine Jesu christi: ne vltra vastes banc terram. Tunc illa quasi angelo persequēte effugata nusq̄ oino comparuit. Simili modo ēt codrillū ab eo alio tēpore fugatū pbibebant.

¶ De Oxirinco ciuitate vbi nullus manet hereticus.

ENimus autē t ad ciuitatē quandam Thebaidis: nomine Oxirincum in qua tanta religionis deprehēdimus bona vt ea nemo digne sufficiat enarrare. Repletam namq̄ monachis intrinsecus vidimus: t extrinsecus omni ex parte circundatam t edes publice ſi que in ea fuere ſ t tēpla superstitionis antique habitationes nunc erant monachorum: t p totam ciuitatē multo plura monasteria q̄ domus videbantur. Sunt autez in ipsa vrbe: quia est ampla valde t populosa duodecim ecclesie: in quibus publicus agitur populi conuentus: exceptis monasterijs in quibus per singula loca oratorium dom⁹ sunt que certis temporib⁹ ad orationem frequētātur.

Sed nec porte ipse nec turres ciuitatis: aut vllus omnino angulus eius: monachorum habitationibus vacat: quicq̄ per omnez partē ciuitatis die ac nocte hymnos ac laudes deo referentes vrbem totam quasi vnam dei ecclesiam faciunt. Nullus enim ibi inuenitur aut hereticus aut paganus: sed omnes ciues christiani: t etiam omnes catholici: vt nihil omnino differat: si episcopus in platea orationem aut in ecclesia faciat. Ipsi quoq̄ magistratus aut principales ciuitatis t reliqui ciues studiose p singulas portas statuunt eos qui obseruant vt siquis apparuerit peregrinus aut pauper: certatim ad eum currant t qui p̄occupauerit abducit vt que sunt necessaria cōsequantur. De his autē qui erga nos ab ipsis populis gesta sunt: videntibus transire nos per ciuitatem suam: t velut angelis occurrētibus at q̄ bonorem deferentibus quomodo enarrent? Aut de ipsis monachis t virginibus: quorum innumere multitudines ſ vt supra diximus ſ in illa vrbe habētur. Requirētes enim a sancto episcopo loci illius viginti milia virginum: t decem milia monachorum ibi haberi comperimus. Quorū omnium affectum erga nos t bonorem quem exhibebant: vobis exponere nec sermo sufficit: nec verecundia p̄mittit: quomodo pallia nostra scinderentur: vnoquoq̄ nos sibi rapiente t ad se ad ducere cupiente. Vidimus quoq̄ ibi plurimos sanctorum patruz diuersas dei gratias habētes: alios in verbo dei: alios in abstinētia: alios in signis t virtutibus ministrantes.

¶ De sancto Theone qui triginta annis silentij habuit obseruationem.

VIdimus t alium non longe ab vrbe ad eam partez que mittit ad beremū nomine Theonem virum sanctum intra cellulam suam clausum t solitarium qui pbibebatur triginta ānis silentij habuisse continentiam: quicq̄ taz multas virtutes faciebat vt propheta apud illos haberet. Cōueniebat nāq̄ ad eū p dies singulos infirmorū plurima multitudo ad quos ille p feneſtrā manū pferēs: t vniuscuiusq̄ capiti supponēs ac benedicēs eos: sanos ab omni egritudine remittebat. Hic etiam ipso visu tam venerabilis erat: tā tamq̄ reuerētiā gerebat inultuvt iter boies angelus videret: ita letus oculis: t plenus totius gre apparebat. ¶ Huic cum paruū ante tps: vt cōperim⁹: noctu latrones supueniſſent: aurum se apud eū inuēturos sperantes: oīone sola ita viri: vt fozib⁹ eius affixi mouere se omnino nō possent. Mane vero cum ad eum turbe solito conue

Latrones affixos fuere sant

nissent t viderēt ad ianuas eius latrones: volebāt eos igni tradere. At ille rerū necessitate compulsus: vnū eis solū locutus est verbum. Sinite inquit ſistos abire illesos. alioquin gratia a me fugiet sanitatum. Populi autē vt audierunt hec p̄dicere non audētes dimiserūt eos. Latrones vero videtes qd secum est gestuz abiecta scelerum voluntate p̄teritoꝝ malorum penitētiam gerentes ad monasteria vicina confugiunt: atq̄ ibi emēdationis vite formam modūq̄ suscipiūt. Erat autē supradictus vir eruditissimus non solū egyptioꝝ t grecoꝝ lingua sed etiam t latinorū: vt t ab ipso t alijs qui ei aderant didicimus. Sed t ipse reuelare cupiens t consolari peregrinationis nostre laborē: in tabula scribēs ad nos gratiam doctrinamq̄ sui sermonis ostēdit. Erat aūt ei cibus absq̄ ignis opere. Dicebant autem q̄ t noctibus ad beremum progrediens comitatu vtere⁹ vltimo beremi bestiarum. Ipse ẏo bauriēs aquam de puteo suo t prebēs eis poculaꝝ obsequij earum remunerabatur laborem. Huius autē rei manifestum dabatur indicium q̄ vestigia bubalorum caparumq̄ t onagroꝝ: circa eius cellulam plurima deprehendebantur.

¶ De sancto Apollonio confessore t virtutibus eius.

VIdimus t alium sanctum virum nomine Apollonium apud Thebaidam in finibus Hermopolis ad quam ciuitatem saluatorem cum Maria t ioseph de iudea finibus venisse tradunt sm ppbetiam Esaie dicētis. Ecce dom⁹ sedet sup nubē leuem t veniet in egyptū: t cōmouebunt simulacra manufacta egyptioꝝ a facie eius t cadēt in terram. Vidimus ergo ibi etiā t tēplum ipsum in quo ingresso saluatore corruisse omnia ydola in terram t cōminuta esse memorabant. ¶ Vidimus ergo supradictum virum in vicino beremo sub monte quodā habentē monasteria. Erat enī pater monachorum circiter quingentorum: t famosissimus in omnibus Thebaide finibus habebatur. Opera enim magna erant ei t virtutes multas: signaq̄ plurima t pdigia faciebat p eum deus. A puericia namq̄ in abstinētia nutrit⁹ est: qui cum ad maturaz puenit etatē gratia dei semper cum ipso creuit. Erat enim annorū fere octaginta cum eum vidimus in monasterioꝝ congregatione florētem sed t ipsi qui videbant eius esse discipuli: ita perfecti erant t magnifici vt omnes pene possent signa facere. Quindecim ergo annorum secessisse eum ad beremum ferebāt: atq̄ ibi cum quadraginta annis fuisset in exercitijs spiritalibus conuersatus aiebant voces dei ad eum delatam dixisse. Apolloni pereas perdam sapientiam sapientium in egypto: t intellectū prudētium reprobabo. Perdes autem mibi t eos q̄ inter ipsos sunt sapientes babylonis: t omnē culturam demonorum subdues. Perges ergo nunc ad loca habitabilia, generabis enim mibi populum substantiuum t p̄fectum emulatorem operū bonorum. At ille respondens ait. Aufer a me domine iactātiam: ne forte elat⁹ sup fratres meos cadam ab omnibus bonis tuis. Resp̄dit ad eū rursus diuina vox. Mitte manum tuam ad cerui cem tuam: t quod comprehenderis constringes sub arena obrue. At ille fine mora iniecta manu ad ceruicē suam: apprehendit quasi paruulu quendam etbiopem: t continuo demersit eū sub arena clamantem t dicentem. Ego sum superbie demon. Post hec vox ad eum facta est a deo dicens. Perge nunc: omnia enim quecūq̄ a deo poposceris consequeris. Ille ergo post hec perrexit ad ea loca in quibus homines habitabant. Temporibus autem Juliani tyranni hec fiebāt. ¶ Fuit autem in locis illis spelunca quedaz beremo vicina in qua habitare cepit: indesinenter die ac nocte orationibus vacans: easq̄ ſ vt aiebat ſ per diem centum vicibus totidemq̄ noctis tēpore curuans genua cōsignabat deo. Cibo autem magis celesti q̄ humano vtebatur. Indumētum eius stupeuz collobiuz erat quod apud illos lebites appellatur: t linteum quo collum t caput obuoluerat. Que tamen indumenta p̄mānsisse ei ferebāt in deserto nunq̄ veterata. Erat ergo in vicino beremi loco in virtute spiritus deus: signa t sanitates miras efficiēs: quas enarrare pro sui immensitate ſ sicut ab his qui cū ipso erant senioribus comperimus ſ vox nulla sufficiet. Fama autem magnifica de eo peruulgata cum ammiratione omnium quasi p̄pheta alius quis aut apostolus haberi cepisset. vicinis regionibus monachi diuersis ex locis conueniebant ad eum t tanq̄ p̄o patri magna munera: suas singuli quiq̄ animas offerebāt. At ille vnū quemq̄ eorum tota religione suscipiens: alios ad bene operandum, alios ad bene intelligendū prouocabat. Sed t ipse p̄ius ea ostēdebat exemplis que verbis docere cupiebat. Alijs quidem diebus vnumquemq̄ apud semetipsum exercere abstinentiam quam posset suggerebat. die vero dominica gratia charitatis secū omnes cibum sumere hortabatur: cū tamē ipse solitis abstinentie observationibus deseruiret: herbis solummodo aut oleribus vtens: nec vsum aut ministeriuz ignis admittens. ¶ Hic cuz audisset Juliani ſ vt supra diximus ſ tēporib⁹ fratrē quendam ad militiam cōprehensum detineri in carcere venit ad eum cū fratrib⁹ consolandi gratia: vt moneret eū in necessitate tenere cōstantiam: atq̄ inminētia contemnere ac deridere pericula. Tempus enim

petit jactatiaz auferri.

ciuitas plena fuit mibi et monachis

ait certaminis adest: in quo fidelium mentes tē
tationibus ꝓbande sunt ⁊ noscende. Cunq; bis
⁊ alijs verbis roboraretur animus adolescentis:
superuenit centurio: ⁊ indignat⁹ cur introire au-
sus esset: claues extrinsecus carceri imposuit: ip-
sum quoq; ⁊ omnes qui cum eo venerant pariter
conclusit quo. s. etiam ipsi similiter ad militie de-
tinerentur officium. Constituens quoq; custo-
des q̄ plurimos abscessit. Medio autem noctis
astare visus est angelus ingenti luce resplendēs
⁊ obstupefactis perterritisq; custodibus: carce-
ris claustra patefecit. Tunc vero ipsi custodes
aduoluti ad pedes sanctoꝝ rogabant eos discē-
dere dicentes: melius sibi esse mori ꝓ bis q̄ di
uine virtuti obsistere: que eoꝝ curam gerebat.
Mane vero etiam ipse centurio cum principali-
bus viris festinus ad carcerem venit: rogans vt
discederent omnes qui teneri videbantur. Dice-
bat enim domum suam, terremotu magno conci-
disse: ⁊ electos quoscq; famulorum suoꝝ⁹ perī-
misse. Sancti vero bis auditis hymnum deo ſlau
descq; cecinerunt: ⁊ regressi ad heremum erant in
vnum positi: ꝑm apostoloꝝ exemplum: baben-
tes animam vnam ⁊ coꝝ vnum. Pater autem
senioꝝ docebat eos vt quotidie ꝓficerent in vir-
tutibus. ⁊ insidias diaboli: quas per cogitatōes
inferret hominibus in initijs statim retunderēt.
Si enim [aiebat] Si confringatur caput serpen
tis omne eius corpus emoꝝtuum redditur. Ob
hoc enim mandat nobis deus obseruare caput
serpentis: vt omnino statiꝫ ab initio: nec recipia
mus malas ⁊ sordidas cogitationes in corde no-
stro. Quando ergo magis diffundi nō conuenit
insensibus nostris cogitationuꝫ fantasias: quas
etiam ab initio recipi vetat? Sed ⁊ illud mone-
bat, vt in virtutibus animi alter alterum vincat:
nec patiatur se vnusquisq; inferiorem primo suo
fieri. Hinc autem dicebat. Sciatis ergo vos ita
ꝓficere in virtutibus: si nulla vobis passio fuerit
dominata erga mundana desideria. Hoc est ini-
tium donoꝝ dei. Quod si etiaꝫ ad hoc venerit
quis vestrum: vt ⁊ signa ⁊ mirabilia faciat nō ex
tollatur ꝓ hoc, neq; in cogitatione sua erigatur
tanq̄ ceteris prelatus: sed nec hoc ipsum homi-
nibus debet ostendere: q̄ donum gratie huius
acceperit, alioquin seducit seipsum⁊ ipse decipit
⁊ gratiam perdet. Habebat ergo banc magni
ficam verbi dei doctrinā: sicut ⁊ nos etiaꝫ ipsi ex
parte experti sumus. Sed ⁊ maioꝝ babebat in
operibus gratiā. Omne esti quicquid petisset a
deo: sine mora consequebat. Sed ⁊ reuelationes
ei plurime ostendebantur. Denicq; senioꝝ fratreꝫ
suum: qui ⁊ ipse in heremo defunctus est: cū quo
plurimo tpe egerat vitam perfectā: vidit in som
nis in sede apostolica residentem: atq; vnū ex ip-
sis hereditatem sibi virtutem ⁊ gratiam reliquis-
se. Cuiq; etiam ꝓ semetipso oꝝaret: vt velocius
eum dns assumeret: ⁊ cum ipso sibi requiem ꝓ-
staret in celis responsum est ei a domino saluato-
re, parum adhuc ei temporis in terris deberi: do
nec vite ⁊ conuersationis eius plurimi emulato-
res existant: populos nanq; ei plurimos creden-
dos esse monachoꝝ: ⁊ exercitum quendaꝫ pio
rum: vt per hec dignam ꝑ talibus meritis remu-
nerationem inueniret apud deum. Hec autez vt
vidit: ita gesta sunt. Conuenerunt enim ex omni
loco monachi fama ⁊ doctrina eius inuitati: ⁊ p̄-
cipue exemplis eius q̄ plurimi seculo renuncian
tes: qui conuentum quendam magnificum fece-
runt apud eum in supradicto montis loco: cōem
vitam mense vnanimiter ꝓseruantes. Hos
ergo tanq̄ vere celestem quendam: ⁊ angelicum
cernebam⁹ exercitū: oibus virtutibus adornatū.
Nullus sane in eis sordidis vtebat indumentis
sed splēdore vestiū pariter atq; animoꝝ nitebāt
ita vt ꝑm scriptura letaretur beremus sitiens: ⁊
multi filij eius viderentur in deserto. Que q̄is
de eccl'ia dicta sint: tñ in egypti desertis bec etiā
bistorica relatione cōpleta sunt. Ubi enim tante
pervbes multitudines veniunt ad salutē: quāta
egypti deserta ꝓtulerunt? Quāti populi babent
in vrbibus: tante pene babent in desertis multi
tudines monachoꝝ. Unde mihi videtur etiaꝫ
apostoli dictum in eis esse, cōpletum: q̄ vbi abun
dauit peccatū: ibi abundauerit gratia. Abunda-
uit enim aligū immundus ydoloꝝ cult⁹ in egy
pto sicut nusq̄ gentiū. Canes enim ⁊ simyas atq;
alia portenta olim venerati sunt. Alia quoq; ⁊ ce
pas ⁊ nonnulla olerū genera deos credebāt: sicut
ab ipso patre Apollonio tradente didicimus cāz
enim nobis prisce eoꝝ suprascriptionis hoc mō
exposuit. Bouem quidem deum crediderunt ali
quando egyptij: ꝓ eo q̄ per ipsum rura excolen
tes victum cibumq; capiebant. Sed ⁊ aquaꝫ nili
li colebant: ꝓ eo q̄ vniuersas rigabat egypti re
giones. Colebant quoq; ⁊ terram: vtpotevberio
rem ceteris terris. Canes etiam vt supra dixim⁹
⁊ simyas ac diuersa berbarum genera atq; oleri
colebant: ꝓ eo q̄ occasionem sibi salutis ꝑ bec
venisse opinabant ꝑ ibus Pbaraonis Circa bec
enim singula occupatio eis exorta videbatur: cū
ille patres nostros persequens submersus est: ⁊
vnusquisq; id per quod occupari visus ē ne Pba
raonem sequeretur: boc sibi reputauit deum di-
cens: quia boc mihi deus fuit bodie vt nō seque
rer Pbaraonem ⁊ simul cum ipso demergerer.
Hec ergo erant verba sancti Apollonij que no
biscum loquebatur. Sed multomagis illa scire
oportet q̄ in operibus ⁊ virtutibus babuit. Erāt
aligū in circuitu sancti apollonij positi decē circi
ter gentilium vici: apud quos demoniaca superſti
tio summo studio colebatur. Cēplum enim erat
ibi amplissimum atq; in eo simulacb'um: qđ mo
ris erat circūferri a sacerdotib⁹ bacbantiuꝫ ritu

cum reliqua multitudine circūeuntibus ⁊ quasi
ꝓ aquis pluuialibus propbana mysteria per-
agentibus. Contigit autem sub eo tempore quo
huiusmodi ab eis orgia gerebant iter agere bea
tum Apollonium per ipsa loca cum aliquātis fra
tribus. Et cum vidisset infelicium turbas quasi
demone quodam agi bacbariq; per campos mise
ratusq; errorem eoꝝ flexis genibus inuocauit
dominum ⁊ saluatorem nostrum: ⁊ omnes eos q̄
cerimonijs demoniacis agebantur cum simula-
cbro suo stare fecit immobiles nec progredi om-
nino vsq̄ posse. Atq; ita per totam die rapidissi-
mis adusti estibus permanserunt ignorantes vn-
de eis berere vno in loco immobiliter contigis-
set. Tunc sacerdotes eorum dicebant quendam
cbristianum in regionibus vicine beremi cōma-
nentem Apollonium nomine et ipsius esse ō opera:
qui nisi esset eroratus eis periculum permanſurum. Ut autem ad rei tante miraculum conue-
nerunt vndiq; qui audierant et percunctantes
que tanti causa extiterit monstri ignorare se peni
tus fatebantur: suspitionem tamen dari sibi di-
cunt supradicti viri quem ⁊ erorari pro se depo-
scunt. Tunc quidā ex ipsis vere eos opinari aiūt:
nam ⁊ vidisse eum illo itinere pretereuntem con-
firmant et tamen adbibere que putabant ꝓdes-
se auxilia non morantur. Adducunt boues quo-
rum virtute videretur posse moueri simulacbuꝫ.
Sed cum nec sic quidem aliquid profecissent om
ni auxilio frustrati legitos ad hominem dei mit-
tunt pollicentes vt si eos resoluat ab bis vincu
lis pariter quoq; erroris in eis vincula dissoluere
Hec vbi nunciata sunt ei fine mora descendit ad
eos et oratione sola deum fusa omnes resoluit.
At illi sine dilatione vnanimiter omnes confugi
unt ad eum saluatori deo nostro credentes ⁊ gra
tias referentes. Simulacb'um vero quod erat li
gneum continuo igni tradunt. ipsi autē secuti bo
minem dei atq; edocti ab eo fidem cbristi eccle-
sie dei sociati sunt. Plurimi vero ex ipsis cuꝫ ipso
manserunt ⁊ etiam nunc in monasterijs degunt.
Facti tamen buius mirabilis fama vbiq; diffu-
sa est, ⁊ multi ꝓ boc ad fidem domini conuerte
bantur itavt in omnibus illis regionibus nullus
iam pene gentilium remaneret. Post aliquan-
tum temporis certamen erat de finib⁹ iter duos
vicos, boc cum nunciatum esset sancto Apollonio
festinans ad eos pacis gratia. Sed illi furore cō
tentionis incensi nullo genere ad pacis consiliuꝫ
flectebantur, maxime q̄ vnius partis populus
plurimum fiducie in viribus cuiusdam latronis
gerebat qui ipsius certaminis signifer videbat.
Hunc cum videret Apollonius paci resistentem
dicit ad eum. Si mibi o amice acquiescere volue
ris ad pacem rogabo deum meum ⁊ remittet ti
bi peccata tua. At ille cum audisset nibil omni-
no distulit sed genibus eius prouolutus suppli-
cabat ei. Tunc deinde conuersus ad turbas que
cum secute fuerant fecit omnes cum pace disce-
dere. Quibus secedentibus ipse permansit cum
bomine dei expectans ab eo promissum. Tuncve
ro Apollonius assumens eum ⁊ cū ipso iter agēs
ad monasterium docebat euꝫ mutare debere or-
dinem vite et patienter a deo querere misericor-
diam ⁊ promissionem eius ex fide expectare. om-
nia enim possibilia dicebat esse credenti. Cunq;
noctis tempore simul in monasterio requieuissent
per visum ambo vident se esse in celis: ⁊ assistere
ante tribunal x̄pi. Uidēt etiam angelos dei ⁊ san
ctos quoscq; adorantes dominum. Et cum bec vi
dentes etiam ipsi adoraſſent deum, vox domini
ad eos defertur dicens. Licet nulla sit cōmunio
luci ⁊ tenebris: nec fit aliqua portio fideli cum in
fideli, tamē donatur tibi salus istius pro quo sup
plicasti Apolloni. Sed ⁊ alia multa cū audissent
in celesti visione positi que nec sermo enarrare,
sufficit nec auris audire surrexerunt a somno et
que viderant fratribus indicarunt. Ammiratio
autem ingens esse cepit. Cum vnum atq; idem
somnium vterq; narraret. Permansit autem cuꝫ
fratribus latro ille iam sanctus vitam suam mo-
resq; ad omnem innocentiam pietatemq; cōmu-
tans tanq̄ in agnum versus ex lupo vt in eo ple-
nissime compleri videretur propbetia Esaie dicē-
tis. Lupi cum agnis pascentur: ⁊ leo ⁊ bos simul
paleis vescentur. Uidimus ibi quosdam etiā gen
tis etbyopum viros cum monachis viuentes: et
multos ex ceteris monachis in obseruantia reli-
gionis ⁊ virtutib⁹ animi precellentes vt ⁊ in ipsis
compleri videretur scriptura que dicit. Etbyo-
pia preueniet manus eius deo. Adbuc autē in ge
stis sancti Apollonij ferebatur boc. Lis quodaꝫ
tempore dicebatur exorta inter duos vicos quo-
rum vnus cbristianoꝝ alius gentilium fuit.
Procedunt ex vtraq; parte armatoꝝ turbe plu
rime: accidit autem vt vir sanctus Apolloni⁹ su-
perueniret. Cumq; eos hortaretur ad pacem qui
dam eoꝝ qui inter gentiles quasi caput ⁊ cau-
sa belli illius stabat homo truculentus et ferus,
obsistebat ei vehementer dicens non se permitte
re fieri pacem vsq; ad mortem suam. Tunc ille fi
at [inquit] vt optas. Nullus enim alius preter te
perimetur: sed ⁊ mortuo congruum bonori tuo ti
bi sepulcb'um fiet: non terra sed bestiarum ac vo
lucrum ventres. Et continuo sermo eius efficit
veritas. Nullus enim alius ex vtraq; parte nisi
solus ipse cecidit. Quem cum sub arena obruis-
sent mane ingressi inuenerunt corpus illius a be
stijs effossuꝫ laniatumq; atq; a volucribus deuo-
ratum. Cumq; omnes ammirationem habuis-
sent q̄ sermo hominis dei ita fuisset impletus cō
uersi sunt omnes ad fidem saluatoris domini et
Apollonium propbetam predicabant. Sed et
boc vos non effugiat quod ab eo primis adhuc

diebus quibus in spelunca habitare cum paucis fratribus ceperat factum didicim⁹. Dies sanctus aderat pasce: ⁊ cum solēnitas vigiliarum sacramentorumq; intra speluncam fuisset expleta, atq; ex bis que fuerant apud eos refectio pararetur. Erant autem eis pauci tantummodo ⁊ ficci panes: atq; olera ex bis que sale aspersa reponi apud eos solēne est. Tunc Apollon⁹ fratres q̄ secum erant alloqui ita cepit. Si est in nobis fides ⁊ vere fideles sum⁹ famuli christi: petat vnusquisq; nostrum a deo si quid quis quasi in die festo sumere libenter habet. At illi ipsi potius qui eos etate ⁊ meritis precelleret hec a deo poscenda permittunt semetipsos inferiores huius gratia iudicantes. Tunc ille cuz omni alacritate oratione fudit ad deum. Qua expleta cuz omnes respondissent amen. Ecce repente ante fores spelunce astare vident homines quosdam sibi penitus ignotos, quicq; tam multas copias rerū omnium que ad vsus dūtaxat ciborum pertinent detulerunt: vt neq; tam multa neq; tam diuersa facile quisq; viderit in quibus erant quedam que omnino in egypti regionibus nusq; visa sunt, videlicet pomorum genera: ⁊ magnitudo incredibilis vue: nuces: ficus mala quoq; punica: ⁊ ante tempus omnia faui atq; mellis ⁊ lactis copia ⁊ panes calidi ⁊ mundissimi: qui tamen peregrine esse videretur prouincie. Viri vero qui hec detulerant statim vt ea monachis tradiderunt quasi festinanter ad eum a quo missi fuerant redire cupientes mox discedunt. Tūc ipsi monachi gratias domino referentes ex bis que sibi fuerāt delata vesci ceperunt. Quorum copia tanta fuit vt vsq; ad diem pentbecosten quotidie ministrata sufficerent: certi q̄ huc sibi a deo solēnitatis gratia missa sunt. ¶ Comperimus etiam hec, q̄ quidam ex fratribus cui decrat humilitatis ⁊ mansuetudinis gratia, popposcit ab eo vt peteret a domino vt sibi donaretur hoc munus: orante illo tanta in eum gratia māsuetudinis ⁊ humilitatis aduenit vt omnes fratres stuperent de tranquillitate animi eius ⁊ modestia in quo prius nihil horum viderant. ¶ Orta est aliquādo fames apud thebaidam. Sciētes autem habitatores terre illius q̄ monachi qui cuz Apollonio domino seruiebant frequenter etiam sine cibo per domini gratiam pascebantur: omnes simul cum vxoribꝫ ⁊ filijs pergunt ad eum cibum simul benedictionemq; poscentes. At ille nihil dubitās proferre cepit ex bis que ad vsum fratrum repposita erant ⁊ dare singulis copiose. Cum vero tres sole panum sporte remanssissent: fames autem populuz vehementer vrgeret iubet in medium portare sportas que sole superfuerant vnius diei victum monachis prebiture ⁊ in auditu totius populi: qui famis necessitate confluxerat: eleuatis ad deum oculis manibusq; ait. Numquid non valet manus domini multiplicare hec? Sic dicit spiritus sanctus. Non deficiet panis in sportis bis: donec satiemur omnes de frugibus nouis. Etiā ⁊ plurimi ex bis qui tunc presentes fuerant: confirmabant quattuor continuis mensibꝫ: nec cessatum est vnq̄ erogari panis ex sportis: neq; deesse potuit aliquando. Similiter autem ⁊ alio tempore fecisse eum de frumenti ⁊ olei specie perbibebant. Quibus virtutibus motus diabolus dixisse ad eum fertur. Numquid helias es tu aut alius aliquis prophetarum vel apostolorum: q̄ hec facere ausus es? At ille respondit ei. Quid enim? nonne et prophete et apostoli homines erant qui nobis et fidem suam et gratiam tradiderūt? Aut tunc deus presens erat nunc vero absens est. Absit. Deus omnia potest, ⁊ que potest: semper potest. Si ergo deus bonus est: tu quare malus es? Hec vt supra iam diximus a senioribus viris religiosis et sanctis per eum gesta esse: fideli narratione comperimus. Et quāuis eorum fidelis sit habenda relatio: maiorem tamen fidem rerum prestitit etiam hoc quod nosipsi oculis nostris inspeximus. Plenas enim sportas panibus deferri vidimus ⁊ vacuas mensas ⁊ cum replerentur panibus mense atq; ad omnem facietatez consumerentur: plene nibilominus recolligebantur. ¶ Aliud quoq; quod apud eum mirum vidimus non silebo. Tres eramus nos fratres: qui ad sanctum Apollonium venimus: et ecce longe adhuc nobis positis ab eius monasterio: occurrerunt fratres: qui ab ipso ante triduum audierant de aduentu nostro: occurrerunt autem nobis cum psalmis. Hoc enim moris est eis facere in aduentu omnium monachorum. Et adorantes in facies suas vsq; ad terram: osculabantur nos atq; ostendentes nos sibi inuicem: dicebant. Isti sunt fratres de quorum aduentu ante triduum nobis pater Apollonius predixerat dicens. Post triduum affuturos tres fratres de Hierosolymis venientes. Alij vero ex fratribus precedebant nos: alij sequebantur: vtraq; tamen turba psallebat. Vbi autem appropinquare cepimus: audita voce psalmi etiam ipse sanct⁹ pcedit in occursum. Et vt vidit nos statim prior adorauit vsq; ad terram: ⁊ surgens osculo nos suscepit. Vbi autem ingressi sumus monasteriū oratione prius vt moris est data, pedes nostros propꝫ manibꝫ lauit: ⁊ cetera que ad requiem corporis pertinent adimpleuit. Hec autem ita facere ei mos erat omnibus aduentātibus. Illud quoq; moris erat apud eum: vt fratres qui cum ipso erant: non prius cibum sumerent: q̄ communionem dominicam perciperent: circa horaz diei nonam: ⁊ post hoc interdum sic vsq; ad vesperam permanebant dum verbum dei audientes de mandatis domini adimplendis sine intermissione docebantur. Post hec iaz cibo sumpto alij

ipsorum ad heremum secedebant per totam noctem scripturas diuinas memoria recolētes: alij in eodem loco ad quem conuenerant permanebant: ⁊ vsq; ad lucem in hymnis ⁊ laudibꝫ dei pervigiles durabant: sicut ⁊ ego ipse presens vidi. Aliquanti vero ex ipsis circa horam nonam cum descēdissent de monte: percepta dei gratia statiz descēdebant: solo hoc spiritali cibo contenti: ⁊ hoc faciebant per plurimos dies. Supra montē autē leticia ⁊ gaudium inerat eis: ⁊ tanta exultatio: quanta haberi abullo hominum non possit in terris. Nullus in eis tristis omnino inueniebat: sed ⁊ si aliquis visus fuisset aliquantulum mestior: statim pater Apollonius causam mestitie perquirebat. Frequēter autem etiam si aliquis occultare voluisset: ipse enunciabat quid lateret in corde: ita vt his qui patiebatur agnosceret. Hortabat ergo eos dicens: non oportere prorsus inesse tristiciam bis, quibus salus in deo est ⁊ spes in regno celorum. Tristentur alienti gentiles: ⁊ lugeant iudei: plāgant sine cessatione peccatores: iusti vero letentur. Nam si illi qui terrena diligunt: super fragilibus ⁊ caducis rebꝫ letātur nos qui tante glorie spem: ⁊ eternitatis habemus expectationem: cur non omni exultatione letemur. Demum apostol⁹ nos ita monet dicens. Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibꝫ gratias agite. Sed quis possit doctrine eius ⁊ verborum gratiam sufficienter exprimere, vnde silere de bis melius censeo q̄ parum indigne proloqui. ¶ Multa enim nobis etiā secretius de ratione abstinentie ⁊ conuersationis integritate, multa etiaz de hospitalitatis studio differebat: ⁊ precipiebat attentius vt aduenientes fratres quasi domini suscipiam⁹ aduētuz. Nam ⁊ adorari fratres aduenientes propterea inquit traditio nostra habet: vt certuz sit in aduentu eorum aduētum christi haberi. Sic enim ⁊ Abraam suscepit eos: qui homines quidē videbantur domin⁹ autē in eis intelligebat. Interdum etiam contra voluntatē cogere debem⁹ ad corporalem requiem fratres: sicut sancti lot exēpla nos edocent: qui angelos vi compulsos: ad domus sue addurit hospitium. Sed ⁊ hoc monebat: vt si fieri possit: quotidie monachi communicarēt mysterijs christi: ne forte qui se longe fecit ab bis longe fiat a deo: quia autem frequentius hec suscipit: frequētius ipsum videatur suscipere saluatorem: quia ⁊ ita ipse saluator dicit. Qui manducat carnem meam ⁊ bibit sanguinem meum in me manet ⁊ ego in eo. Sed ⁊ ipsa commemoratio dominice passionis cum assidue fit a monachis: plurimum vtilitatis eis confert ad exemplum patientie. Sed ⁊ commonitio datur p hec, vt studeat vnusquisq; ita semp paratus inueniri ne indignus dominicis mysterijs habeatur. Addebat autem bis q̄etiam remissio peccatorum per hec credentibus detur. ¶ Jejunia sane legitima idest quartam ⁊ sextam feriam monebat non esse soluenda, nisi grandis aliqua necessitas fieret: quia quarta feria iudas de traditione domini cogitauerat: ⁊ sexta feria crucifixus sit saluator. Videbitur ergo qui in bis diebus sine aliqua necessitate soluit statuta ieiunia: vel cum tradente tradere saluatorem vel cum crucifigentibus crucifigere. Dicebat ergo: vt si forte in diebus predictis superueniret aliquis fratrum si quidem ante horam nonam laboris causa se velit reficere: ponēdam ei esse mēsam soli quod si nolit non esse cogēdum. communis namq; huius obseruantie traditio est. Vulpabat sane eos valde qui vel comam capitis nutriunt: vel ferrum in collo circumferunt: vel aliquid tale quod ad ostentionem hominum fieri videatur gerunt. Certum est enim inquit: q̄ isti ab hominibus laudē querant: ⁊ ostentationis causa hec faciant. cum mandatum sit etiam ieiunia ipsa in occulto esse celebranda: vt deo soli sint cognita: qui videt quod in occulto fit: ⁊ reddet palam. Sed vt videtur isti non sunt cōtenti eius testimonio ⁊ remuneratione: qui videt in occulto: sed manifestari apud homines se volunt. Omnis ergo abstinentie ratio in occulto habenda est: vt ⁊ corpus ieiunijs fatigetur ⁊ tamē non apud homines iactātia, sed apud deum retributio queratur. Hec ⁊ multa alia nobis de conuersatione monachorum p totam differēs septimanam dicrum: ⁊ fidē doctrine gestorū suorum autoritate confirmans: vbi proficisci cepimus, producēs nos aliquantulum monebat dicens. Ante omnia pacē habete ote inter vos: ⁊ nolite abinuicem separari. Tunc conuersus ad frēs qui simul cum eo producētes nos aderant. Quis inquit vestruz frēs promptus est deducere eos vsq; ad vicina patrum monasteria? Et cum pene omnes promptissime semetipsos obtulissent: ⁊ p gredi nobiscum vellēt: ipse sanctus pater Apollonius elegit ex omnibus tres: qui ⁊ grecā linguam ⁊ egyptiam bene nossent: vt ficubi necessarium fuisset interpretarētur nobis: qui ⁊ in collocutionibus suis edificare nos possent. Obtēs ergo eos nobiscum p̄cepit: ne prius a nobis discederēt: q̄ oēs patres atq; omnia que velim⁹ monasteria videremus: q̄uis oēs circuire nemo sufficiat. Bñdicēs ergo nos dimisit: atq; in hec verba bñdictionē dedit. Bñdicat vos dominus ex syon: ⁊ videatis que bona sunt hierusalē: omnibus diebus vite vestre.

¶ Finit vita beati Apollonij.

¶ De sancto Ammone abbate qui draconē interficit ⁊ latrones conuertit.

Que audiuimus de Ammone quodam sancto viro: cuius etiam locum: in quo habitauerat vidim⁹ in deserto: omittenda nō credidi. Igitur cum ad locum eius peruenissemus: & progrederemur ad partem deserti contra meridiem vidimus per barenam vestigia tractus draconis ingentis: cuius tanta magnitudo apparebat: quasi trabes aliqua per barenam ducta videretur. Quod vt vidimus timore ingenti percussi sumus. Fratres autem qui nos deducebant: hortabantur nos nihil omnino formidare: sed magis fiduciam capere: & per vestigium sequi draconem. Videbitis enim inquiunt quantū valet fides: cum a nobis eum videritis extingui. Multos enim & dracones & angues & coluntas manibus nostris peremimus: sic enim scriptum legimus: quia credentibus in se concedit saluator calcare super serpentes & scorpiones: & super omnem virtutem inimici. Sed illis hec dicentibus nos pre infidelitatis fragilitate magis magisq; metuebamus: & rogabamus eos: ne velint sequi draconis vestigia, sed potius vt recto itinere pergeremus. Unus tamen ex ipsis alacritate impatiens insecutus est draconem. Et cum non longe inuenisset eius speluncam clamabat ad nos vt gremus ad eum. & videremus exitum rei. Quidā tamen ex fratribus occurrens nobis: qui in vicino habebat monasterium: prohibuit nos ire. Dicens ingentis esse magnitudinis bestiaz nec posse nos ipsum saltem visum eius aspectumq; tolerare: precipue quia nihil tale in vsu habuerimus videndi. Semetipsum vero fatebatur frequenter vidisse ipsam bestiam: cuius vastitas quidez incredibilis: longitudo vero distendebatur in quindecim cubitis. Cumq; nos ad locum deportatus esset accedere: ipse properans fratres: qui illic nos hortabatur paratus ad perimendaz bestiam abstraxit: secumq; reuocauit: & nolentē discedere nisi extingueret eam multa prece eoz defleuit. Qui cum venisset ad nos: ignauiam nostram infidelitatemq; redarguit. ¶ Peruenientes autem nos ad cellulam fratris, illius qui nos rogauerat. cum omni gratia ab eo suscepti: requieuimus. Ille ergo narrabat nobis: q̄ in illo loco vbi ipse commanebat: fuisset quidaz vir sanctus cuius ipse esset discipulus Ammon nomine: per quem plurimas virtutes fecerat dominꝰ. Inter cetera igitur etiam hoc de eo narrabat. Frequenter inquit ventebant ad eum latrones: panem quo solo vescebatur auferentes. & si quid erat quod ad victum suum continentissimum repositum videbatur. Cumq; frequenter ab bis molestiam pateretur quadam die processit ad beremum: & inde rediens duos dracones ingentes secum comitari iussit. atq; ad ostium monasterij sui manere eis precepit: ingressumq; seruare. Venientes ex more latrones: videt qui essent custodes in limine. Et vt viderunt dracones exanimes & amentes effecti: obmutuerunt statim & ciderunt. Quod vbi senior sensit: egressus inuenit eos semineces: & accedens atq; erigens eos increpabat dicens. Cernitis quantum vos digniores estis bestijs: Ille etenim nobis propter deum obediunt: vos autem nec deū timetis: nec vitam seruorum dei inquietare erubescitis. Verum tamen introducens eos in monasterium posuit eis mensam & iubet vt perciperent cibum. Illi vero corde compuncti: & ab omni mentis sue immanitate mox conuersi: multis seruis dei qui ante hos seruire deo ceperūt breui meliores fiunt. In tantum enim per penitentiam profecerunt vt post non multum temporis, etiam ipsi eadem facerent signa: easdemq; virtutes. ¶ Alio preterea tempore: immanissimo quodam draconе vicinas vastante regiones: & plurimos perimente venerunt habitatores loci illius ad supradictum patrem rogantes eum: vt in regionibus suis perimeret bestiam. Simul etiam vt ad misericordiam flecterent senem, puerum quendam pastoris filium secum deferunt: qui solo visu draconis exterritus mente excideratꝫ a flatu solo bestie exanimis portabatur ac turgēs. Tunc ille puerum quidem perungens oleo restituit sanum. Semetipsum vero ad necem draconis instigans: illis iterum quasi qui nihil eos posset iuuare: promittere nihil voluit. Mature autē surgens abijt ad degressus bestie: & figens genua sua in terram deprecatus est deum. Tūc bestia cum ingenti impetu venire super eoz cepit terrimis flatibus ac sibilis: stridoribusq; premissis. At ille nihil horum metuens conuersus ad draconem dicit. Perimat te ꝓpꝫ filius dei: q̄ perempturus est cetum magnum. Et vbi hec senior dixit statim dirissimus draco simul cum spiritu euomens venenum: disruptus crepuit medius. Cum autem conuenissent finitimi habitatores et facti draconis miraculo obstupescerent: feroris vehementiam non ferentes congregauerunt super eum barene moles immensas astante tamen ibidem patre Ammone. quia nec sic quidez cum mortua fuisset bestia: fine illo appropinquare ei audebant.

¶ De sancto coprete presbytero et beremita.

Erat quidam pater in ipsa beremo habens monasteriū Copres nomine vir sanctus annorum circiter octoginta: & ipse multas virtutes faciens, languores curans & efficiens sanitates: sed & demones fugans & multa mirabilia faciens. Ex quibus nōnulla etiam in nostri presentia effecit. Is ergo cum vidisset nos. & osculo salutasset: atq; ex more post orationem etiam pedes lauisset: requirebat a nobis que gererentur in seculo. Nos autē rogabamus eum: vt ipse magis nobis de suis gestis aliqua narraret. ex quibus actibus: q̄busne meritis dominus ei tantam gratiam contulisset: exponeret. At ille nihil dedignatus est: & sue vite: & priorum suorum narrare nobis ordinem cepit: quos tm̄ longe illustriores fuisse perhibebat seq; ipsorum parua vite exempla sectari. Dicebat ergo. Nihil magni est o filioli: quod in nobis videtis ad comparationē sanctorum patrū. ¶ Erat enim quidam ante nos vir nobilissimus pater nomine mutius. Hic fuit primus in hoc loco monachis: & in omni hac beremo: viam salutis omnibus nobis primus ostendit. Hic autem primo gētilis fuit latronum maximus: & sepulchrorum violator: atq; in omnib⁹ flagitijs opinatissimus. ad quem tali ex modo occasio salutis aduenit. Nocte quadam ad domum cuiusdam virginis deo consecrate expoliandi gratia perrexit cumq; machinis quibusdaz: que huiusmodi artificibus note sunt: domus eius tecta conscendisset. querens quali arte vel quo aditu ad penetralia eius irreperet difficultate ppetrandi operis inuitus: plurimum noctis tempus in tectis positus fine vllo transegit effectu. Post multos vero animi conatus frustra adhibitos veluti fessus somno opprimitur: & per visum assistere sibi videt quendaz religiosum habitu fulgentem & dicentem. Desine iam ab bis flagitijs: & ab effusione humani sanguinis cessa: atq; ab execrabilibus furtis: ad laborem religiosum conuertere vigiliarum: & fuscipere celestem angelicamq; militiam: atq; ex hoc iam animi virtutibus viue: & ego te huius milite ducem atq; principem faciam. At ille cuz grauiter que sibi offerebantur: audisset: ostenditur ei exercitus monachorum: & principatum tenere super eos iubetur. In bis euigilans astantem vidit sibi virginem & requirentem: quis aut vnde. vel cur illic adesset. At ille quasi amens effectus nihil ei respondit: sed tantum vt ecclesiā sibi ostenderet: rogat. Illa vero cum intellexisset esse in re aliquid operis diuini: hominem perducit ad ecclesiam: ac presbyteris offert. Ad quorum ille vestigia proruens: orabat christianum se fieri: & locum sibi penitentie dari. Presbyteri vero: qui cognouerant virum hunc omnium esse scelerum auctorem: mirantur si hec vera loqueretur. Et cum perseuerantia sui fidem rei fecisset: monent eum vt si hec vellet illa penitus omitteret. Debinc cuz religionis initia suscepisset orat sibi precepta dari quibus viam salutis deberet incedere. At illi tres ei primi psalmi versiculos tradunt. Quibus ille diligenter consideratis: sufficere sibi autē ea ad viam salutis & scientiā pietatis. Tribusq; diebus permanens apud eos ad beremum profiscitur: vbi plurimo tempore demoratus: & die ac nocte in oratione cum lachrymis perdurans: cibum ex radicibus accipiebat herbarum. ¶ Regressus autem ad ecclesiam tres versiculos psalmi quos a presbyteris perceperat. non solum verbis sed & rebus atq; operibus reddidit. Presbyteri vero mirabantur q̄ subito conuersus acrimam statim inierit abstinentiaz & instruentes eū plenius ex diuinis scripturis: hortabantur secuz demorari. At ille ne videretur esse inobediēs vnā apud eos exigens septimanam: rursus pergit ad beremum: atq; ibi continuo per septem annos in omni abstinentia degens: plenitudinem gratie consequitur a deo: ita vt pene omnes scripturas memoriter teneret. Panem vero dominica tantū die sumebat: & hunc diuinitus delatum. Nam cū oraret surgens ab oratione inueniebat panez positum: quem nemo hominum detulerat. Hūc vbi cum gratiarum actione sumpsisset: sufficiebat ei vsq; ad alteram dominicam diem. Post multum vero temporis: iterum regressus ex deserto: exemplo abstinentie sue q̄ plurimus ad imitationem sui inuitauit: inter quos accessit ad eum adolescēs quidam: cupiens eius esse discipulus. Cui ille cū habitum monachorum hoc est leuitinam & cucullam ac melotem: que est caprina pellis: imposuisset. docere eum de ceteris monachorum institutionibus cepit. Multa sane cum sollicitudine curabat ficubi christianorum quis fuisset defunctus: vt sepeliret eum. Quem cum vidisset adolescens ille discipulus suus summa cum diligentia mortuis indumenta aptantem: dicit ad eum. Pater vellem vt & me mortuum ita indueres ac sepelires. At ille ait. Ita inquit faciam & tam copiose te induam donec dicas sufficit. Post non multum vero temporis: defunctus est adolescens. & predictus sermo completur. Cum enim plurima ei circūdedisset indumenta. ait ad eum coram omnib⁹ Sufficiunt tibi hec ad sepulturam filiole: an adhucvis vt aliquid addamus. Tunc defunctus vocez cunctis audientibus emisit: obuelata iam facie vultuq; constricto & dixit. Sufficit pater: implesti quod promiseras. Obstupuerunt autez qui per presentes aderant: & admirati sunt valde super tam mirabili facto eius. At ille sepulto adolescente continuo ad beremum redijt: summo studio iactantiam declinans. ¶ Quodam autem tēpore iterum de beremo venit ad visitandos fratres: quos ipse instituerat. & cum quidam ex eis in extremis diem ageret reuelatum est ei a domino q̄ esset moriturus. Hora autez iam erat ad vesperam declinans. Festinabat ergo: vt eum videre posset. Vicus autem vbi decumbebat eger longo adhuc aberat spacio: & nolens noctu introire vicum: simul & saluatoris sermonē intra semet ipz

meditans: quo dixit. Ambulate dum lucem habetis vobis: & qui ambulat in luce non offendit. Cum videret iam solem demergi: ait ad eum. In nomine domini nostri iesu christi sta paulisper in itinere tuo: & expecta me donec ad vicum perueniam. At ille cū aliqua iam mergi cepisset ex parte restitit: nec prius accubuit q̄ homo dei perueniret ad vicum. Hoc autem manifestum factum est hominibus illis qui in eodem vico habitabāt. Stantes enim & intuentes moras solis in occasum: mirabātur omnes quid sibi vellet hoc q̄ tot horis in occasum suum non descenderat sol. Videntes autem patrem Hutium: de heremo venientem: querebant ab eo quid hoc esset signi qđ ostenderat sol. At ille respondit eis. Non memini-stis vocem domini & saluatoris nostri dicentē. Si habueritis fidem sicut granum sinapis maiora horum signa facietis? Cum autem intellexissent ad eius fidem solez stetisse: timore magno exterriti sunt plurimiq̄ ex eis iunxerunt se ei discipulos: & sequi eum ceperunt. Cum autem ingressus fuisset domum illius fratris pro quo festinauerat: & inuenisset eum iam defunctum: oratione facta accedens ad lectum osculatus est eum: & ait. Quid magis desiderij habes frater abire & esse cum christo an permanere in carne? Tunc ille recuperato spiritu paululum refidens: ait ad eum. Quid me reuocas pater. Melius est mihi redire & esse cum christo: permanere autē in carne mihi necessarium non est. Cui pater Hutius. Dormi ergo inquit in pace fili: & ora pro me. At ille continuo reclinans se in lecto dormiuit. Hi autem qui aderant obstupuerunt: dicentes. Vere dei homo est hic. Tunc ille induit adolescentem vt sibi moris erat satis decore: & totam noctem in psalmis hymnisq̄ peruigilez ducens: honeste iuuenē tradidit sepulture. ¶ Alium autem fratrem cum visitasset decumbentem vbi vidit eum quietem mortis difficulter accipere: & grauiter conscientie suę metu redargui ait ad eum. Cur imparatus es fili ad profectionem tuam? Accusatrix: vt video: ignauie tue tecum pergit conscientia. Tunc ille exorabat eum dicens. Obsecro te intercede pro me ad deum: vt mihi parui temporis spacium largiatur: quo possim emendare vitam meam. At ille. Nunc inquit spacium penitentie requiris: vbi vite tempus implesti? Quid faciebas i omni hoc vite tue tempore. Non potuisti vulnera tua curare. Quinimmo & recentiora semper addebas. At ille cum permaneret exorās ait ad eum senex. Si vltra non addes malis tuis mala: orabimus pro te deum. Bonus est enim & patiens & indulget tibi parum aliquid temporis vite: vt omnia debita tua reddas. Et cum post hec orasset deū surgens ab oratione: ait ad eum. Ecce tres annos tibi dominus concessit in hac vita tantum: vt ex animo ad penitentiam conuertaris. Et apprehensa manu eius: eleuauit eum de lectulo. At ille surgens sine aliqua dilatione secutus est eum ad desertū. Et vbi completi sunt tres anni: reuocabat eum ad locum: vnde eum assumpserat iam non quasi homi-
3 nem sed quasi angelum ex homine deo consignans: ita vt omnes mirarentur de conuersatione eius. Cumq̄ conuenissent ad eum fratres plurimi: statuit eum in medio: atq̄ ex ipso materiam sumens per totam noctez doctrinam de fructib⁹ penitentie & conuersionis produxit ad fratres. Ipso vero sermonē faciente quasi dormitare frater ille cepit paululum: & continuo in perpetuum quieuit. Cunc facta oratione super eum: & omnibus que ad sepulturam pertinent: ex more completis: ad beremum properanter abscessit. Frequenter autem & nilum fluuium hunc immanem pedibus transiuit: aquam vsq̄ ad genu habens. Alio quoq̄ tempore clausis ostijs: fratribusq̄ in superioribus solarijs sedentibus ipse ingressus est ad eos & frequenter ad quēcunq̄ locum irevoluit q̄ is longe positum: intra momentum tēporis inuentus est. Nam primo adhuc tempore conuersionis sue cum esset in beremo & septimanam ieiunasset: aiunt occurrisse ei hominem in deserto habentem panem & aquam qui & hortatus est eum accipere cibum. In alio quoq̄ tempore demon assistēs thesauros auri plurimos quos pharaonis fuisse perbibebat ostendit ei sub terra demersos. Cui respondisse fertur pater mutius. Pecunia tua tecum sit in interitum & perditionem. Hec ergo & bis similia plurima effecit deus per eum. Sed & alij nihilominus fuerunt ante nos multi patres quibus dignus non fuit mundus: signa celestia & prodigia facientes? Quid ergo miramini si nos parui homines parua faciamus: claudos aut cecos curantes quod & medici ex ar-
[illegible]facere possunt? ¶ Et cum hec nobis Lopres[illegible]
[illegible]enarraret vnus ex fratribus nostris quasi incredulitate eorum que dicebantur tediare cepit: & pre tedio dormitare. Cunq̄ somno fuisset oppressus vidit per visum libros aureis litteris scriptos in manibus senis copertis: ex quo narratio eius deduci videbatur: & assistentem quendam clarissimi aspectus virum: canicie venerandū: cōmination fibi magna dicentem. Cur non audis attente que recitantur: sed incredulus dormitas At ille conturbatus euigilat & statiz nobis secretius latino sermone q̄ viderat enarrabat. ¶ Inter hec autem vidimus rusticanum quendam accessisse ad ostium senis habentem vas arenaplenum & expectantem donec senex sermonē sue narrationis expleret. Nos autem videntes eū interrogauimus seniorem quid sibi vellet rusticanus iste stans: & arenam tenens in vase. Respōdit ad nos senior dicens. Non quidem oportebat me o filioli hoc vobis prodere ne gloriari videamur: & merces laboris pereat: tamen pro edificatione vestra & vtilitate qui tam longo itinere venistis ad me non patiar etiam hoc abscondi a vobis: sed enarro opera domini qui dignatus est implere per nos. Terra regionis huius que in vicino nobis posita colitur sterilis valde & infructuosa fuit: ita vt si quando semina ex necessitate suscepit duplicata vix redderet. Vermes enim quidaz nascebā tur in ipsis germinuz culminibus: & ascendentes segetem succidebant. Erant autem agricole loci ipsius gentiles. Hos cum docuissemus domino crederet & fidem christi recipere: christiani iam facti veniunt ad nos & rogant vt oremus dominuz pro segetibus ipsoruz. Et cuz diceremus eis nos quidem oraturos. sed fidem ipsorum reqri apud deum: que hoc percipere mereatur illi ex arena hac que calcatur a nobis sinus suos replentes offerunt nobis rogantes vt in nomine domini benediceremus. Et ego ad eos ſm fidem inquā vestram fiat vobis. Tunc illi auferentes arenaz secum miscent seminibus que seminaturi erant & spargunt per agros & tantum fructum ex eo colligunt quantum nulla vsq̄ potuit egypti terra colligere. Ex eo ergo consuetudo est eis bis per annos singulos venire ad nos & eadem expectare a nobis. ¶ Sed & illud nō celabo vos quod mihi deus ad gloriam nominis sui prestitit. Descenderam aliquando ad ciuitatem & inueni ibi virum quendam doctorem manicheorum seducentē populos: cum hoc habui conflictuz sermonis. Sed quia erat versutus nimis: & concludere eum verbis non poteram: veritus ne auditorum turbe lederentur: si ille quasi superior abcessisset in verbis dixi. Accendite ignem plurimū in medio platee & ambo intremus in flammam si quis nostrū ex ea non fuerit adustus: huius vera fides credatur. Quod cum dixissem valde placuit populo & continuo ignis accenditur plurimus Tunc ego apprehendens eum cepi mecum per trahere ad ignem. Et ille non ita inquit: sed vnusquisq̄ nostrum singulariter ingrediatur. Primus tamen tu debes intrare qui hoc proposuisti: & ego in nomine christi confignans memetipsum ingressus sum ignem. Flammavero huc illucq̄ diuidi ac dispergi & refugere pene a me cepit. Steti in medio ignis dimidia fere hora: & in nomine domini in nullo penitus lesus sum. Videntes autem populi cum ingenti ammiratione acclamauerunt & benedixerunt deum dicentes. Mirabilis deus in sanctis suis. Ceperunt autem vrgere etiaz manichеum vt introiret in ignez. At ille reluctari cepit & subtrahere se. Tunc comprehendentes euz turbe iniecerunt in medium ignis: & statim circūdans eum flamma atq̄ adurens semiustum reddidit. Et illum quidem cum dedecore ex vrbe populus eiecit: clamans & dicens. Diuus ardeat seductor. Me vero assumentes secum & benedicentes dominum ad ecclesiam perducunt. ¶ Alio quoq̄ tempore dum trāsirem iuxta templū quod dam vidi ibi sacrificare gentiles: & aio ad eos. Cur vos cum sitis homines rationabiles immolatis mutis & insensibilibus simulachris. Nonne enim vos multo magis sine sensu estis: q̄ illi quibus immolatis. Ad hunc sermonem domin⁹ aperuit eis intellectum & relinquentes errorem suum quem agebant: secuti sunt me: & crediderunt saluatori nostro deo. ¶ Fuit mihi aliquando hortulus monasterio vicinus: in quo propter aduentā tes fratres olera colere videbamur. Quidam autez gentilis ingressus est noctu: & furatus est olera. Que cum pertulisset ad domum suaz: igni apposuit vt coqueret. Cunq̄ tribus horis cōtinuis ingenti igne suggestu: neq̄ seruare neq̄ molliri: aut calefieri aliquatenus potuissent: sed permanissent eadem viriditate qua in ollam missa sunt: & neq̄ aqua quidam ipsa vel leuiter calefieri potuisset: in semetipsum regressus ille qui furatus ē: erepta rursus de foco olera reportabat ad nos & prosternēs se ante pedes nostros rogare cepit: vt peccati sui veniam mereretur: & fieret christianus: quod & impetrauit. ¶ Accidit autem eadez die hospites venire ad nos plurimos fratrū: quibus opportune olera ipsa parata sunt gratias ergo referentes domino pro mirabilibus suis duplicem letitiam gessimus: & pro salute dominis: & pro beneficijs diuinis.

¶ Incipit vita de sanctis Syro Esaia & Paulo.

Odebat & adhuc etiam hoc abbas Syrus aliquando & Esaias & Paulus occurrerūt sibi inuicem ad ripam fluminis. Erant autem isti viri iusti summe abstinentie & tori⁹ religionis. Hi pergebant visitaturi sanctum quendā virum noie anuph. Aberat aūt monasteriū: ad qđ ibāt: mansionibus tribus. Cum ergo vellent transire fluuium: nec esset copia transmeandi: aiunt inter semetipsos. Petamus a domino gratiam: ne impediatur nobis boni operis iter. Et conuersi ad abbatem syrum. tunc aiunt precipue pete a domino: scimus enim audiri te: quia prestabit tibi que petis. At ille coborratus etiam ipsos secum genua figere in oratione prostrauit se in faciem coram domino. Et cum impleta oratione surrexissent ecce vident lappelli nauigium ad ripam fluminis paratum ad iter quod acturi erant & expeditum. Hoc ascendētes aduersus fluminis cursum ita velociter ferri ceperunt: vt inter horam vnaz: totius itineris quod per acturi per triduū erant conficerent spacium. Cunq̄ applicuissent ad terram esaias ait. Dominus mihi ostendit virum ad quem properamus occurrentem

appareat nauigiū

nobis: & vniuscuiusq; nostrum secreta cordis aperientem. Sed & paulus ait. Et mihi ostendit dominus q̄ post triduum educat eum de hoc mundo. Cum ergo iter: quod ducit ad monasterium de flumine: incedere cepissent: progressiq; essent paululum: occurrit eis supradictus vir ad quem visitandum pergebant: & salutans eos ait: benedictus deus: qui vos mihi & nunc in corpore: & ante iam ostendit in spiritu. Et tunc cepit de vniuscuiusq; eorum meritis que habebant apud deum: atq; actibus memorare. Tunc paulus ait. Quoniam & nobis dominus ostendit: q̄ post triduum te de hoc mundo assumat: petimus a te: vt etiam de tuis nobis virtutibus & actibus: quibus dño placuisti: enarres: nec verearis iactantie notam. Absces̄surus enim de hoc mundo: ad imitationē posteris gestorum tuorum memoriaz derelinque. Tunc ille. Nihil inquit magnum feci̇sse memini: hoc tamen custodiui: ex quo nomē saluatoris nostri in persecutione confessus sum: ne post confessionem veritatis mendacium de ore meo p̄cederet: nec̄ p̄ amore celestiu terrenum aliq̄d amarem ſ nec̄ gratia domini in bis defuit mihi. Nū q̄ enim me fecit in aliquo egere terreno: omnem quem desideraui cibum: angelorum mihi deferēs ministerio. Nihil a me occultauit dominus eorū: que gerūtur in terris: nunq̄ defuit in corde meo lux eius: per quam suscitatus somnum corporis non requirerem: desiderium habens semper videdi eum. Sed & angelum suum assistere mihi fecit edocentem me de singulis quibusq; virtutibus mūdi. Lux mētis mee nunq̄ extincta est. Omne quod petij a domino sine mora consecutus sum. Ostendit mihi frequenter multitudines angelorum assistentium sibi vidi & cetum iustorum: congregationesq; martyrum: monachorum conuentus: omniumq; sanctorum: eorum dūtaxat: quorum opus non est aliud nisi laudare semper & benedicere deum: in simplicitate cordis & fidei. Vidi ecōtrario sathanam & angelos eius eternis ignibus tradi: & rursus iustos eterna leticia perfrui. Cum hec & multa alia bis similia per totum triduum enarrasset eis: tradidit spiritum. Et continuo vident ipsi ab angelis suscipi eius animaz: atq; ad celos ferri: ita vt vocem hymnorum audirēt & ipsi. a quibus vna cum angelis anima eius abscedens dominum collaudabant.

vitaz suā ipse narrat. q̄ cuius dicit no tāda. q̄ metuētes.

¶ De sancto Heleno.

Vit & alius vir sanctus Helenus nomine bic a puero i seruitio domini omni cuz continentia & castissimis institutionibus enutritus ad summa merita peruenerat. Deniq; cū adhuc puer esset in monasterio: si necessarius fuisset ignis: vt e vicino peteretur: ardentes prunas vestimento deferebat illeso. Quod ammirantes omnes qui aderant fratres: studium animi viteq; ei⁹ ac meriti cupiebant. Huic quodam tempore cum solus esset in heremo: desiderium vescendi mellis exortum est: & conuersus vidit in saxo fauum mellis inberentem: sed intelligens inimici banc esse fallaciam continuo semetipsuz increpans ait. Discedite a me deceptrix & illecebrosa concupiscentia. Scriptum est enim. Spiritu ambulate: & desideria carnis ne perfeceritis. Et statim derelinquēs etiam locum ipsum: decessit & abijt in desertū: atq; ibi tanq̄ p̄o carnis concupiscentia punienda ieiunijs semetipsum cepit affigere. Tertia autem septimana ieiunij sui videt i deserto iacere diuersa poma dispersa: & intelligens dolos inimici ait. Non manducabo neq; contingam: ne fratrē meū boc est animam meam scandalizē. Scriptum est enim quia non in cibo solo viuit homo: sed in omni verbo dei. Cunq; & sequentem septimanam ieiunaret: paululum in somnum deductus est: & ecce angelus astitit ei per visum dicens. Surge iaz & que inueneris tibi apposita nibil dubitans bis vescere. Et surgens vidit aquā fontem lenibus repletum fluentis: eiusq; ripas in circuitu herbis quibusdaz teneris odoratisq; pretextas. Et accedens decerpere cepit & edere similiter & ex fonte poculum sumere. Affirmabat autem se nunquā in omni vita sua tante dulcedinis aliquid: & tante suauitatis bausisse. Inuenit autem in ipso loco etiam speluncam quandam: intra quaz aliquā diu requieuit. Et cum reficiendi corpusculi tempus & necessitas affuisset: per dei nibilominꝰ gratiam: nibil deerat eorum que poscebat a domino. ¶ Quodam vero tempore pergebat ad visitandos fratres iconomos: quibus etiam que necessaria erant ad refectionez corporis deferebat. Et cum in itinere eorum: que portabat: onere grauaretur: vidit eminus onagros transire per desertum: & exclamauit dicens. In nomine domini nostri iesu christi veniat. vnus ex vobis & suscipiat sarcinam meam. Et ecce vnus ex omni grege tota cum mansuetudine pergit ad eum. Tunc ille p̄benti se spōte & onus imposuit & ipsi insedit: & cū velocitate ab eo ad cellulas fratrum: quo pergebat euectus est. ¶ Alio rursus tempore dominica die venit ad quoddam monasterium fratruz: & cum vidisset eos non agentes solēnitatem diei causam requirit. Cum autem dixissent: p̄o eo q̄ p̄sbyter non adesset qui trans flumen maneret: ꝓpter metum enim cocodrilli transire nullus audebat. Tunc ille si vultis inquit ego eam: & adducam eum ad vos. Et continuo ad ripam fluminis pergit. Vbi cum nomen domini inuocasset: p̄sto fuit bellua: & que solebat ad esse ad pernicies hominum: affuit nunc ad vebiculum iusti: tergo quoq; suo suscipiens eum cū omni metu subiecta:

usq; ad partem ripe vlteriozis euexit. Adijt continuo p̄sbyterum: & exorare eum cepit. vt veniret ad fratres. Erat autez indutus vilissimo & abiectissimo indumento. Super quo miratus p̄sbyter: quis aut vnde esset. vel quid sibi vellet: inquirit. Vbi vero cognouit esse hominem dei sequi cū cepit ad flumen. Et cum causaretur non inueniri nauigium quo transiri possit: tunc abbas belen⁹. nibil inquit verearis pater: ego iaz nunc parabo vebiculum. Et exclamans voce magna: ad esse bestiā iubet. Que statim voce eius audita affuit ac dorsum suū ad vebendū placite p̄buit p̄ior ipse conscendens inuitat & p̄sbyterum dicens. Ascende nibil formidans. At ille visa belua exterritus: retrocedere ac refugere magis cepit. Omnes autem qui aderant stupor: ingens & metus inuasit: videntes eum cocodrillo euectuz fluminis alueum transmeare. Sed vbi descendit: secum pariter in siccum educit etiam bestiā dicens ad eam. Melius est tibi mori q̄ tot sceleruz & tot homicidioꝝ inuolui reatu. At illa statim corrues expirauit. Interea per triduz in monasterio sanctus Helenus permanens docebat fratres spiritali doctrina. ita vt etiam nonnullorum cogitationes cordis & secreta cōsilia proferret in medium & alium quidem p̄oderet, spiritu fornicatiōis vegeri: alium spiritu iracundie. alium vero cupiditate pecunie: nonnullos autem & iactantie ac spiritu superbie illudi. Alterius vero mansuetudinis. alterius iusticie. alterius etiam patientie testimonium dabat: & sic vtraq; ex parte aliorum vitia. aliorum etiam virtutes animi exaggerans: ad omnes eos profectus mirabiliter excolebat. Agnoscentes vero singuli quiq; ita agi inter semetipsos vt ille nunciauerat corde cōpuncti emēdabantur. Profecturus autem ait ad eos: prepara te olera ad aduentum fratrum. Et illis p̄parantibus continuo superuenerunt fratres quib⁹ bonorifice susceptis: ipse contendit ad heremuz. ¶ Rogabat vero eum quidam de fratribus vt p̄mitteret ei secum esse: & degere in heremo. Cunq; respondisset ei graue esse negocium: & plurimi laboris obsistere temptationibus demonum: eo cōtentiosius inuenis perstebat promittens se cūcta tolerabiliter perlaturum. tantum vt p̄beret ei copiam consortij sui. Et cum permisisset secutus est eum ad heremum: quem ille in vicina sibi spelunca habitare iubet. Tunc demones aduolantes per noctem primo fedis & turpibus eū cogitationibus exagitant: post hec vero etiam violenter irruere & necare eum aggrediuntur. Effugiens autem iuuenis: & peruolans ad cellulā sancti belen: quibus malis vexaretur exponit. Tunc senior consolatus eum paucis verbis: & de virtute fidei ac patientie commonens: statim reuocat ad speluncam: de qua fugerat: & tanq̄ sulcū quēdam per harenam extra cellulam iuuenis digito

suo ducens: p̄cepit in nomine domini: ne audeant demones statutum transgredi limitem: & ita verbi eius virtute adolescens permansit de reliquo securus. ¶ Ferebatur etiam de illo iuuene: q̄ & ipse in heremo positus celestes sepe percepisset cibos fratribus ad se venientibus: cum nibil habuisset quod apponeret: affuisse quendaz adolescentem: panes ei & que erant necessaria deferētem: eaq; cum ante speluncaz eius deposuisset: vltra nusq̄ comparuisse: dixisseq; ad fratres. Benedicamus dominum: qui p̄parauit nobis mensam in deserto. Hec & alia plurima de sancto rum patrum vita & conuersationibus enarrās nobis pater corpes & cum omni effectu instruens: post edificationis sermonem introduxit nos in hortum: ostendens nobis arbores palmarū aliorumq; pomorum: quas ipse plātauerat & dicebat Hec me in heremo plantare rusticanorum fides ammonuit. Ut enim vidi eos tantaz fidem habere vt barenam sub nostris vestigijs colligentes per agros suos spargerent & terram sterilem ad totius fecunditatis verterent vbertatem: pudor inquā est: si nos inferiores bis inueniamur in fide: quorum fides per eos cognita est deo.

¶ De sancto Helya.

Idimus & alium senem venerabilem Helyam nomine in finibus ciuitatis anthinos que est metropolis thebaidis: centuz fere iaz & decem [vt dicebatur] annorum: super quez dicebāt: q̄ vere spiritus Helye i eo requieuisset. Multa enim de eo & magnifica ferebantur. Septuaginta nanq̄ annos in solitudine vastissima eum transegisse perbibebant: cuius deserti borrorem terrorēq̄ nullus sermo digne poterit exponere. Illic ergo sedebat senior tota hac etate: humana habitationis nesciens loca. Semita autem erat angusta & scrupea: que ad eum ducebat: que vix inueniri a commeantibus posset. Locus vero ipse in quo sedebat spelunca erat terribilis quedam: & intuentibus plurimum borroris incutiens. Ipse autem trementibus iam membris: prematura quatiebatur etate. Incessabiliter faciebat signa per singulos dies: & cuntes ad se quacunq; incommoditate constrictos omnimodis resoluebat. Cuncti vero patres confirmabant: q̄ nullus omnino meminisset quando hic secessisset ad heremum. Cibus ei erat panis exiguus & pauc̄issime oliue usq; ad vltimā senectutem. Nam & in iuuentute sua septimanas frequenter ieiunasse perbibebatur.

¶ De sancto Pythirione.

Nterea redeuntes ex thebaide vidimus montem quendaz preruptum fluuio imminentē elatione minacis saxi aspectu etiam ipso terribilem: in quo erant per ipsa precipitia spelūce difficilis accessus. In bis monachoꝝ plurimi commanebant: quoꝝ pater erat nomine Pythir.on. Hic ꝛ ex discipul' beati Anthoni fuit ꝛ post illius obitum cum sancto habitauerat ammone. Post huius quoq; abcessum in hoc se constituerat monte. Sed ꝛ tanta in eo erat virtutum copia, tanta gratia sanitatum: ꝛ potestas aduersum demones: vt duoꝝ meritо summoꝝ viroꝝ solus hereditatem consecutus dupliciter videretur. Hic ergo multis monitis nos edificans: multaq; doctrina instruens precipue tamen de discretione spirituum nos docebat dicens esse quosdam demones: qui certis quibuscunq; vitijs obsequuntur: quicq; eum effectus anime passibiliter ꝛ vitiose viderint moueri conuertunt eos ad omne facinus malum. Si qs ergo est qui vult demonibus dominari: prius vitijs suis ꝛ passionibus domnetur. Quodcunq; enim vitium proprie passionis abieceris: huius vitij demonem poteris etiam de obsessis corporibus effugare. Et ideo conandum est paulatim p̄ria vitia superare: vt possimus etiam demones superare: qui huiusmodi vitijs obsequuntur. Hic secundo reficiebatur in septimana pulticulas accipiens ex farina: nec poterat iam accipere aliaz escam: neq; etate, neq; consuetudine permittēte.

discretio spirituū

eijcere demones

¶ De sancto Eulogio.

Vdimus ꝛ alium sanctum patrem Eulogium nomine: qui in offerendis sacramentis tantum gratie accipiebat a dño: vt vniuscuiusq; accedētiuz ad altare dei merita culpasq; cognosceret. Deniq; ex mōachis quosdam volentes accedere ad cōmunicationem retinuit dicens. Quomodo ausi estis accedere ad sacramenta: cum mens vestra ꝛ propositum sit in malo. Deniq; ait, Tu hac nocte habuisti cogitationes fornicandi. Tu vero dixisti in corde tuo: nihil interest siue iustus ad sacramēta siue peccator accedat. Et aliꝰ dubitationem habuit in corde suo dicens. Quid enim me sanctificare cōmunio potest. Hos ergo ꝛ singulos remouebat a cōmunione sacramēti: ꝛ dicebat eis. Secedite paululum ꝛ agite penitentiam: vt purificati per satisfactionē ꝛ lacbrymas: digni habeamini cōmunioni cbristi.

¶ De sancto apelle.

Vdimus ꝛ alium presbyterum in vicina regione nomine Apellen: virum iustum. Hic faber erat ferrarius ꝛ que necessaria erant fratribus operabatur. Quodam autem tempore cum ad fabritia opera vigilaret in filētio noctis: conuersus dyabolus in formam mulieris specio se venit ad eum tanq; aliquid ei operis deferēs. Tunc ille ereptum manu nuda de fornace ferrum candens in faciez eius iecit. At illa clamans ꝛ vlulans aufugit: itavt omnes fratres qui in circuitu cōmanebant: vlulatum eius fugientis audirent: ꝛ ex eo iam vir ille in vsu habuit ferrum candens manu nuda tenere nec ledi. Ad hunc ergo cum venissemus ꝛ humanissime nos suscepisset: poscebamus ab eo vt nobis vel de suis vel de eorum quos precipuos in conuersatione sancta sciret: virtutibus loqueretur. Tunc ille. Est inquit in bac beremo vicina frater quidam nomine Johannes etate prouectus: vita moribus atq; abstinentia cunctos precellens. Hic primo cuz secessisset ad beremum tribus cōtinuis annis sub cuiusdam saxi rupe stans: semper oʒauit: ita vt nunq; oīno resedcrit neq; iacuerit. Somnum aūt tantū cepit q̄tum stans rapere potuit. Cibū vero nunq; nisi die dominica sumebat. Presbyter em̄ tunc venicbat ad eum ꝛ offerebat p eo sacrificiū: idq; ei solum ꝛ sacramentum erat ꝛ victus. Hinc quodam die satbanas surripere volens transfiguravit se in presbyterum qui venire ad eum solebat: ꝛ preueniens boram solitam simulat se sacramentorum gratia venisse. At ille vigilanter intelligēs dyaboli fraudem cum indignatione quadam ait ad eū. Omnis doli omnisq; fraudis pater: inimice omnis iusticie non desinis seducendo animas cbristianas: sed ausus es et ad ipsa te immergere terrifica ꝛ sacrosancta mysteria. At ille respōdit ei. Putaui inquit q̄ possim te ludificare. Sic em̄ ꝛ alium quendam ex vestris decepi: ita vt ꝛ mente excederet ꝛ perderet sensum. Quez cum credē tem mibi insanum reddidissem: tot iusti oʒantes p eo vix euz ꝛ loco ꝛ sanitati restituere potuerūt. Et bec cum dixisset demon aufugit ab eo. Erat autem supradictus vir perstistens in opere cepto: atq; in oʒatione perdurans. Pedes vero eius ex eoq; multo tempore immobiles fuerunt disrūpebantur: ita vt sanies ex eis proflueret. Tres aūt cum complerentur anni affuit angelus domini: ꝛ ait ad euz. Dominus iesus xp̄s ꝛ spiritussanctus susceptis oʒationibus tuis: ꝛ corporis tui cicatrices sanat ꝛ celestis cibi: id est verbi ꝛ scientie suetibi abundantiam donat. Et contingens os et ac pedes: ꝛ ab vlceribus eum sanum reddidit ꝛ repletum scientie ꝛ doctrine gratia cibi famē sentire non fecit. Jubet autem transire eum ad alia loca: ꝛ beremum circūeuntem visitare etiā alios fratres: ꝛ edificare eos in verbo ꝛ doctrina domini. Dominica autem die ad eundez semper reuertebatur locum simili modo sacramentoꝝ gratia: reliquis vero diebus etiam opus manuuz faciebat ꝛ operabatur in iumentoꝝ cingula ex palmarum foliis texens: vt in illis locis baberi moris est. Quodam vero tempore claudus aliquis ire ad ipsum voluit vt ab eo curaretur. Contingit autem vt animal ipsum quod ascensurus erat cingulum manibus dominis dei factuz baberet. ¶ Cum ergo imponeretur ille claudus supra iumentum: statim vt contigerunt pedes eius illud cingulum: sanus effectus est. Sed ꝛ quibuscunq; egris benedictum panem misit. statim vt ex eo p ceperunt sanati sunt. Et alias multas virtutes ꝛ sanitates per euz dominus impleuit. ¶ Habuit autem ꝛ banc gratiaz super omnes pene ceteros bomines vt vniuscuiusq; fratrum de vicinis monasteriis conuersatio ei reuelaretur: ita vt scribere tad patres eoꝝ ꝛ commoneret. q̄ ille ꝛ ille segniter agunt: nec rectum in timore propositum gerunt: ille vero ꝛ ille in fide ꝛ animi virtute proficiunt. Sed ꝛ ad ipsos patres scribebat: aliis q̄dem q̄ multum tedioſi essent erga fratres: ꝛ pusillanimes circa patientiam: aliis vero q̄ bñ constanter ꝛ sollicite agerent ꝛ sufficienter consolarē tur fratres. Et quid buic meriti pro virtutibus: quid vero illi coreptionis immineret a domino p ignauia predicabat: ꝛ ita eoꝝ qui absentes erāt actus ꝛ causas ac merita vel negligentia describebat: vt audientes bi de quibus dicebat] conscientia convicti negare non possent. ¶ Docebat tamen omnes: vt a visibilibus ꝛ corporeis rebus cor ꝛ animum ad invisibilia ꝛ incorporea trāsferrent. Tempus enim inquit est: vt ad huiusmodi studia transeamus. neq; enim semper pueri ꝛ semper infantes esse debemus: sed aliquādo iaz ad spiritalia ꝛ altiora conscendere: ꝛ virorum sensus capere: atq; ad perfectionem subire intelligē tiam: vt possimus virtutibus animi enitescere. Sed ꝛ multa alia de boc viro sanctus homo dei apelles narratione nobis fidelissima commēdauit: que cuncta conscribere: ꝛ longum videtur ꝛp magnitudine sui: nonnullis fortasse audientium vix credibile.

¶ Finit vita sancti apellis.

¶ De sancto Papbuncio.

Vdimus ꝛ aliud monasterium sancti papbuncij bominis dei: q̄ nominatissimum in illis locis anachorites: ꝛ vltimi habitatoꝛ fuerat deserti in regionibus eraclee os: splendide vobis apud thebaidam. De boc ergo fidelissima patrum narratiōe comperimus: q̄ cum fuisset vite angelice: quodaz tempore oʒauerit ad deum vt sibi ostenderet: cui sanctorum similis baberetur. Assistens vero angelus dei respondit ei: q̄ similis esset symbonia eo cuidam qui in vico illo cantandi arte victum quereret. Tūc ille obstupefactus nouitate respōsi cum omni properatione pergens ad vicum rediit bominem. Et cuz inuenisset studiosissime percunctabatur ab eo: quid naz sancti ꝛ religiosi operis gestum sit ei: omnesq; actus eius curiosius discutit. At ille respondit ac res erat se esse idignissime vite bominez peccatorem: atq; ante nō multum temporis ex latrone in istud quod nunc exercere videtur: fedum artificium devolutum. Papbuncius eo magis inflabat requirens si quid ei forte vel inter latrocinia pij operis fuisset admissum. Nibil inquit mibi conscius sum boni. Hoc tamen scio q̄ cum inter latrones esset capta est aliquando a nobis virgo deo consecrata: buius cuz ceteri collegе mei latrones cuperent eripere pudorem: obieci me medium: ꝛ eripui eam de contaminatione latronum: ꝛ nocte deducens eaz usq; ad vicum domui sue restitui intactaz. Alio quoq; tempore inueni mulierem honeste forme in beremo oberrantem. Hinc cum interrogarē a me: cur aut quomodo in bec loca deuenisset respōdit. Nibil me interroges infelicissimam mulierē: nec causas requiras: sed si ancillam placet babere abducito quo vis. Hibi enim infelici est maritus qui debiti fiscalis gratia sepe suspensus ꝛ flagellat⁹: ac penis omnibus cruciatus seruatur in carcere: nec aliam ob causam producitur nisi vt tormenta patiatur. Tres autem nobis filij fuerunt qui pro eiusdē iam debiti necessitate distracti sunt. Ego quoq; miserrima quia ad similes penas inquiroꝛ: de loco ad locum fugitans: sine dia miseriaq; confecta: per bec nunc latitans oberro loca: triduum boc sine cibo iaz ducens. Ego vbi bec audiui: miseratus adduxi eam ad speluncam: ꝛ reficiēs animam eius fame: collapsam dedi etiam trecentos ei solidos pro quibus se ac maritum ꝛ filios non soluz seruituti: sed ꝛ supplicijs asserebat obnoxios: ꝛ revocatam eaz ad ciuitatem omnes eos data pecunia liberaui. Hoc solum scio me feciſſe in latrocinio meo. Tunc pater papbuncius. Ego inquit nibil tale feci tamen credo etiam ad te pervenisse q̄ celebre papbuncij nomen inter monachos babeatur. Fuit enim mihi non mediocris studij: vt vitam meam in huiusmodi excolerez disciplinis. Deꝰ igitur de te mibi reuelauit: quia nibil minus apud ipsum meriti babeas quaz ego. Quia ergo frater vides te non minimo loco baberi apud deum: non negligas animaz tuam. At ille statim fistulas quas manu gerebat abiciēs secutus est eum ad beremum: ꝛ artem muficam in spiritualem commutans vite mentisq; armoniam: per integrum triennium arctissime se tradidit abstinētie: in psalmis ꝛ oʒationibus semetipsum die noctuq; exercens: atq; iter celeste animi virtutibus agens: inter sanctoꝝ angelicos cho-

papbutij similis latronum meruit. p.

latro liberat virgines.

mulier pulchre magnitudinis et filios latro restituit.

ros reddidit spiritum. ¶ Postea ꝙ hunc papbū eius omnis exercitij virtute consummatum premisit ad dominum: ipse acrioribus semetipsum studijs ꝙ prius exercuerat agens: iterum domino supplicabat vt sibi ostenderet quis ei esset similis super terram. Fit ergo vox ad eum dicēs. Similem te esse nosce primario vici huius: q̄ est in proximo. Quibus auditis papbūcius fine mora ad eum properans pulsat ad ostium dom⁹ ei⁹. Ille vero cui moris erat suscipere bospites occurrit ei: atq; introduxit in domum suā: lauans quoq; pedes eius apposuit mensam: egitq; conuiuium, inter epulas vero percunctari papbūcius cepit ab bospite qui actus eius: quod studiuz: cuiusq; operis haberet exercitia. Ille vero cum de se bumilia respōderet: ⁊ latere in bonis ꝙ publicari mallet: perurgebat papbūcius dicēs relatū sibi esse a domino ꝙ dignus esset consortijs monachorū. At ille ergo magis bumiliora de seipso sentiens aiebat. Ego quidem in nullo mihi boni alicuius sum conscius. Verum quia verbū dei factum est ad te: eum quē nibil latet celare nō possum. Hec ergo que mibi in medio multorum posito inuisu sunt loquar. Triginta iam completi sunt anni ꝙ continentie consensum babere me cū cōiuge mea nullus agnouit. Suscepti autez ex ea tres filios, borum enim causa solūmodo cognita est mibi vxor: nec p̄ter eam alia: nec ipsa vitra iam cognita. Suscipere bospites nunq̄ cessaui: sed ita vt neminem ante me pateret aduentanti occurrere peregrino. Non dimisi vnq̄ de domo mea bospitem sine viatico: pauperem nullum despexi: sed que necessaria fuerant p̄bui. Si in iudicio sedi: nec filij mei p̄onam contra iusticiam accepi. Alieni laboris fructus nunq̄ introierūt in domū meam. Lite si vidi: nunq̄ p̄terij donec reconsiliarē diffidētes ad pacē. Nemo vnq̄ deprehendit in culpa famulos meos: nūq̄ greges mei leserunt fruges alienas. Volētes seminare in rure meo nunq̄ prohibui: nec vberiora mibi noualia elegi: steriliora illis dereliqui. Quantū in me fuit nunq̄ peccauit: vt potentior infirmum p̄meret. Semp studui in vita mea: vt neminē contristarem. Judicium si fuit apud me: neminem condemnaui: ⁊ discidentes reuocare in concordiam studui. Hec interim mibi vite institutio deo donante hactenus fuit. ¶ Audiēs aūt bec beatus Papbūcius caput eius exosculans benedixit eū ⁊ dixit. Benedicat te dominꝰ altissimus ex syon: ⁊ videas que bona sunt bierusalem omnibus diebus vite tue. Quia ergo bene bec ⁊ conuenienter implesti illud tibi deest quod bonorum omnium summum est: vt omittēs cuncta: ipsam iam sequaris dei sapiētiam ⁊ secretioris scientie inquiras thesauros: ad quos aliter non poteris peruenire: nisi abneges teipsum: ⁊ tollas crucē tuam ⁊ sequaris xp̄m. At ille cuz audisset bec nibil moratus: nec ono aliquid in domo sua ordinans secutus est virū: pgens cum ipso ad desertum. Eū q̄ venissent ad flumē: nusq̄ ad tranimeandum reperto naulgio. Papbūcius p̄cepit intrare secū pedibus fluuiuz: cuius in illis locis profunda babebaf altitudo, transierunt ergo pariter fluuiū ita vt aqua eis vix ad latera peruenireꝫ. Vbi vero veniūt ad desertum: collocat dominē Papbūcius in cellula quadam: baud procul a suo monasterio posita ⁊ conuersationis spiritualis ordinē tradidit, perfectorumq̄ studiorum exercitia docet: sciētiarum quoq; secretiora concredit. Eūq; eū in omnibus instruxisset semetipsuz: denuo maioribus exercitijs dedit: exiguos p̄iores deputans laborez quibus confetri potuerit, bis q̄ seculi videbantur actibus occupari: boc enim sibi dicebat. Si isti qui sunt in seculo trā boni operis faciunt: quanto nos studere debem⁹ plus vel amplius in abstinentie labores eos antecedere. ¶ Tempore autem aliquando in bis transacto, ⁊ ad scientie perfectionem perducto, eum quē perfectum iam in operibus assumpserat quadaz die Papbuncius sedens in cellula sua videt animaz eius inter angelorum choros assumptam dicentium. Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti, babitabit in taberna culis tuis. Et cum bec audisset agnouit assumptum esse ex boc mundo virū. Tūc vero Papbuncius perstiebat in ieiunijs ⁊ orationibus semetipsum ad maiora ⁊ perfectiora extendens, ⁊ rursus orabat dominum vt sibi ostenderet cui similis haberetur inter bomines. Rursus ei vox diuina respondit dicens, Similis es negociatori quem videris ad te venientē, sed exurge velociter ⁊ occurre ei. Adest enim vir cui te similem indicaui. Et Papbūcius fine mora descēdens occurrit cuidam negociatori Alexandrino viginti milibus solidorum merces tribus nauibus deferenti ex thebaida, ⁊ quoniam erat religiosus ⁊ bonorum operum studium gerens, decē leguminum saccos pueris suis impositos ad monasterium dei bominis deferrebat, ⁊ bec ei causa adeundi Papbuncium fuit. At ille continuo vt eum vidit, quid agis inquit o p̄ciosissima ⁊ deo digna anima. Quid tibi cum terrenis est labor, cui sors ⁊ societas cum celestibus data est. Relinque bec illis qui de terra sunt ⁊ de terra cogitant. tu aūt regni dei ad quod vocatus es negociator efficere ⁊ sequere saluatorē a quo paulo post assumendus es. At ille nibil omnino differens p̄cepit pueris suis, vt omnia que superessent multa enim iaz ipse per se distribuerat panperibus erogarent. Ipse vero sequens sanctum Papbuncium ad desertum in eodem ab eo constitutus est loco, ex quo et p̄iores ad deum fuerant assumpti, et similiter ab eo de omnibus instructus in exercitijs spiritualibus ⁊ diuine sapientie studijs permanebat. Breui autem tempore consummato: etiam bic translatus est ad cōgregationem iustoꝝ. Et non multo post ipse etiā Papbuncius in ipsis summe abstinentie exercitijs ⁊ laboribus vitam posuit. Astitit enim ei angelus domini dicens ad eum. Veni iam benedicte domini ⁊ ingredere que tibi debētur eterna tabernacula. Ecce enim mecū adsunt propbete qui te in tuum suscipiant chorum. Hoc autē tibi p̄ius iccirco non reuelauit: ne forte elatus dānum aliquod tui laboris incurreres. Et vnā post bec in corpore adbuc positus diem ducens: cum quidam p̄sbyteri ad eum visitandum venissent omnia eis que sibi dominus reuelauerat nota fecit: dicens ad eos. Nullum in boc seculo debere despici: etiam si latro sit aliquis: aut in scena positus: etiam si cultum ruris exerceat: ⁊ coniugio videatur astrictus: etiam si negociator dicatur: ⁊ mercimonijs inseruiat: tamē in omni ordine humane vite sunt anime deo placentes: ⁊ babētes actus aliquos occultos quibus delectatur deus vnde constat non tantum professionem vite aut babitus speciem deo esse placitam quantum sinceritatem atq; affectionem mentis ⁊ operū probitatem. Et cum similia de singulis quibusq; disseruisset tradidit spiritum. Euidenter autē p̄sbyteri qui aderant ⁊ omnes fratres viderūt eū ab angelis suscipi: bymnum cantantibus ⁊ collaudantibus deum.

¶ De sancti Jsidori monasterio.

Jdimus apud Thebaidam etiam Jsidori nominatissimū monasterium: amplissimis spacijs circūspectum: murogz circundatū in quo babitātibus viris larga p̄bebantur babitacula. Intrinsecus putei plures: borti irriguiz omniū quogz pomoꝝ arborumq; paradisi: ⁊ quecūq; necessaria, vsibus erant sufficienter: immo ⁊ abūdāter p̄uisa: ob boc vt nulli monachorum babitantiū intrinsecus necessitas vlla fieret exeundi foras ad aliquid requirendum. Senior quidam vir magnus grauisq; ⁊ de primis electꝰ ad ianuam sedens boc babebat officij: vt aduenientes ea lege susciperet: qua ingressi vltra nō exirent. Si ergo semel ingredi placuerit stat immobilis lex: sed quod est ammirabilis: ingressos nō iam legis necessitas sed vite beatitudo retinet ac perfectio. Hic ergo senior in ianua sibi ipse cōmanet: adberentem sibi babet bospitalem cellulam: in qua aduentantes bospitio recipiat: ⁊ omni bumanitate refoueat. Vt ergo ⁊ nos ab eo susceptī sumus introeundi quidez copia nobis nulla fuit: ab ipso autem didicimus que institutio nū beatitudo gereret intrinsecus. Duos aiebat esse solos seniores viros q̄b⁹ p̄missa est egrediēdi ingrediendiq; libertas: qui opera fratrū dispensare: ⁊ que necessaria sunt inferre curarent: ceteros vero ita esse in silētio ⁊ quiete: orationibus ⁊ religiosis studijs operam dantes: atq; animi virtutibus pollentes: vt omnes signa faciant: ⁊ qō vere omniū mirificus signū fit: nullus eorum egritudines cuiusq; infirmitatis incurrit: sed cū vnicuiq; vite finis affuerit: omnimodis p̄noscēs ⁊ judicans ceteris fratribus suis de suo exitu: atq; vale dicens ad boc ipsum recubans spiritū letus emittit.

¶ De sancto Serapione.

Ed ⁊ in regione arsenoite Serapionem quendam p̄sbyterum vidimus multorum monasteriorum patrem: sub cuius cura plura ⁊ diuersa monasteria: quasi decem milium babebantur monachorū: qui omnes ex laboribus ppriis quos p̄cipue messis tempore: mercede manuz conquerebant: partem plurimam ad supradictū patrem conferentes: in vsus pauperum deskinabāt. Hoc aūt moris erat nō solū ipsis sed ⁊ oibus pene egypti monachis: vt messis tpe locēt ad metendū opera sua: atq; ex ea mercede octogenos vnusquisq; modios frumēti: plus minusq; cōquirit: ⁊ borum partem plurimā pauperū vsibus afferunt. vnde non solū regionis ipsius egētes alantur: sed ⁊ alexandriam naues frumēto onuste diriguntur. vel in carcere conclusis vel reliquis peregrinis ac egentibus p̄rogande. Neq; enim intra egyptū sufficiūt pauperes: qui possint miseri cordie eoꝝ fructus ⁊ largitates absumere. Vidimus aūt in regionibus mēpbeos ⁊ babylonis innumeras multitudines monachorū: apud quos ⁊ diuersas virtutū gratias: ac mozū ornamēta persperimus. Jbi autem tradūt esse loca illa: in quibus iosepb fertur recondidisse frumēta quos et thesauros iosepb vocant. Alij vero Pyramides quas dicunt ipsas esse in quibus putant frumēta nunc congregata.

¶ De sctō Apollonio monacbo ⁊ martyre.

Radebāt ergo seniores borum fuisse quendā persecutionis tēpore monachū nomine Apolloniuz. Qui cū vitam magnificam egisset inter fratres etiā diaconus ordinatus est. Tēpore ergo psecutionis erat ei studiū sus

gulos quoq; circuire fratres: & cohortari eos ad martyrium. Cumq; fuisset etiã ipse cõprehensus & in carcerem trusus gentilium plurimi tanq; insultaturi veniebant ad eum: & verbis blasphemis & impijs confutabãt. Inter quos fuit quidã philemon noie chorazula famosissimus: & omni populo amabilis. Qui cũ multis eum fatigaret iniurijs: impiũ & sceleratũ & seductorem vocans: multorũq; mortaliũ deceptorẽ: dignũq; esse ab oĩb' odio haberi. Cumq; hec & multa alia aduersum eum grauiora loqueretur: ridit apollonius dicẽs. Misereat tibi deus fili: & nihil tibi horum q̃ locutus es reputet ad petrũ. Hec cum audisset philemõ corde cõpunctus est: vincq; verborũ eius sup humanũ morẽ in sua mẽte psensit: intantũ vt xpianũ se repẽte fateret. Et inde statim peruolat ad tribunal iudicis atq; in ospectu iudicis tori' populi pclamans iniuste inquit agis o iudex viros religiosos & dcos amabiles puniẽs. nihil em xpiani vel malefaciũt vel docent. At ille hec audiẽs primo quidẽ putabat vtpote loci illius hominẽ ioci aliquid pponere. Sed cũ vidisset hec eũ serio psequentẽ: & cũ omni ostãtia assistẽtem: insanis inquit o philemõ & mẽte captus es subito. At ille. Ego inquit nõ insanio: sed tu insustissimus atq; insanissimus iudex es: qui tot iustos iniuste perimis viros. Ego enim xpianus sum: quod est hominũ genus optimũ. ¶ Tũc ille coã populo cepit eum primo plurimis blandimentis revocare velle in id quod eũ nouerat: sed vbi immobilem vidit: omnia intẽdit in eum genera tormẽtorum. Cognito vero q; ex verbis Apollonij hec ei fuerit facta pmutatio: correptũ etiã apollonium grauioribus subdidit tormentis: & decepti in eum crimẽ exaggerat. Apollonius vero vtinam inquit & tu iudex & omnes qui assistunt & audiunt me: hunc meum quem dicis errorem deceptionemq; sequeremini. At illevbi hec audiuit & ipsum & philemonem ignibus tradi in cõspectu populi iubet. Illi vero postq; ingressi sunt flammas beatus Apollonius cunctis audiẽtibus clamat ad dominum dicẽs. Non tradas domine bestijs animas confitentiũ tibi: sed ostende nobis domine euidẽter salutare tuum. Agit vbi hec in auditu populi: iudicis ad dominũ locut' est apollonius repẽte nubes repleta roxe circundedit viros: & flammas accensi ignis extinxit. super quo obstupefacti & iudex & populus: vna voce omnes clamare ceperunt. Magnus & vnus est deus christianorum, solus immortalis. Sed hec cum fuissent prefecto alexandrie nunciata: semetipso truculentior redditur: & electis quibusdã de officio crudelissimis & seuissimis: non tam hominib': q; bestijs: mittit qui & ipsum iudicem: qui mirabilibus diuinis crediderat: & eos per quos virtus dei apparuerat: vinctos in alexandriaz deducerent. Igitur cũ adducerẽtur omnes pariter vincti: affuit gratia dei in verbo: & cepit Apollonius eos. qui se vinctos ducebant: fidem dei docere. Quicq; cũ domini misericordiam credidissent: et fidẽ dei tota cordis firmitate recepissent semetipsos cum his quos exhibere venerant: vinctos offerunt iudici: & christianos se esse pariter profitentur. Quos cum prefectus in fide dei pertinaces & immobiles peruidisset: vniuersos pariter iubet in profundum maris demergi: ignorãs impius quid ageret. Hoc enim sanctis non mors sed baptisma fuit. Sed horum corpora sine dubio dei prouidentia integra illibataq; maris vnda reportauit ad littus queq; ab his q̃ obsequij causa simul venerãt suscepta ac reuocata subvno sepulchri domicilio collocata sunt. a quibus vsq; ad presens tempus virtutes multe & signa miranda omnibus consummant. sed et vota omnium atq; orationes suscipiuntur ab eis & cum fructu petitionis implent quo etiam nos dignatus est dominus adducere. et vota nostra orationesq; complere.

¶ De sancto dyoscoro.

Nota de poenitẽtia nocturna

Idimus & alium venerabilem patrem apud Thebaidam Dyoscorum nomine presbyterũ: habentem in monasterio suo cẽtũ fere monachos quem tẽpore eo quo accedit ur ad sacra. summam curã summã q; perspeximus adhibere diligẽtiam ne quis eorũ qui accedũt in aliquo deferret ofciẽtie maculã intantũ vt etiã de his eos cõmoneret. que accidere p somnia oĩbus solent vel p fantasias mulierũ apparẽtiũ. vel ẽt p naturalis humoris abundãtiã. Dicebat ergo siquidẽ absq; mulierũ fantasijs tale aliquid si eueniat nõ esse peccatũ. Ingenitus em̃ humor in corpe vbi ppria repleuerit receptacula. suis necesse est vt meatib' digerat. & ideo nõ trahit ad petrũ. Ubi vero visus mulierũ & blandimẽta carnis occurrũt in hoc iã desijs anime. & erga huiusmodi cogitatões atq; illecebras occupare. dari confirmabat iudicia. Debere ergo monachos [aiebat] omni genere a cogitationib' suis repellere huiusmodi simulachra indulgere eos oĩno in hec blandimẽta dilabi sensus suos. alioquin nihil interesse videbit iter eos & illos q̃ seculo viuũt. Sed laborãdũ est monachis vt etiã naturales humorẽ per multã ieiunioz abstinẽtiam & frequentes orationes doment ac superent fluxũq; eius labem: orationis & ieiunij cõmutatione pstringant. Denicq; [aiebat] & qui delitijs viuunt si forte corporis sui egritudo deposcat. ab omnibus qui noxia eẽ iudicauerit medicus abstinebũt: cur nõ hec multomagis monachus faciat: cui anime & spiritalis sanitas expetenda est.

¶ De Nytrie monasterijs.

Enimus autẽ & ad nytriã famosissimum in omnib' egypti monasterijs locũ: qui quadraginta fere milibus a desit ab alexãdria ex nomine vici adiacẽtis in quo nytrũ colligit: nytrie vocabulum trahẽs. p spiciẽte hoc credo iã nũc diuina puidẽtia: q; in illis locis peccata hominũ tanq; nytro sordes abluenda essent & abolenda. In hoc igit loco quingẽta fere: aũt nõ multomi nus cernunt vicina sibi & subvno patre posita monasteria: in q̃bus aliq; plures: alij pauci: nonnulli etiã singulares habitãt: & mãsionibus quidem diuisi: aso aũt ac fide & charitate valde coniuncti & inseparabiles manent. Huic ergo cũ appropinquaremus loco vbi peregrinos fratres aduentare senserunt serui dei: continuo velut exame apũ finguli quiq; ex suis cellulis prouunt: atq; obuiam nobis leto cursu & festina alacritate contẽdunt: portãtes secũ q̃plurimi ipsoz uiceos aque & panes: dm q; ppheta corripiẽs quosdã dicit: q; nõ existis filijs israel in obuiã cuz pane & aqua. Tũc deinde susceptos nos adducũt prio cũ psalmis ad ecclesiã: lauãt pedes ac singuli quiq; lintheis quib' vtebant abstergũt quasi vie laborem leuãtes: re autẽ vera vite humane erũnas misticis tradit ionib' abluẽtes. Quid ergo nũc de humanitate eorũ: quid de officijs: q̃d de charitate loquar cũ omnes gestirent nos ad suuz quisq; introducere monasterium: & nõ ea solũ que hospitalitati debẽtur expleri sed & insup aut de humani tate qua ipsi pollebãt docere. aut de mãsuetudine atq; alijs huiusmodi bonis: que apud illos velut ad hoc ipsuz de seculo sequestratos: diuersa quidẽ gratia: vna tamẽ eademq; doctrina discũtur. Nusq; sic vidimus florere charitatez. Nusq; sic vidimus opus feruere misericordie: & studium hospitalitatis impleri. Scripturarum vero diuinarũ meditationes: intellectus atq; sciẽtie diuine: nusq; tãta vidimus exercitia vt singulos pene eoz oratores credas in diuina esse sapiẽtia.

¶ De loco qui dicitur Cellia.

Ost hunc vero alius est locus in deserto interiori: decem fere ab hoc milibus distans: quẽ locũ p multitudine dispersarum in heremo cellularum: cellia nominauerunt. Ad hunc locũ bi q̃ prius fuerunt imbuti: & secretiorem iam depositis rudimentis ducere volunt vitam secedunt. Heremus enim est vasta & cellule tanto inter se spacio direpte diuiduntur: vt neq; in conspectu sibi inuicem neq; in vocis auditu sint posite. Singuli per cellulas commanent silẽtium ingens & quies magna inter eos est: die tantum sabbati & dominica in vnum ad ecclesiam conueniunt: & ibi semetipsos inuicez tanq; celo redditos vident. Si quis forte in conuentu illo defuerit: intelligunt statim eum corporis aliqua inequalitate detentum: & ad visitandum eum non omnes simul: sed diuersitate temporis omnes adeunt: portantes vnusquisq; si q̃d apud se est: quod ergo possit gratum videri. Aliam vero ob causam nullus audet proximi sui obturbare silentium: nisi si quis forte qui potest verbo instruere: & velut athletas in agone positos sermonis consolatione vngere. Multi ipsorum a tribus & quattuor milibus passuum ad ecclesiam conueniunt: ita longo a semetipsis spacio habitationis eorum cellule dirimuntur: sed charitas in eis tanta est: & tanto inter semetipsos & circa omnes fratres constringuntur affectu: vt in ammiratione & in exemplo sint omnibus. Unde et si quis forte voluerit habitare cum eis: vbi intellexerint vnusquisq; cellulam suam offert.

¶ De sancto Ammonio abbate.

Idimus quendam apud eos venerabilem patrem Ammonium nomine: virum in quez dominus omnem plenitudinem spiritualium contulerat gratiarum. Charitatis in eo gratiam si videres: nihil tale vsq; vidisse te crederes. Sed & si humilitatem cõsiderares: longe eũ in hoc dono prestantiorem ceteris fatereris. Et rursus si patientiam: si mansuetudinem: si benignitatem in singulis cum ita precellere iudicares: vt quid cui preferri debeat ignorares'. Donum vo sapientie & scientie tm̃ ei contulerat dñs vt nullum fere ex omnibus patrib' ita penetrasse aulas totius scientie crederes: nec ita aliquez receptum esse intra cubiculum sapientie dei omnes quicunq; eum viderent fatereng. Hunc erãt duo fratres Eusebius et Eutimius. Nam dioscorus qui maior natu in eis fuerat ad episcopatus officiuz raptus est. Ui ergo fratres erant eẽ non solũ carne. sed et vita atq; institutione & tota animi virtute germani. Qui omnes simul eos qui in illis locis habitabant fratres tanq; si nutrix foueat filios suos. ita vnum quenq; instruen

tes consolabantur: & docentes ad summam perfectionem nitebantur educere. ¶ Vidimus ergo supradictum hominem dei Ammonium habentem monasterium inter eos muro circundatum: quod in illis locis ex lateribus crudis fieri facile solet amplum & omnibus necessarijs instructū: in quo etiam puteum ipse foderat. Venit autem quidam frater qui saluari apud eos volens adijt eundem Ammonium rogans si cubi esset cellula vacans: in qua habitari posset. Tunc ille. Ego inquit requiram: sed donec inueniam hic esto in hoc monasterio. Ego enim iam nunc egrediar vt requiram. Et relinquens ei omnia pariter cū monasterio ipse procul ab eo loco paruissimam cellulam reperit: atq; in ea constituit: fratricq; qui nuper aduenerat: nec intelligenti ex integro cū omnibus que in eo fuerant cessit monasterio. Sed & si plures fuissent qui forte venientes ad eos saluari cuperent: supradictus vir fratribus congregatis omnibus cum alacritate iuuantibus sub via vna monasterium construebant. Et cum singulis quibusq; expleuisset numerum monasterio rum: inuitabantur bi qui mansuri erant ad ecclesiam: quasi refectionis gratia: quibus inibi occupatis vnusquisq; fratrum de cellulis suis proferētes que necessaria erant singulorum nouas cellulas instruebant: itavt ex collatione charitatis nihil omnino vel vtensilium: vel que ad victum, requiruntur deesset: nec tamen manifesta fieret vnius cuiusq; oblatio. Regressi ergo ad vesperā bi quibus fuerant cellule preparate inueniebant posita omnia que ad vsus essent necessaria: & ita instructa habitacula: vt nihil prorsus deesse prospicerent.

¶ De sancto Didimo.

Didimus interea os quendā ex senioribus virum bonum nomine Didimum: in quo multa erat domini gratia quam in eo etiam vultus ipse indicabat. Hic. scorpiones & cerastas: id est bestias quas comutas vocant & angues: que in illis locis pro feruore solis acerrimi habentur: tanq; terre quosdam vermiculos pedibus cōculcabat & ita extinguebat: vt nihil ab eis omnino pateretur.

¶ De sancto Eronio.

Didimus etiam alium apud eos summe antiquitatis patrez Eronium nomine: in senectute bona & perfecta etate durantem: centum nanq; & decem agebat etatis annos. Hic ex discipulis ad huc beati Antonij supererat: cuius inter ceteras animi virtute & humilitatis gratiam vidimus in mensam.

¶ De sancto Origene.

Erat autem & alius adhuc ex discipulis Antonij origenes nomine: vir per omnia magnificus: & summe prudentie: cuius sermo & narratio de virtutibus optimi magistri hominis dei edificabat omnes audientes: & inflammabat vehementer: ita vt oculis cerni que ab eo narrabātur putares.

¶ De sancto Euagrio.

Didimus ibi & sapientissimum virum ac per omnia mirabilez Euagrium nomine. cui inter ceteras animi virtutes tanta concessa est gratia discernendorum spirituum & purgandarum sicut apostolus dicit cognitionum vt nullus alius putaretur ex fratribus ad tantum subtilium & spiritualium rerum scientiaz peruenisse. Cui q̄uis rebus ipsis & experimētis: & [quod est super omnia] per gratiam dei magna collata fuerit intelligentia: accidit tamen & hoc vt multo tempore instructus fuerit a beato Macbario, quem famosissimum in dei gratia: & gnisq; & virtutibus insignem fuisse omnibus notum est. Hic ergo Euagrius incredibilis erat abstinentie: super omnia tamen monebat fratres si qui forte studium gererent vel humiliandi corporis: vel fantasias ab eo demonuz propellandine in bibenda aqua largiore mensura vterentur: docebat enim. Quia si aqua multa corpori infundatur: maiores fātasias generat & largiora receptacula demonibus prebet. Sed & multa alia de abstinentia: summa cum deliberatione edocebat. Ipse autem non solum aqua parcissima vtebat: sed & pane penitus abstinebat. Illi vero qui in illis locis morabantur fratres: pane solo & sale contenti erant vt in illa omni multitudine: vix inuenires aliquem qui oleo saltim vteretur. Plures autem ex eis nec iacentes somnum sed sedentes: & [vt ita dicam] in meditatione diuinorum verborum positi capiebant.

¶ Finit vita sancti Euagrij.

¶ De sancto Macbario egyptio.

Arrabant autem nobis quidam ex patribus qui ibi erant: q; in locis illis duo Macbarij quasi duo celi lumiaria refulcissent ex quibus vnus egyptius genere: & discipulus beati Antbonij fuit alius alexandrinus. Quib' vt vocabula nominis: ita virtutes animi & celestium gratiarum magnificentia concordabat. Uterq; enim Macbarius abstinentie exercitijs et virtutibus animi equaliter pollens: hoc solo alius precellens: q; quasi hereditatem gratiarum: virtutum beati Antbonij possidebat. Hunc deniq; ferunt: aliquando cum homicidium in locis vicinis fuisset admissum: & innocenti cuidam impingeretur crimen admissum: confugisse ad eius cellulam is qui calumniam patiebatur: affuisse etiā eos qui perungebant: allegantes & dicentes periclitari seipsos: nisi comprehensum legibus traderent homicidam. ¶ Is vero cui crimen impingebatur cum sacramentis affirmabat. conscium se non esse sanguinis illius. Et cum diu ab vtraq; parte certamen haberetur, interrogabat sanctus Macbarius vbi sepultus esset qui dicebatur occisus. Cum designassent locum cum omnibus qui ad perūrgendum hominem venerūt pergit ad sepulcbrum atq; ibi flexis genibus inuocato christi nomine ait ad eos qui assistebant. Nūc dominus ostendat si vere reus est hic: qui purgatur a vobis. Et eleuata voce ex more clamabat defunctū. Cūq; eo vocatus de sepulcbro respondisset: ait ad eū. Per fidē xp̄i te obtestor: vt dicas si ab boc boie qui calūniā patitur occisus es'. Tūc ille de sepulcbro clara voce respōdit dicēs. Non se ab eo esse interfectū. Et cuz obstupefacti oēs decidissent in terrā: ac pedibus eius aduolueren tur rogare ceperūt vt interrogaret eū a quo ess. occisus. Tūc ille boc [inquit] non interrogabo. Sufficit enim mihi vt innocēs liberetur: non est autē meum vt reus prodat. ¶ Aliud quoq; eius genus miraculi ferebatur. Cuiusdaz e vicino opido patrisfamilias virgo filia p fantasias magicas videbatur dominib' in equinū animal versa vt putaret equa esse. & non puella. Hanc adduxerūt ad eum. Tunc ille pcunctatur. Quid sibi vel lēt. Aiunt parētes eius. Equa bec quam vident oculi tui puella virgo & filia nostra fuit: sed homines pessimi magicis artibus in animal boc quod vides eā verterunt. Rogamus ergo vt ores dominū: & cōmutes eaz in id qō fuit. At ille ait. Ego banc quā ostēditis mihi puellā video nibil in se pecudis habentē. Hoc autē quod dicitis non est in eius corpore: sed in oculis intuētiuz. Fantasie enim demonū sunt iste: non veritas rerū. Et cum introduxisset eaz cum parentibus suis intra cellulā: iussit eis exire. Ipse vero cum puella sola remansit. Et cum diu in oratione perstitisset: ait ad puellam. Surge & vade ad matrem tuam. Illa vero surgens cepit ire. Ille autem ait ad eam. Vade & dic matri tue vt non faciat amplius. Illa vero reuersa dixit matri. Ne amplius feceris. Et ex illo tempore non est facta. Hec ille. Hec cum allata a parentibus: & proiecta fuisset ante fores eius miserans virginis cruciatus: equo animo inquit esto filia: bec tibi ad salutē dominus nō ad interitus dedit vnde prouidendum est magis vt sanitas tua nullū tibi periculū conferat. Et cum insistitisset orationib' p̄ septem continuos dies: & oleum benedicens in nomine domini perungeret membra eius: ita eam sanam reddidit vt nulliebris in ea nature nulla forma: nulla species appareret: sed esset ei inter viros cōuersatio: absq; femineę suspitionis obstaculo. ¶ Aiebant preterea & aliquando venisse ad eum bereticū quēdam bieracytam quod genus bereseos inuenitur apud egyptum. Hic cum per multam loquendi artem plurimos fratrum qui habitabant in beremo conturbare & ausus esset iam coram ipso fidei sue asserere prauitatem. Cui cum resisteret senior: & contradiceret: ille verba simplicia argumentis callidis eludebat. Sed cum videret sanctus fidem fratruz periclitari: quid opus est [inquit] nos verbis contendere ad superuersionem audientium. Ireamus ad sepulcbra fratrū: qui nos precesserunt in domino: & cui nostrum concesserit dominus suscitare mortuū de sepulcbro iciant omnes quia illius fides probatur a deo. Sermo bic omnibus qui aderāt fratribus placuit. Processerunt ad sepulcbra: borratur Macbarius bieracytam: vt reuocaret mortuum in nomine domini. At ille. Tu inquit qui preposuisti prior reuoca. Et Macbarius prosternens se in oratione ante dominum vbi sufficienter oranit eleuatis sursum oculis suis ait ad deum. Tu inquit domine quis ex duobus nobis rectam fidem teneat ostende eleuato mortuo boc. Et cum bec dixisset: fratris cuiusdam nomen qui nuper fuerat sepultus euocauit: cui ille cuz de tumulo respondisset: accedentes fratres cōtinuo que ibi perposita erant auferunt: & eductum eum de sepulcbro resolutis fasciolis q̄bus cōstrictus erat exhibuerunt viuentem. Hieracyca vero vbi bec vidit: obstupefactus in fugam vertitur. Quem fratres quoq; omnes insequentes: extra terminos terre illius exturbauerunt. Multa etiā alia ferebantur de eo que nimis prolixa sunt ad scribendum: sed ex bis paucis etiā cetera eius opera noscuntur.

¶ De virtutibus alterius Machary vi-
delicet Alexandrini.

mum gloriabatur. Peruenerunt igitur ad Antbonium monachi. Cumcp de morbo puelle referre disponerent relationem eorum senis sermo preuenit:⁊ omnem debilitatis:⁊ itineris vscp ad sanctū Papbuncium causam quasi ipse interfuisset exposuit. Rogantibus autem cuz monachis:vt parentibus cum filia permitteretur ingressus:non concessit:ſz ait. Jte ⁊ inuenietis puellam si non est mortua curatam. Et adiecit. Nullus debet ad meam bumilitatem peruenire:quia largitio curationum non est bumane miserie sed Jesu cbristi misericordie:q vbicp in se credentibus prestare consueuit auxiliū quā obrem ⁊ illa pro qua petitis:suis precibus liberata est:⁊ cum ad dominum orarem ego:mibi presentia sanitatis eius indulta est:dixit ⁊ fm verba ei⁹ puelle incolumitas secuta est. Nam exeuntes foras ad beatum Papbuncium ⁊ filiam sospites:⁊ parentes letos repererunt. ¶Non multum autem post istos dies cum duobus fratribus intereuntibus ad Antboniuz aqua,in itinere defecisset,⁊ vt vno siti mortuo alter iaceret in terra mortez expectans. Antbonius sedens in monte celeriter ad se duos monachos vocauit,qui forte ibidem sunt reperti.⁊ festinato precepit,vt lagenam aque assumentes, inuaderent iter quod ducit ad egyptum:dixitcp. Unus e fratribus buc aduenientibus modo migrauit ad dominuz alter si non succurreritis ei,adderur. Hoc enim mibi nunc oranti reuelatum est. Sic ait.⁊ iuxta preceptum eius monachi festinantes extinctum corpus inueniunt terra pro id operientes alterum refocillatum suo funxerunt comitatui. Erat autem spaciuz itineris vnius diei. fortasse aliquis boc querat,cur non anteq moreretur. Antbonius dixerit, incongruo prorsus cbristianis argumento vtitur, quia non Antbonij,sed dei fuit iudicium quia ⁊ decedente quam voluit sententiam tulit.⁊ de sitiente reuelare dignatus est. boc tantum in Antbonio mirabile est,qp in monte remotissimo sedens corde peruigili cuncta procul posita domino iudicante cognosceret. ¶Alio rursus in tempore cum sederet i monte.⁊ oculos subito,tendisset in celum vidit nescio quam animam letantibus in eius occursu angelis,ad celuz pergere. Cuius spectaculi nouitate stupefactus beatum dixit sanctorum cborum. oravitcp vt sibi ei presens agnitio panderetur. Et statim vox ad eum facta inquies istam esse Ammonis monacbi animam,qui nitrie morabatur. Erat autem ammon vir grandeuus qui perseueranter a pueritia vscp ad senectutē in sanctitate viverat. Jtinere quoq dierum.xiij.spacio a nytria locus in quo sedebat Antbonius diuidebatur. videntes autē eū monachi ammirantem qui venerant deprecati sunt vt causam bylaritatis ediceret. Quibus ait. Modo ammon quieuisse,quem propter frequentē eius ad Antbonium commeatum.⁊ propter celeritatez indultorum ei a domino signorum optime nouerāt de quibus etiam boc vnum dicendum est. Necesse

ei fuit aliquando flumen nomine licus subitis aqs inundatum transuadare: rogauitq; theodorus qui cum ipso erat vt paululum a suo separaretur aspectu: ne nuditatem corporis inuicem vterq; conspicerent. Recessit theodorus. Nihilominus ille seipsum cum nudare vellet erubuit. Cogitantem autez eum in alteram ripam virtus diuina transposuit. Rursusq; theodorus vir. & ipse deo deuotus transiens ad senem mirari cepit: q; tam velociter fluuium transuadasset. Cunq; nihil humoris in pedibus: nihil in vestibus eius aque conspiceret: rogauit eum vt tam incredibilem translationem quasi filio pater exponeret. Nolente illo dicere que acciderant: amplexus est pedes eius: iurauitq; non se dimissurum prius q; sibi id quod celabat referret. Videns ergo senex contentiose vincere volentem fratrez: exegit vicissim ab eo: vt nulli hoc ante suam mortem iudicaret: atq; ita confessus est: se subito in alteram ripam fuisse transpositum: neq; omnino undis impressisse vestigia: dominici corporis hoc tantummodo priuilegium asserens & eorum quibus ipse vt apostolo Petro donauerat: vt aquarum leuitate humanū corpus insisteret. Hec autem theodorus premisso tēpore non dixit: post eius mortem retulit. ¶ Monachi ergo quibus dixerat Antbonius de morte ammonitorum: notauerunt diem & venientibus de nytria fratribus: post dies triginta scisitantes: reppererunt illo die illaq; hora dormisse Ammon: qua animam eius ferri senex viderat: vtriq; igitur puritatē mentis in Antbonio mirati sunt quomodo rei tam longe geste statim ad eum fuisset perlata cognitio.

¶ Archelaus quoq; comes cum eum inuenisset in exteriori monte rogauit: vt oraret pro policratia publij filia: que in laodicia erat admirabilis: & christo dedicata virgo. Patiebatur enim pessimos stomachi & lateris dolores: quos ieiunijs nimijs vigilijsq; contraxerat: & erat penitus toto debilis corpore. Orauitq; Antbonius: & diem ſquo oratio fuerat facta] annotauit archelaus. Redijt in laodiciam: & inuenit virginem incolumē. Percunctatus diem sanitatis reperit tempus medele: cum annotatiōe congruere. Et omnes admirati sunt: agnoscentes eo tempore illam a dño fuisse a doloribus liberatā: quo orans Antbonius pro ipsa bonitatem saluatoris inuocauerat. ¶ Sepe etiam ad se venientium turbarum. ante dies & menses: & causas predixit & tempora. Nam quosdam videndi eum tantum desiderium alios imbecillitas: nonnullos obsessa a demonibus corpora. pertrahebant: nemo tamen vnq; vexationem: aut detrimentum laboriosi itineris conquestus est: regrediebantur omnes spiritali cibo pleni. At ille precipiebat. non sue laudi banc admirationem ab eis applicari debere: sed domini: q; sui notionem hominibus p capacitate mortalitatis indulserit. Quodam autem tempore cuz exisset ad exteriora monasteria: & rogatus esseta fratribus: vt nauī quidam cum monachis proficiscentibus iret: ascendit: & solus ex omnibus odorem sensit deterrimum: asserebant cuncti piscium salsorum & caricarum in naui positarum hunc esse putorem. At ille alterius rei fetorem se sentire affirmauit. Adhuc loquente illo: a adolescens quidam possessus a demone: qui procedens iuxta carinam se absconderat repente exclamauit. Quo statim per Antbonium in nomine domini iesu christi curato: intellexere vniuersi dyaboli illum fuisse putorem. ¶ Alius quoq; ad eum vir inter suos nobilis demoniosus adducitur tanta oppressus insania: vt nō sciret se eē apud Antbonium: necnon & corporis sui superflua comederet. Quamobrem rogatus senex ab his qui eum adduxerant: vt pro illo dominum oraret: intantum inuenis miserie cōdoluit: vt tota nocte pernigilās cum eo: aduersus patientis insaniā laboraret. Sed cum iam lucesceret: & obsessus impetu in Antbonium facto: vehementer eum impulisset: & ascisi cepe runt qui eum adduxerant: cur seni fecisset iniuriam Quibus Antbonius ait. Nolite alienam culpaz inueni misero ascribere: furor iste obsidentis est non possessi. Idcirco autez in banc prorupit dolens hostis audaciam: quia dominus ad aridam regionez ire eum iussit: & expulsi satbane iudicium iste aduersum me ipetus fuit. Nulla post verba & mora: & adolescens recepto sensu: & gratias agens deo. & locuz vbi esset agnouit: & toto Antbonium complexans: deosculatus est affectu. ¶ Innumera & alia istius modi. signa sunt: que monachorum concordi sepe relatione cognouimus. Verum non tantum bis adbibendis est stupor: quia multo plus que sepuunt cōditionem nostre fragilitatis excedunt. Hora circi nona: cum ante cibum orare cepisset: raptum se sensit in spiritu: & ab angelis in sublime ferri prohibentibus transitus aereis demonibus: ceperunt angeli contradicentes requirere que esset causa retinēdi nullis existentibus in Antbonio criminibus. Illis vero ab exordio natiuitatis replicare peccā nitentibus: calumniosa angeli ora clauserunt dicentes: non debere eos a natiuitate eius delicta narrare: que iam christi essent bonitate sopita: si qua autem scirent ex eo tempore: quo factus est monach⁹: & deo se consecrasset: liceret proferri. Accusabāt demones multa procaciter mentientes: & cū deessent probamenta fallacibus: liber Antbonio consensus aperitur. Et statim rediens in sesin eo loco in quo stare ceperat: hoc se rursum vidit esse quod fuerat. Tunc vero oblitus esce ex illa hora noctem gemitu aclamentatione transegit reputans secuz humanorum hostilium multitudinem: & colluctationez tanti exercitus: & laboriosum per aera iter ad celum: & hoc apostoli dictum quod ait. Non est vobis colluctatio aduersus carnem: sed aduersus principes potestatis huius aeris. Qui scies aereas potestates ob id semper temptare: luctari: & contendere ne nobis liber transitus esset ad celum hortabatur monens. Assumite arma dei: vt possitis resistere in die

mala: vt nihil mali habens: qd̄ de vobis dicere possit inimicus confundatur: nos autem apostolici sermonis recordemur dicētis. Siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. & paulus quidem vsq; ad celum tertium raptus est: ibiq; auditis verbis ineffabilibus descendit. Antbonius autem vsq; ad aerem sublatus post colluctationem liber conscensus apparebat. Habebat etiam istiusmodi donum. Si cuius rei sedens in monte ignarus fuisset: & ei secum inquireret notionez: oranti ei a domino reuelabatur: & erat ꝓm quod scriptum est a deo doctus. ¶ Denicq; cum a fratribus haberetur iste tractat⁹: & ab eo sedule scisitarētur. quemadmodum se post corporis sarcinā anima gereret: quiue ei locus post exitum cōcederetur: pro prima nocte vor desuper nomen eius inclamitans ait Antboni exurge: exi & vide. Qui exurgens egressus est: sciebat enim quibus respondere deberet. Et eleuatis ad celum oculis: vidit quendam longum atq; terribilem: caput vsq; ad nubes attollentem vidit etiam pennatos quosdam euolare cupientes ad celum atq; illum extensis manibus prohibere transgressum: e quib⁹ alios apprehensos elidebat ad terram. alios frustra retinere contendens dolebat super se ad celestia transuolare: & maximum gaudiuz mixtum meroze: victi victoresq; tribuebant. Statimq; ad eum vor facta est dicens. Animaduerte quod vides. Et tūc cepit illuminato corde intelligere: animarum esse consensum & dyabolum prohibētem: qui & si bi retinere obnoxios. & in sanctorum quos decipere non poterat: cruciaretur volatu. Ibis visionum exemplis incitatus quotidie ad meliora crescebat. Neq; vo id qd̄ sibi reuelatum fuerat causa iactantie: fratribus indicabat: sed cum orans iugiter dei laudaret auxilium: interrogantibus compellebatur edicere: nec spirituales filios pura in christo aīa occultare quic q̄ volebat: presertim cum huiusmodi signorum relatio & amorem ministraret proposito: & fructuz laboris ostēderet. Nunq; ille: aut ira subita concitatus patientiam rupit: aut humilitatem exerit in gloriā. Nam omnes clericos vsq; ad vltimum gradum ante se orare compellens. Episcopis quoq; atq; ꝓsbyteris: quasi humilitatis discipulus: ad benedicendum se caput submittebat. Dyaconos vero qui ad eum vtilitatis causa veniebant cum pro adiutorio eorum eis presentibus disputaret. ad orandum dominuz sibi proponebat: non erubescens: & ipse discere. Nam & interrogabat frequenter eos cum quib⁹ erat & si aliquid ab eis necessarium audierat: se fatebatur adiutū. Habebat autem & in vultu magnā gratiam: & admirabile a saluatore etiam hoc munus acceperat. Si quis enim ignarus eius inter multitudinem monachorum euz videre desiderasset: nullo indicante ceteris prætermissis ad Antbonium curreret: & animē puritatez agnoscebat in vultu. & per speculum corporis gratiam sante mentis intuebat. Nam semper hylarem faciem gerens liquido osten debat fede celestibus cogitare: sicut scriptura ait. Corde letante vultus floret: sed in meroze constituto tristatur. Ita & Jacob agnouit laban socerum suum insidias sibi machinantem dicens ad filias eius. Nō est facies patris vestri: sicut heri & nudius tertius. Sic Samuel agnouit Dauid: letificatos enim habebat oculos: & dentes sicut ac candidos. Similiter agnoscebatur Antbonius quia semp eā dem faciem: inter prospera & aduersa retinens: nec secundis extollebatur nec frangebatur aduersis. Erat autem in vultu amabilis & in fidei puritate mirabilis. Nunq; enim scismaticorum se miscuit cōmunioni: antequam eorum sciens prauitatem atq; transgressionem. Nunq; manicheis aut alijs hereticis saltim amicabilia verba largitus est: nisi tantuz ea que eos possent ab iniquitatis errore reuocare denuncians talium amicicias atq; sermones perditionem esse anime. Sic etiam arrianos detestabat vt omnibus diceret: nec iuxta eos quidez esse accedendum. Nam cum venissent quidam arrianite: reperta post eorum examinationem infidelissima secta effugauit eos de monte dicens multo serpentibus deteriores horum esse sermones. Hentiētib⁹ autem arrianis aliquando Antbonium ita vt se credere. ammiratus eorum audaciā & iusti doloris ira commotus rogatusq; ab episcopis atq; vniuersis fratribus alexandriā descendit. ibiq; arrianias publico sermone condemnauit vltimam banc esse heresim & precursorem antichristi affirmans. predicauitq; in populo filium dei non facturam. non ex vllis instantibus. sed proprium & vnius cuz patre substantie. ne creatura potius aut adoptio. aut appellatio videretur impium esse dicens vel mente concipere. erat quando non erat. cum verbum dei deus. qui est semper patri sit coeternus quia ex eo natus est patre qui semper est. Unde aiebat. Cum arrianis vobis nulla sit coniunctio. Que enim societas luci ad tenebras? Vos fideliter credentes christiani estis. illi verbum id est filium qui ex deo patre ē creaturam docentes nullo interuallo a gentibus separantur. qui seruiunt creature potius q̄ creatori. qui est benedict⁹ in secula. Ipsa ſmihi credite] irascuntur elementa. & omnis contra arrianum furorem ꝓm apostoli dictum congemiscit creatura. q̄ sibi dominum suum per quem omnia facta sunt videat coequari. alias aggregari. Hec tanti viri predicatio exprimi non potest quantum ad fidem populos roborauerit. Letabantur quippe hostilem & christo inimicam heresim. anathematizari ab ecclesie columna. Nulla tunc etas. nullus sexus domi remansit. Taceo de christianis cum pagani qui q̄. & ipsi ydolorum sacerdotes ad dominicuz imperium conuolabant dicentes. Deprecamur. vt videamus dominem dei: quia hoc apud vniuersos conspicuum erat nomen Antbonij. ¶ Ambiebant quoq; saltim fimbriam vestimenti eius attingere multum sibi & tactū prodesse credentes. Quot tūc

puritas fidei amonijcit ghe retinis gratia.

dyabolica obsidione ꝛ varijs infirmitatibus liberati: quot simulacbris erepta sunt spolia: quanti ẽt ab errore gentilium retracti nostro iuncti sunt gregi? Tanti certe: vt paucorum dierum spacio ex ydoloꝝ superstitione conuersio: omnem per Ianum credentium vinceret turbam. Preterea cum irruẽtem multitudinem comites repellerent: existimantes tedio illi conuentum populi fore ipse tranquillo animo dicebat. Nunquid bic cetus demonuꝫ maior est turbis. Nunquid obsequentium multitudo colluctatoꝝ in mente nostroꝝ cateruis est numerosior? Accidit etiam vt cum eum redeuntes circa portam prosequeremur: a tergo quedam mulier clamitaret dicẽs. Expecta homo dei: filia mea atrocissimo veratur demonio: expecta obsecro expecta: ne ꝛ ego coꝛruens inteream. Bhoc audito ammirabilis senex a nobis ammonitus: volens tamen ꝛ ipse paululum subsistit. Eunꝯ appropinquante muliere puella iaceret exposita oꝛauit tacitus iesum: ꝛ ad comminationem eius statim spiritus impurus egressus est. Puella incolumis: populus in laudibus deimater in gaudio fuit. Ipse autem letabatur: quia ad desideratam solitudinem repedabat. Erat autem valde sapiens ꝛ boc in se mirabile babebat: quia cum litteras non didicisset ingeniosissimus ꝛ prudentissimus: immobilis ꝛ mansuet⁹ erat.

¶ Aliquando etenim pbilosopbi duo gentiles venerunt ad eum putantes Antbonium se posse decipere. Erat enim in superiori monte. Quos cum vidisset paganos intellerit ex vultu: ꝛ procedens ad eos per interpretem: ita cepit appellare. Quare taz longe ad stultum bominem sapientes se verare voluerunt? Illis dicentibus non esse illum stultum sz nimium sapientez: vigilanter respondit. Si ad stultum venistis. superfluus est labor vester. Si autem putatis me sapientez esse: ꝛ sapientiam babere bonum est: imitamini que probatis: quia bona conuenit imitari. Si ergo ad vos venissem vos imitarer: sed quia vos ad me quasi ad sapiẽtem venistis: estote sicut ego sum cbristiani. Abscesserunt pbilosopbi vtrunꝯ mirantes: ꝛ acumen ingenij ꝛ demonuꝫ expulsiones. ¶ Alios quoꝯ similiter mundi sapientes: qui eum irridere cupiebant: quia litteras ignoraret: tali disputatione colligauit dicens. Respondete mibi. Quid prius est sensus an littere. Et ꝺd cuius exordium. Sensus ex litteris: an littere oriũtur ex sensu? Illis asserentibus: quia sensus esset auctor: atꝯ inuentor litteraruꝫ ait. Igitur ficut sensus incolumis est: bic litteras non requirit. Quis presentium post banc colluctationem non exclamauerit: cum obstupuerunt: ꝛ ipsi qui victi sunt: tantam in imperio litterarum sagacitatem animi ammirantes? Neꝯ enim vt in solitudine ꝛ montibus versatus: atꝯ omnem ibidem exigens vitam: agrestis ꝛ rudis erat: sed locũdus atꝯ affabilis sermonem ꝑm apostoli preceptum ;diuino conditum sale proferebat: ita vt inuidia careret, ꝛ amore omnium potiretur. ¶ Inter bec quasi parum esset: bis gentilitatem fuisse superatam: ꝛ tertio venerunt viri omnis secularis prudentie nuge secati: atꝯ vniuersis propbetie studijs artium suaruꝫ estimatione doctissimi. Ibi cum rationez ab eo exigerent fidei quã in cbristo babemus: ꝛ niterentur arguta sopbismarum interrogatione: de diuina cruce eum illudere. Intra silentium paululum doce compressa: primuꝫ eorum miseratus errorem est Deinde per interpretem: qui eius verba diligentissime in grecum solebat exprimere sermonem: ita exosus est dicens: Quid pulcbrius est quid ve honestius: crucem colere: an adulteria: parricidium vel incestuꝫ: bis assignare quos colitis: cum in altero contempt⁹ mortis insigne virtutis sit in altero turpis religio fuit obscenitatis magistra Quid melius est dicere ꝙ dei verbum manens: vt erat ob salutem nostraꝫ bumanum corpus assumpserit: vt societate mortalitatis nos eueberet ad celum: participesꝯ nature celestis efficeret anvt ipsi asseretis diuine mẽtis baustum: ad terrena venꝛanda caput submittere: ꝛ pecudum atꝯ serpentium formis celeste nomen iclu dere. Quo ore cbristianoꝝ crudelitatem audetis irridere: dicentium cbristum filium dei fine sui detrimento: ꝛ cepisse esse quod non erat: ꝛ manssisse quod fuerat cum ipsi animam de celestibus detrabentes: non tantum bominum: sed ꝛ pecuduꝫ solea tis sepire coꝛporibus: cbristiana credulitas pro salute mundi deum suum venisse testatur: vos vero innatam animam predicantes. vltro citroꝯ transfertis. Cbristiana fides omnipotentiam dei clementiamꝯ veneratur. Consequenter incarnationez dicit deo fuisse possibilem: ita tamen vt non cuacuauerit dignatio dignitatem: vos qui animaz ex splẽdidissimo dei fonte manantez turpiter decidisse ictatis: qui mutabilem ꝛ conuertibilem eaz post sui diminutionem audetis assererꝛ: iam illaz quoꝯ naturam dominam seculoꝝ per anime contumelias impia lingua temeratis. Imago enim que ꝑm nos naturalem similitudinẽ sui retinet auctoꝛis: cuivna est ex quo defluit. eademꝯ substantia bumilitati ꝛ proprias ꝛ iniurias consequenter ad suam oꝛiginẽ remittit. Igitur animaduertite contumelias animarum ad patrem: vt appellatis earum: per vestrã blasphemiam redundare. Erue cbristi domini dei nostri nobis ingeritur. Rogo que bic est religiõis obscenitas? Nonne potius est crucem: aut alicuius generis mortem ab iniquis bominibus illatam patienter sustinere ꝙ ifidis plangere post ofiriꝫ vagos incertosꝯ discursus. Pudeat queso vos insidiaruꝫ typbonis: pudeat saturni fugere: ꝛ deuoꝛationis crudelissime liberoꝝ. Erubescite parricidium iouis: ꝛ incestum erubescite: raptum eius ꝛ coitum mulierum atꝯ puꝛoꝝ. Ille sicut vestri fingunt poete ad explendum immanissime libidinis furoꝛem: molles dedit in amoꝛe vagitus: ille in diane fluxit finꝰ: ipse amatoꝛ ꝛ precium: ille modulatus ales: ledeos

petuit amplexus: ille in proꝑium senieng seruꝫ regium puerum ministris auibus polluit. ¶ Hec vos creditis: bec colitis: bec sunt vestroꝝ ornamenta temploꝝ. Exquo deprecoꝛ pro vestra salute: nostra dicta pensate iudicio. Cucta an nibil libris credenda sunt cbristianis? Si nibil nec crucis quoꝯ cui detrabitis nomen agnoscitis. Si vniuersa credenda sunt: cur cum in ijsdem libris cruci surrectio copuletur: passionem diuinam stolido laceratis eloquio: ꝛ non statim iungitis cecoꝝ visum: surdoꝝ auditum: claudoꝝ gressum: lepꝛe emundationez seruiens ambulanti deo suo mare: demonuꝫ fugas resurrectionem mortuoꝝ: ꝛ defunctoꝝ ab inferis reditus? Bec omnia scripturis quas interpellitis inserta sunt: ꝛ ijsdem voluminibus continentur preconia maiestatis ꝛ mortis. Quamobꝛem odio quo imbuti estis abiecto: inuenietis illico: ꝛ deum verum esse iesum: ꝛ salutis bumane gratia fragilez assumpsisse naturam. Uestram tamen nobis ſi non pudet]narrare religionem. Sed quas ſ o erꝛoꝛ infeliꝛ]poteris referre culturas de tanta rerum fedi tate atꝯ vecoꝛdia nisi forte vt audio fabulas asseritis deoꝝ vestroꝝ. ꝛ obscenitates ꝛ crudelitates: ꝛ vanitates: ꝛ moꝛtes: tegentes eas allegoricis velaminibus: liberum raptum: terram proserpine: semi claudum vulcanum ꝛ debilem ignem: iunonem aerem: apollinem solem: dianam lunam: neptunum mariaꝫ: ꝛ libidinum principem iouem etberem interpretantes. Nec post banc excusationis procacitatez deum: sed creaturas contempto creatoꝛe ſu scipitis. Quod ſi pulcbritudo vos elementoꝝ ad suam traxit venerationem: modum fas erat custodire: ꝛ oportebat mirari tantuꝫ: nec colere ne factu re veneratio creatoꝛis esset iniuria. Nam secunduꝫ istiusmodi quam vos sequimini formam ratio est ꝑ postera atꝯ peruersa: ꝛ archytecti bonoꝛ migrauit ad domum ꝛ medici scientia ad remedia conferꝛ omnium quoꝯ artificiuꝫ merita vel laudes ad operaꝛ transferentur. Quid ad bec dicitis: vt agnoſcamus que sit crucis ridicule vobis ignominiosa confusio Hac disputatione cõuertentibus inter se pbilosopbis oculos: simulꝯ musitantibus: subridens Antbonius rursuſ⁹ per interpretantem ait. Preꝺurum nanꝯ cuncta victoꝛ videntur operi quotiẽs iusto vniuerse rei tenoꝛe calcatoꝛ: laboꝛis merita factis magis quam factoꝛibus astruuntur. Elementa quidem: vt memoraui ex ipso conspectu suam comꝓbant seruitutez. Sed quoniam vos obseruatione dyaletica necessaria ſvt putatis]queꝯ colligitis: bec quoꝯ artificia: etiam nostram religionem compellitis affirmare. Respõdete mibi. Cognitio dei quemadmoduꝫ manifestius apꝓbatur: per lectionem verboꝝ: an per operationem fidei. Et quid antiquius est: operatio fidei: an disputatio p argumenta procedens. Illis respondentib⁹ firmiore sermonibus operationem esse: ꝛ banc liquidã de deo cognitionem: bene eos ꝛ ipse dixisse consentit: quia operationem: que ex fide descendit a nimi generat affectus: dialecticam vero ex artificio componentium sumpsisse oppositionis exoꝛdia. Cuꝫ ergo ait operationem fidei animo fitaꝫ quis babuerit sine perstua erit verboꝝ conpositio per quam concepꝝ tam sensu nostro credulitatem temptatis euellere: ꝛ tamen sepe nostras explicare intelligẽtias nõ valetis. Ita solidioꝛa sunt mentis opera: ꝙ sopbismatum fraudulenta conclusio. Nos cbꝛystiani mysteriuꝫ vite nostre. non in sapientia mundi babem⁹ repositum: sed in virtute fidei: que nobis a deo tributa per xp̃m est. Banc oꝛationis mee veritatẽ ꝛ cterum que quotidie gerunt oꝛdo cõmẽdat: vobis spiritis ꝛ litteraꝫ vestraꝫ ignaris ad dei cognitionez eius solũ verba sufficiũt. Ecce nos tot gentilitatis gregibus abstractis in vniuersum oꝛbẽ quotidie ꝓpagamur: vobis ꝺo post aduentũ dñi mõ se sopbismatũ deferunt versutie. Ecce nos simplicẽ xp̃i fidẽ docti idolatriam debellauimus. ꝛ p predicationez ignominose crucis: aurata templa ceciderunt. Vos si potestis: ostendite qua ꝓtexione verboꝝ gentilitatẽ xp̃o preponere suaseritis. Per oẽs iam terras deus dei filius xp̃s est agnitus: nibil eloquentia sopbismatũ nibil disputatio pẽe multitudini põt obesse credentiũ. Crucifixũ nolamus ꝙ vniuersi demones ſquos vos vt deos colitis ſrugiunt: atꝯ ex ob sessis coꝛpibus ad primũ dñice crucis signũ fugantur. Ubi sunt illa fabulosa oꝛacula: vbi egyptioꝝ incantationes quo magoꝝ ꝓfecꝛe carmina? Certe tunc vastata sunt oꝛa: cum de sua cruce mundo xp̃s intonuit. Nibilominus vos pretermissis beatoꝝ cateruis: gloꝛiosam iesu moꝛtẽ irridere conamini. Illud aũt quale est: ꝙ nunꝯ infestatione regali concussa gentilitas: timo seculo cbara ꝛ boꝛum p̃fidijs fulta iam coꝛruit. Nos famuli xp̃i quo plus premimur: eo magis assurgim⁹ ꝛ floꝛemus. Uestra simulacbra ornatus quondã septa parietibus: iam vetustate collapsa sũt. Xp̃i ꝺo doctrina ſque vobis stultitia videt ꝛ ludus]ls tyrãnica ꝓsequentiuꝫ principum tepramẽta pepulerint. licet varijs sit incursata terroꝛibus. nullo tñ terraꝝ oꝛbe cõcludit nullo gẽtium barbararum fine ꝓbibetur. Qñ enim diuine scientie tantus splendoꝛ illuxit. Quando tot simul in se cõuenere virtutes? ꝓtinentia in mrimonio. virginitas in ecclesia. floꝛet martyrũ ꝑ dño suo gloriosa cõstantia. quoꝝ olim cruꝛ xp̃i principiũ est. Cuꝫ interim eos inter tantos virtutum cboꝛos. sylogismoꝝ rbetia tenditis: ꝛ verã rerum lucez tenebrosis conamini argumentatiõibus obuoluere. Ecce nos vt dixit doctoꝛ noster: non in gentili persecutione: sed in fide apertissima suademus: que verboꝝ affirmationẽ ꝓuenire ꝓsueuit. Assunt quippe patiẽtes a demonibus vexati quos cum in mediũ ꝓduxisset verba repetiuit dicens. Nunc vos collectiõibus vestris: ꝛ quovultis malefico carmine deos vestros quos putatis expellite: finautem nõ potestis victas submittite manus: ꝛ ad xp̃i tropbea cõfugi

te.⁊ statim crucifixi credulitatem maiestatis potē
tia prosequetur. Dixit:⁊ invocato nomine iesu: cuz
vitale signum in sacro numero trinitatis pressisset i
frontibus vna cum expulsis demonibus:vana pre
sentium philosophorum confutata sapiētia est. Ex
pauerunt enim stupentes hominem cui post tantū
ingenium afflueret signorum diuina largitio. At il
le vniuersa christo qui curauerat ascribens vsus est
affectu recíproco ⁊ ait. Nolite me putare bis sani
tatez dedisse:christus per seruos suos facit ista mi
racula. Credite ⁊ vos ⁊videbitis:quia deuota deo
fides:non eloquentie vanus tumor talia signa me
reātur. Confugite ad crucifixi legem:noscz ei⁹ imi
tamini famulos:⁊ hoc scientie fine contenti:nulla
deinceps secularis imprudentie argumenta quera
tis. Hactenus Antbonio dicente:miro philosophi
stupore perculsi:⁊ cuz honorifico salutatu ab eo re
cedentes:multuz eius fidi fatebantur profuisse cō
spectum. Hoc in eo viro mirabile est vt hominez in
extremo mundi limite conditum:⁊ fauor principuz
⁊ omnis celebraret aula regalis. Nam ⁊ constanti
nus augustus ⁊ eius liberi constans atcz constan
tius talia cognoscentes crebro ad eum quasi ad pa
trem missis litteris obsecrabant vt reciprocis eos
scriptis hylaret. at ille eiusmodi manens: qualis ⁊
anteq̄ littere ad eum venirent fuerat:nec salutatio
ne principium mouebatur ⁊ tanq̄ non acceptis lit
teris conuocatis monachis aiebat. Reges seculi
ad nos miserunt epistolas quc hic christianis adhi
benda miratio est. Licet enim diuersa sit dignitas
attamen eadem nascenti morienticz conditio ē. Il
la sunt veneratione omni percolenda:illa toto ani
mi affectu retinenda sunt:cz hominibus deus legē
scripserit:cz per filium suum proprijs ecclesias dita
uerat eloquijs. Que monachis est ratio cuz epistu
lis regum Cur accipiam litteras quibus consueta
nescíam reddere salutationis obsequia Igitur ro
gatus ab vniuersis fratribus:vt christianos reges
suis litteris refrigeraret:ne scilicet per silentiū ei⁹
exasperarentur:ad susceptas epistolas conuenien
tia rescripsit. Laudauit primum cz christuz colerēt
deinde salutaria persuasit ne magnam putarent re
giam potestatez, ne presentis carnis imperio tumē
tes:se homines esse nescirent:⁊ iudicandos a chri
sto obliuiscerentur Ad postremum clementie circa
subiectos ⁊ iusticie:curam quocz inopum admo
nuit:atcz vnum sempiternum esse regem omniuz se
culorum iesum christum epistolis testatus est. His
principes susceptis vehementissime letabantur.

¶ Sancta quocz apud cunctos Antbonij flagra
bat opinio:ita vt eius se filios cuperent nominari.
magna etenim cum aduenientibus affabilitas:om
nium in se studium conuerterat postcz ergo genti
les confutati:reges āmoniti fratres ab eo sunt cō
solatione releuati ad interiorem montez:⁊ ad rigo
rem solitum gressus est:ibicz sepe cum introeunti
bus deambulans ac residens stupebat:sicut in da
niele scriptum est ⁊ interiectis horarum spacijs cō
sequentia respondebat:vt intelligeret aliqua reue
lationis videre secreta. Nā in monte positus:ea q̄
in egypto longe gerebant prudens epo Serapio
ni ibi constituto narrauit. Lamentabilis sequit vi
sio:⁊ omni lachrimarum fonte plangenda. Cū em
cum fratribus circa se sedentibus operaret. intēte
fixit oculos in celū gemens atcz suspirans. Et post
aliquantū spaciū reuelationis incepte:inmio dolo
re contremuit:⁊ statim fixis genibus ante dei vul
tum ꝓuolutus orauit:vt clementia sua futurū auer
teret scelus. Succedunt orationi lachryme:metus
ingens inuadit presentes obsecrant vt tāte calami
tatis exponeret visionem. Singultus occupant vo
cem:lingua fletibus prepeditur ⁊ in medio conatu
sermo gemitu interrumpitur. Vix tñ cum vocifera
tione fletuosa ait. O helius erat o filioli impendēs
piaculum cita morte lucrari. Sic incipiens rursum
lachrymis vincitur:⁊ inter egra suspiria tandem pe
ctori cōmodans vocem:magnum inquit quoddā ⁊
vniuersis seculis inauditū imminet nephas. Ora
gno fides catholica turbine subuertet:⁊ boues iu
mentis similes:xp̄i sancta diripient. Vidi enim alta
re dñi mulorū circundatum multitudine:cz crebris
calcium ictibus omnia dissipabant. Hec est cā ge
mituum quos audistis. Et facta est vox dñi dicēs.
Abhominabitur altare meū:nec mora visionē sequi
tur effectus. Nam post annos duos:scua arrianoz
irripit insania. Tunc ecclesiarum rapine:tunc diui
norum temeratio vasorum:tunc pollutis ethnicorū
manibus sacra polluta sunt ministeria tūc pagano
ram opificū presidia aduersum xp̄m cōparata cum
assumptione palmaz:qō ydolatrie apud alexādriā
insigne est:ad ecclesiaz pgere cōpellebant xp̄ianī:
ita vt arrianorum populi crederent. Procb scelus;
horret animus replicare que gesta sunt Virginum
matronarumcz ereptus pudor. sanguis ouium xp̄i
in christi templo effusus venerāda resperfit altaria:
baptisterium pro voluntate gentilium pollutum ē.
Nihil defuit visionis. veritatem monstrauit effect⁹
cz calcitrantium multorum indisciplinatio:arriano
rum esset impietas. ¶ Sed istam trifficiam conse
quentis reuelationis prosperitate consolatus est:
⁊ ait. Nolite filioli merori vos penitus cedere: vt
enim iratus est dominus sic rursum miserebitur:⁊
suum cito ecclesia recuperabit ornatum:eoscz qui
persecutionibus fidem domini seruauerint: solito
videbitis fulgore relucētes. Reuertent ad foueas
suas serpentes. ⁊ religio longius ꝓpagabitur:tātū
videte ne fidei vestre syncericas arriana labe sorde
scat. Non apostolorum:sed demonum ⁊ patris eor
dyaboli ista doctrina est:ob id per insipientiam iu
mentorum similis pecudum eorum expressus ē ani
mus. Hucuscz Antbonius. ¶ Sed nos minime cō
uenit diffidere:tam grande miraculum per boiem
potuisse ostendi. Saluatoris enim promissio est: ita
dicentis. Si habueritis fidem vt granum sinapis

dicetis huic monti transfert te:⁊ transferet ⁊ nihil
impossibile erit vobis. Et iterum. Amen amen dico
vobis:oē qd petieritis patrem in noīe meo dabit vo
bis. petite ⁊ accipietis. Ipse em suis discipulis ⁊
vniuerso credentium regi:nunc subiectionē demo
num:nunc variaz infirmitatum pollicens curatio
nem. aiebat. gratis accepistis:gratis date. nunqd
sue virtutis iperio curabat Antbonius. Nunquid
fue possibilitatis arbitrabat qd fecerat oratiōib⁹
non preceptis demones morbicz cesserūt:⁊ ad xp̄i
dei nostri nominationem. semper vniuersa perfecta
sunt. Nemo sapientium sanitatum admirationem
ascribat Antbonio sed domino iesu:qui solitā erga
creaturas suas exhibens beniuolentiaz:nūc quocz
p electum famulum suum indulgenter exercuit. an
thoni⁹ tñ orabat. ⁊ ob vite eius merita cūcta dīs
largiebat. Sepe aūt ⁊ ꝰ voluntatē: ad exteriorem
montem a fratribus perducebat. Et cum iudices
qui ad interius archisterium ꝓpter asperitatem iti
neris:⁊ obsequentium multitudinem ⁊ horridā so
litudinē ire non poterant:precasio quererent:vt ei⁹
fruerentur aspectibus nec impetrare possent: quia
molestissime ferebat verationem discursuz. Ipsos
catbenos quos aut noxietas: aut vigor publicos
constrinxerat:ad eum destinabant: scientes tales
ab Antbonio non posse contemni:quoruz fletibus
superatus pertrahebatur ad exteriorem montem
agnoscens laborem sunm vtilem miseris fore. Sua
debatcz iudicibus qui eum inuitauerant:vt in snia
pferenda:⁊ odio ⁊ gratie dei timorez anteponerēt:
nec ignorare eos debet quod scriptum est. Quocun
cz iudicio iudicaueritis in eo iudicabitur devobis
Attamen inter medios sermones ebare sibi solitu
dinis recordabatur. Post coactam itacz presentiā
quam ducis preces:⁊ quod verius est miserorū fle
tus ertorserant post salutaria monita:post reoz cō
mendationem quorundam vero ⁊ absolutiones:po
stulanti duci vt paulo largius eidem suam pītiam
indulgeret:ait non posse se diutius ibidem morari
grato vsus exemplo:cz sicuti pisces ab aqua extrac
ti mox in arenti terra morerentur:ita ⁊ monachos
cum secularibus retardantes:humanis statim re
solui confabulationibus. Ob id ergo ⁊inquit⁊ con
uenit vt pisces ad mare. ita nos ad montem festina
re:ne tardātibus nobis aliqua propositi succedat
obliuio. ¶ Pre tanta hominis sapientia dux mira
tus iustam de eo tulit veramcz sententiam dicens.
Vere istum esse dei famulum:nec in rustico homi
ne potuisse tantam aliquando ineſſe sapientiam:nī
si diuino amore regeretur. ¶ Preterea cum bala
cius qui sub nestorio prefecto alexandrie dux egy
pti fuit. homo arriane ⁊iniquitatis studiosissim⁹ fau
torita christi ecclesiam persequeretur:vt animo ve
sano virgines monachoscz nudatos verberaret in
publico:ad eum Antbonius literas misit. quarum
ista sententia est. Video iram dei venientem super
te, desine persequi christianos, ne te ira occupet q̄
proximum iam tibi minatur interitū. Legit infelix
epistolam ⁊ irrisit atcz in eam erpuens piecit i ter
ram portiones quocz multis afficiēs iniurijs. antbo
nio talia renūciari ꝓcepit. Si cura tibi tantopere
monachoz est ēt ad te mei vigoris transiliet disci
plina sed confestim minatorē oppressit suppliciū.
⁊ post quinqz dies os effrenatum vltio diuina cōpe
scuit. Egreditur enim ad primam mansionē alexan
drie que appellatur chereum. cum supradicto egy
pti prefecto nestorio vehebantur equis quos inter
omnes balacius. cuius erāt mansuetissimos nutri
erat. Cum ergo pariter solito sibimet equi alludes
rent. mitior quo nestorius vehebatur. morsu repen
tino balacium decussit in terraz ac si in eū inbians
femora eius lacerauit atcz corosit. vt statim rela
tus ad ciuitatem post tertium diem moreretur vni
uersis cz agnoscerent minarum ab Antbonio predi
ctarum effectum quam totius consecutum. digno
persecutoris fine completo. ¶ Eros ad se venien
tes mira cum modestia Antbonius admonebat vt
oblita seculi dignitate. remotioris vite beatitudi
nem appeterent. Si qui autem maiori potestate ꝓ
mebantur nec poterant obtinere iusticiam. ita eos
obnixe defendebat vt ipse ꝓ illis pati videretur in
iuriam. Oultis vtilis fuit preclari senis oratio. ma
gnis diuitijs ⁊ altiori gradu militie derelicto eius
adhesere curriculis. Et vt infinita breui sermone cō
prehendā. bonum egypto medicum xp̄s indulserat
Quis non tristiciam apud Antbonium mutauit in
gaudium? Quis non iram verterit in pacez. Quis
orbitatis luctum. non ad eius temperauit aspectū?
Quis non meroze paupertatis [quo p̄mebat] abz
iecto. statim ⁊ diutum despexit opulētias. ⁊ in sua
letatus est paupertate Quis post lassitudinem mo
nachus non eius vegetatu hortatus est? Quis ado
lescentie etatis accensus ardoribus non ex eius ad
monitu pudicitie amator fuit. Quis veratus a dya
bolo sine medela rediit? Quis inimici cogitationi
bus distractus nō ceca tēpestate sopita. sereno re
gressus est aīo. Sciebat em quo quisqz laboraret i
cōmodo. ⁊ ex vite meritz discretionē spirituū agno
scens adhibebat verboz [put erant vulnera] sanis
tatē. Unde effectū est vt post ei⁹ doctrinā oēs dya
boli pāderentur insidie Oulte quocz ad eius con
spectū desponsate puelle ab ipo pene thalamo rece
dentes in ecclesie matris gremio cōsederet. Quid
plura? Totius orbis homines ad eū confluebant ⁊
vniuersarū gentiū varietas. bellicosissimū ꝺ demo
nes virū cōspicere gestiebant Null⁹ se frustra illuc
veniſſe conquestus est. omnibus delectabile atcz
iocundum laboris commertium est. Fatigatio em
itineris emolumentum viatici reprobat sicut rei p
bauit effectus. Nam post resolutionem eius quasi
cōi funere orbitatis excepto. ꝓprium singuli parē
tem luxerunt. ¶ Quis autez finis vite ei⁹ fuerit di
gnum est ⁊ me commemorare ⁊ vos cum desiderio
audire. q⁊ hoc in eo imitabile cunctis fuit. Juxta

epistola bti antonij ꝑ ecclesias ꝓsequtē.

consuetudinē ad visendos fratres qui in exteriori monte erant venit: ibiq; a diuina prouidētia de sua morte condicēs ita exosus est dicēs. ¶ Ultimam filioli patris audite sentētiam: non enim arbitror q; in hoc seculo iterum vos visuri simus? Cogit conditio nature: vt post cētenariū numerū quē ānis q̄nq; suppgredior iam resoluar. Ita locutus audiētiū pectora cōtristauit: gemitus lachrymeq; dicta mē rētia consecute sunt. Amplexabant cum vniuersi: quasi iam de seculo recessurū. At ille tāq; aliena deserēs ad propriam patriam profecturus magna cū leticia p̄cipiebat: desiderium instituto nō debere surripere sed tanq; quotidie moriturus: vt ante p̄direrat a sordib⁹ cogitationib⁹ animam custodite: & omnē emulationē ad sanctos quoq; cōuertere: ad melecianos vero scismaticosq; : nec prope quidē accedere. Scitis enim aiebat deorū antiquam peruersitatē: neq; cū arrianis cōmunioni iungamini: quia impietas eorū iam omnibus manifesta est. ¶ Dis etiam illud addebat nullū debere christianū cū seculi viderit potestates: pro arrianorū & meleciano rū pugnare nequitia: a christi cum discederēt veritate: mortaliū illam esse defensionē nec diu fallacē p̄manere nosse fantasiam. Quapropter aiebat cuncta diēda est pia fides in christo patrū religiosa traditio: quam & scripturarū lectione & crebro mee parui tatis didicistis admonitu. Finito sermone frēs cum vehemētissime retardabāt: glorioso patris cupietes termino decorari. Sed multas ob causas quas & filētio demonstrabat: p̄cipue tamē ob p̄sumptam egypti consuetudinē contradixit. Dos etenim egyptijs est nobilium & p̄cipue beatorū martyrū corpora linteamine quidē obuoluere: & studiuz funeri solitum non negare, terra vero non abscōdere: sed sup lectulos domi posita reseruare. Hūc bono. ē quiescētibus reddi inueterata consuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antbonius sepe & episcopos deprecatus est vt populos ecclesiastica contestatione corrigerēt: & laicos viros ac mulieres rigidius ipse conuenit dicēs: nec legitimū hoc esse nec deo placitū: quippe cū patriarcharū & prophetarū sepulchra que ad nos vsq; pdurant hec facta conuincerēt. Dominici quoq; corporis exēplum oportere intueri iubebat: quod in sepulchro positū lapide vsq; ad resurrectionis diē tertium clausum fuerit. Atq; his modis vitium circa defunctos egypti etiam si sancta essent corpora coarguebat dicens. ¶ Quid maius aut sanctius corpore pōt esse dominico, quod iuxta consuetudinē gētium ceterarū humo conditum esse scimus? Hec iuxta psuasio multorum insitū euellit errorem: & repositis in terra cauerib⁹ domino gratias pro bono magisterio protulerūt. Detuēs ergo consuetudinē supradictā ne eodē etiam circa se laberētur errore celeriter valedicēs monachis qui confluxerant ad amicum virtutis habitaculū repedauit. Post mēses autē paucos cū non mediocre incommodū senilia membra turbasset: vocatis ad se duobus fratribus quos ibidē ante quindecim annos modico interuallo seiunctos instituerat quiq; ei iam seni ceperant ministrare: ait. Ego quidē filioli p̄m eloquia scripturarū patrū gradior viam: iam enim dominꝰ me inuitat: iā cupio videre celestia: sed vos o viscera mea admoneo: nec tanti tēporis laborē repēte pdatis. Hodie vos religiosum studiū arripuisse arbitrami ni: si cepte voluntatis fortitudo succresceat. Varias demonum nostis insidias vidistis eoꝝ & impetus feroces & vires effeminatas. Ad iesum suspirare: & credulitatē nominis eius vestris figite mētibus: & a certa fide vniuersi demones fugabunt. Q̄ emētore etiam ammonitionū mearum: & incerte conditionis vitam quotidie ancipitē ptractate: & celeste vobis p̄mium sine cunctamine tribuet. Scismaticorum quoq; & hereticorū venena vitate: meūq; circa eos odium sectamini: quia christi sunt inimici. Scitis ipsi q̄ nullus mihi nec pacificus quidē sermo cum eis aliquando fuerit propter prauam eorū voluntatē: & primas contra christū bellum. In hoc aūt magis estote solliciti vt domini p̄cepta seruetis: vt post mortē vestram sancti quiq; : quasi amicos & notos in eterna vos recipiant tabernacula. Hec cogitate: hec sapite: hec retexite: & si qua mei vobis cura: si qua patris memoria est: si mihi vicarijs repēdatis affectū: nullus ad egyptū meas pferat reliquias: ne vano corpus bonore seruet: ne viperati ritus a me vt nostis etiam circa me seruētur obsequia. Huius enim rei gratia maxime huc sum regressus. Vos igit humo tegite: vos patris operite corpusculum: & illud quoq; senis vestri custodite mandatum: vt nemo p̄ter vestram dilectionē locus tumuli mei nouerit. Confido in domino q̄ necessario resurrectionis tēpore hoc corpusculū refiliet incorruptū. Vestimētorum aūt meorū sit ista diuisio. Melotem & pallium tritum cui supiaceo athanasio episcopo date quod mihi nouū ipse detulerat. Serapion episcopus aliū accipiat melotē: vos cilicinū habetote vestimētum & valete viscera mea. Antbonius enim migrat & iam non erit in p̄senti seculo vobiscum. Verba finierat & osculantibus se discipulis extēdēs paululum pedes mortē letus aspexit: ita vt ex hylaritate vultus eius angelorum sanctorū qui ad p̄ferēdam animam eius descēderāt p̄sentia nosceret. Hos intuēs tanq; amicos videret animam exalauit: & additus est patribus ꝛ ordinē scripturarum. Seruauerūt mandata discipuli: inuolutum vt p̄ceperat corpus humo operiētes & nemo interim vsq; ad hanc diē p̄ter eos vbi sit cōditum nouit. Legatarius autem Antbonij benedictionē qui tritum palliū cū melote imperio eiꝰ meruerat accipere. Antbonium in Antbonij muneribus amplectit: & tanq; magna hereditate ditatus letanter p̄ vestimētum recordatur imaginē sanctitatis. Hic Antbonio vite terminus fuit ista principia meritorum. Que licet parciores vt p̄digi sermone seruauerint: tamē ex his potestis aduertere qualiter homo dei a pueritia ad senectam vsq; pueneritq; & quod omni semper dubitatione calcata nec lōgiori nec longeue quicq; erati aliquādo concesserit. Magis autē equalitatē p̄positi tenēs: nec vestimētum mutauit nec pedes lauit: nec escam sectatus est meliorē: oculorum quoq; acie & numerus dētium licet paululum ob etatem viderentur attriti: necnon pedum incessum: totius etiam corporis firmitatē ita contra iura nature meritorum gratia custodiuit vt lautorū corporū que balneis atq; deliciis confouētur: hilarior eius caro videretur. Hoc etiam frēs q̄ p̄ oēs p̄uincias amor eius famaq; volitauit: quē nec librorū disseminatorū oratio inculcata: nec mundane sapiētie disputatio: nec nobilitas generis nec opum infinita congestio commēdauit. cui omniū ore est ascribēdū nisi xp̄o: cui hoc donum est qui deuotos eius animos: erga suā p̄sidēs maiestatē dominē alio pene orbe celatum et inter tantas positum solitudines africe: hispanie: Gallie, Italie, illirico: ipsi etiam que vrbium caput est rome: vt in exordio promiserat: demonstrauit. Creatoris est ista benignitas: qui famulos suos licet nolētes, nobilitare consueuit: vt virtus possibilis nec vltra humanam esse naturam sanctorū doceatur exēplis & ad beatevite imitationē: ex fructu laboris optimus quisq; impellat. Hunc itaq; fratres librum magnopere plegere curate, vt agnita fideli vita sublimium monachorū, sciatis q̄ saluator noster iesus christus glorificantes se glorificat, & seruientibus sibimet non tātū regna celorū, sz etiaz hic in ipsis montiū secretis latere cupientibus fame tribuit nobilitatē. s. vt & ipsi fruantur laude meritorū: & ceteri eorū prouocētur exēplis. Si autē necessarium fuerit hec gētibus legite: vt vel sic agnoscant: q; dominꝰ noster iesus xp̄s non solū est deus dei filius: sed etiam bis qui eū sollicite colunt & in eum fideliter credunt: hanc dedit potestatez: vt demones quos illi deos esse arbitrantur: conculcent atq; eijciant: deceptores scz hominū: & totius corruptionis artifices.

¶ Finit vita beati Antbonij.

¶ Prologus sancti Hieronymi presbyteri in vitam beati Hylarionis.

IN sanctis orationibus tuis memento mei decus ac dignitas virginum: nonasella. Scripturus vitam beati Hylarionis habitatorem eius invoco spiritum sanctum: vt qui illi virtutes largitus est: mihi ad enarrandas eas sermonem tribuat vt facta dictis exequantur. Huius namq; conuersatio & abstinentia: ac preclara dona mirabiliū que optatus est vt ait Crispus tanta ac talia habentur: quātum vel ex paruulis verbis potero extollere cuiuscunq; preclara ingenia. Alexander magnus macedo: quē vel pardum vel bircum caprarum Daniel vocat: cuz ad Achillis tumulum peruenisset: felicem te ait dico iuuenis qui magno frueris precone meritorum: homerum videlicet significans. Porro mihi tanti ac talis viri conuersatio vitaq; dicenda est: vt bonus quoq; si adesset vel inuideret materie: vel subcumberet. Quaq; enim sanctus Epiphanius salamine & cypri episcopus qui cum Hylarione plurimum cōseruatus est laudem eius breui epistola scripserit: que vulgo legitur: defunctum tamen aliud est locis communibus laudare: aliud defuncti p̄prias narrare virtutes. Unde & nos fauore magis illius q̄ iniuria: ceptum ab eo opus aggrediēmur: maledicorum voces contēnimus: qui olim detrahentes sancto Paulo meo nunc forsitan detrahent & Hilarioni: illi sollicitudines calumniantes. huic obijcientes frequentiam multorum vt qui semper latuit: nō fuisse qui a multis visus est: vilis & extimetur. Fecerunt hoc & maiores eorum quondaz pharisei: quibus nec Johannis beremus atq; ieiunium: nec domini saluatoris turba cibi potusq; placuerunt. Uerū destinato iam operi imponam manū & scilleos canes obturata aure transibo. Opto vt in xp̄o permaneas. Et memor in orationibus tuis fis mei virgo sacratissima.

¶ Incipit vita beati Hylarionis heremite.

HIlarion ortus est ex vico thabacha qui circiter quinq; milia a gaza vrbe palestine ad austrum situs est: cum parētes haberet ydolis deditos sicut rosa de spinis floruit. A quibus missus Alexandriaz grammatico traditus est: ibiq; quantum illa patiebatur etas: magna ingenij & morum documenta prebuit breui: charus omnibus & loquendi arte non ignarus quodq; bis maius omnibus est christo credēs. Non circi furioribus nō barene sanguinis nō theatri luxuria delectabatur, sed illi tota voluntas in ecclesie congregatione erat. Audiens autem celebre tunc nomen Antbonij quod per omnes egypti populos ferebatur incensus visendi eum studio, perrexit in heremum. Et statim vt eū vidit mutato pristino habitu duobus ferme mensibus iuxta eū mānsit, contemplans ordinem vite eius morumq; gratiam q̄ creber in oratione q̄ humilis in suscipiendis fratribus, seuerus in corripiendis, alacer in exhortandis esset & vt continentiam cibiq; eius asperitatē nulla vnq; infirmitas frangeret. ¶ Post

ro frequentiam eorum qui ad eum ob varias pas-
siones⁊ impetus demonum concurrebant: vltra nō
ferēs: nec congruum esse dicens pati in beremo po
pulos ciuitatis: ficq; sibi magis incipiēdum esse vt
cepisset Anthonius: illum quasi visum fortem: vi
ctorie premia accipere: se necdum militare cepisse
reuersus est cum quibusdam monachis ad patriā:
⁊ parentibus iam defunctis: partem substantie fra
tribus partem pauperibus largitus est: nihil sibi
omnino seruans: ⁊ timens illud de actibus apo
stolorum ananie ⁊ saphire: vel exemplum vel sup-
plicium matimeq; dominice sententie memor dice
tis: qui non renunciauerit omnibus que possidet
non potest meus esse discipulus. Erat autē tunc
annorum quindecim. Sic nudus ⁊ armatus in des
erto solitudinem que in septimo miliario ad amaiuz
a ꝯgaze emporio per littus euntibus egyptum: ad
lenam flectitur: ingressus est. Cumq; essent cruēta
latrocinijs loca: ⁊ propinqui amiciq; eius imminēs
periculum denunciarent: contem; sit morē vt mor
tem cuaderet. Mirabantur omnes animum: mira-
bantur etatem nisi q; flamma quedam pectoris ⁊
scintille fidei in oculis relucebant. Lenes erant ge
ne: delicatum corpus ac tenue: ⁊ ad omnem iniu
riam patiēs: quod leui vel estu vel frigore possit af
fligi. Igitur sacco tantum membra coopertus: et
pellicium habens ⁊ empedītē hoc est pallium quod
illi beatus Anthonius proficiscenti dederat sagū
q; rusticum inter mare ⁊ paludem: vt vasta ⁊ terri
bili solitudine fruebatur: quindecim tantum cari
cas post solis occasum edens. Et quia regio latro
cinijs infamis erat. nunq; in eodem loco quisq; ha
bitare consueuerat. ¶ Videns hoc dyabolus: quid
faceret ⁊ quo se verteret torquebatur qui gloriaba
tur ante dicens: in celum ascendam: super sidera ce
li ponam nidum meum ⁊ ero similis altissimo: cer
nebat se vinci a puero: ⁊ prius ab eo fuisse calcatū:
q; per etatē peccare potuisset. Titillabat itaq; sen
sus eius: ⁊ pubescenti corpori eius insolita volupta
tum incendia suggerebat. Cogebatur enim tyran
culus christi cogitare quod nesciebat ⁊ eius rei ani
mo causam volucre: cuius experimenta non nouē
rat. Iratus itaq; sibi: ⁊ pectus pugnis verberans
quasi cogitationes cede manus posset excludere:
ego te inquit aselle feriam vt non calcitres: nec or
deo alam: sed palleis fameq; conficiam ⁊ siti. grau
q; onerabo pondere. Per estus inducam ⁊ frigora
vt cibum potiusq; lasciuam cogites. Herbarum er
go succo ⁊ paucis caricis post triduum vel quatri
duum deficientem animam sustētabat orans fre
quēter ⁊ psallens: ⁊ rastro humum fodiens: vt ie
iuniorum laborem labor operis duplicaret: simulq;
fiscellam hoc est sporcellam iunco texens emula
batur monachorum egypti disciplinam: ⁊ apostoli
sententiam dicentis. Qui autem non operatur nō
manducet. ¶ Sic attenuatus ⁊ intantum exhau
stus corpore: vt ossibus vix hereret: quadam no-
cte infantium ꝯcepit audire vagitus ballatus pe
corum: mugitus boum: planctus quasi mulierculā
rum: leonum rugitus: murmur exercitus: ⁊ prorsus
variarum portenta vocum: vt ante sonitu q; aspe
ctu territus caderet. Intellexit hec esse demonum
ludibria: et prouolutus genibus: crucem christi si
gnabat in fronte: taliq; armatus cassside ⁊ lorica fi
dei circūdatus: iacens fortius prelia batur quodā
modo videre desiderans quos horrebat videre sol
licitis oculis huc illucq; circumspiciens: ⁊ cum in
terim ex improuiso splendente luna: cernit redam
feruentibus equis super se irruere. Cumq; incla
masset Jesum ante oculos eius repētino terre hia
tu: pompa omnis illa absorta est. Tunc ille ait.
Equum ⁊ ascensorem proiecit in mare. Et bi in cur
ribus ⁊ bi in equis: nos autem in nomine domini
nostri magnificamur. Multe sunt temptationis
eius: ⁊ die noctuq; varie demonum insidie quas
omnes narrare velim: modum excedam volumi
nis. Quotiens illi nudas mulieres cubanti ac cir
cumiacentes finxit: ⁊ multotiens esurienti largis
sime apparuere dapes. Interdum horantem lu
pus vlulans ⁊ vulpecula ganniens transiliuit: psal
lentiq; gladiatorum pugna spectaculum prebuit
vt vnus quasi interfectus et ante pedes illius co
ruens sepulturam rogaret. Orabat semel fixo in
terram capite: et vt natura refert hominum: ab
ducta ab oratione mens nescio quid aliud cogi
tabat: insiliuit dorsum eius festinus agitator: ⁊ la
tera calcibus: ceruicem flagellando verberans:
eya inquit curre cur dormitas et cachinnans de
super si defecisset an hordeum vellet accipere sci
scitabatur. Igitur a sextodecimo vsq; ad vicesi
mum etatis sue annum: estus et pluuias breui
tugurunculo declinabat: quod iunco ⁊ carice te
rerat: extructa deinceps breui cellula: que vsq;
hodie permanet: latitudine pedum quattuor: al
titudine vero pedum quinq;: hoc est statura sua
humiliorem porro longitudine paulo ampliorem
q; eius corpusculum patiebatur: vt sepulchrum
potius q; domum crederes. Capillum semel in an
no pasche die totondit. Supra nudam humum
hoc est terram stratumq; iuncum vsq; ad mortē
cubabat. Saccum quo semel fuerat indutus nū
quam lauans: superfluum dicens mundicias in
cilicio querere. Nec mutabat alteram tunicam ni
si cum prior penitus scissa esset. Scripturas quo
q; sanctas memoriter tenens post orationes psal
mos quasi deo presente recitabat. Et quia lon
gum est per diuersa tempora magnalia eius di
cere comprehendam breuiter ante lectoris ocu
los vitam eius pariter exponens et deinceps ad
narrandi ordinem regrediar. a Vicesimoprimo an
no vsq; ad vicesimumseptum per tres annos di
midium lentis sextarium madefactum. aqua fri
gida comedit et alijs tribus annis panem arb
dum cum sale ⁊ aqua. Porro a vicesimoseptimo

anno vsq; ad tricesimum herbis agrestibus ⁊ vir
gultorum quorundam radicibus crudis sustenta
tus est. A tricesimo autem primo vsq; ad tricesi
mumquintum annum sex vncias ordeacei panis
⁊ coctum modice olus absq; oleo in cibo habuit.
Sentiens autem caligare oculos suos ⁊ totum
corpus in pctiginem ⁊ punicean quādam scabre
dinem contrahi ad superiorem victum adiecit ole
um: ⁊ vsq; ad septuagesimumtertium vite sue annū:
hoc continentie cucurrit tenore: nihil extrinsecus
aut pomorum aut leguminis: aut cuiuslibet rei gu
stans. Inde cum se videret corpore defatigatus
⁊ propinquam putaret imminere mortem a sexage
simoquarto anno vsq; ad octuagesimum pane ab
stinuit: incredibili feruore mentis. vt eo tempore
quasi nouus accederet ad seruitutem domini quo
ceteri solent remissius viuere. Fiebant autem ei
de farina ⁊ comminuto olere sorbicūcula cibo ꝯpo
tu vix quinq; vncias appendentibus. Sicq; com
plens ordinem vite: nunq; ante solis occasum nec
in diebus festis: nec in grauissima valitudine sol
uit ieiunium. ¶ Sed iam tempus est vt ad ordinē
reuertamur. Cum habitaret adhuc in tugurūcu
lo: annos decem ⁊ octo: latrones ad eum nocteve
nerunt vel estimantes habere aliquid quod tolle
rent: vel in contemptu; sui reputantes fieri si puer
solitarius eorum impetus non pertimesceret. Ita
q; inter mare ⁊ paludem a vespera vsq; ad solis or
tum discurrentes nunq; locum cubilis eius inueni
re potuerūt. Porro clara luce reperto puero: quasi
per iocū quid inquisīt faceres si ad te latrones ve
nirent. Quibus ille respōdit. Nudus latrones nō
timeo. Et illi certe aiunt occidi poteris. Possus in
quit possum: ⁊ ideo latrones non timeo: quia mo
ri paratus sum. Tunc amirati constantiam eius
⁊ fidem confessi sunt noctis errorem: deinde vite
pollicentes correptionem. ¶ Viginti duos iam in
solitudine habebat annos: fama tantū notus om
nibus: ⁊ per totas palestine vulgatus vrbes. Cui
interim mulier quedam eleutropolitane vrbis cer
nens despectui se haberi a viro ob sterilitatem [iā
enim per annos quindecim nullos coniugij fruct⁹
dederat ſprima irrumpere ausa est beatum Hylario
nem: ⁊ nihil tale suspicanti: repente genibus ad
uoluta: ignosce inquit audacie ignosce necessita
ti mee. Quid auertis oculos? Quid rogante fu
gis. Noli me mulierem despicere: sed miseram.
Dic serus genuit saluatorem nō habent sani opus
medico: sed qui male habent. Tandem substitit:
⁊ post tēpus visa muliere interrogabat causas ad
uentus eius: ac fletum. Et postq; didicit: lenatis
ad celū oculis redire eam iussit: eāq; ea lachry-
mis persecutus est. Exacto autem anno: vidit eam
cum filio. Hoc signorum eius, principiū aliud ma
ius signū nobilitauit. ¶ Christ bene elpidij ſqui, post
ea p̄fectus p̄torij fuit ſpro: valde nobilis iter suos
⁊ inter christianos nobilior: reuertens cum marito
⁊ tribus liberis a beato Anthonio gaze propter in
firmitatem eorū remorata est. Ibi enim siue ob co
ruptū aerē siue ſvt postea claruit] propter gloriā hy
larionis serui dei: enutrita pariter arrepti omnes
a medicis desperati sunt. Jacebat vlulans mater:
⁊ quasi inter tria filiorum discurrens cadauera, quē
primum plangeret: nesciebat. Agnito autem q; es
set quidam monachus in vicina solitudine oblita
matronalis pompe: quoniā se matrē nouerat: vadit
comitata ancillulis ⁊ eunuchis virq; ei a viro suo
suasum est: vt asello sedens pergeret. Ad quē qui
venisset. Per eum te fait] Jesum clementissimus do
minū nostrum obtestor p̄ crucem eius ⁊ sanguinez:
vt reddas mihi tres filios: vt glorificek in vrbe gē
tilium nomē domini saluatoris. Ingrediak seruus
eius gazam: ⁊ marnas coruat. Renuente illo ⁊ dis
cente: nunq; se egressum de cellula: nec habere con
suetudinem vt non modo ingrederetur ciuitates:
sed nec villas ingrederetur prostrauit se humi cre
bro clamitans. Hylarion serue christi redde mihi fi
lios meos quos Anthonius tenuit in egypto: a te
seruentur in syria. Flebant cuncti qui aderant: sed
⁊ ipse negans lachrymabatur. Quid multa. Non
prius mulier recessit: q; ille pollicitus est se post so
lis occasum gazam introiturū. Qui postq; venit fin
gulorū lectulos ⁊ arentia membra considerans inuo
cauit iesum. Et o mira virtus statim quasi de trib⁹
fontibus sudor pariter erupit. Eadem hora accepe
runt cibos: lugentemq; matrem cognoscentes ⁊ be
nedicentes deum sancti manus deosculati sunt.
Quod postq; auditū est ⁊ longe lateq; percrebuit:
certatim ad eum de syria ⁊ egypto populi confluē
bant ita vt multi christiani fierent ⁊ se monachos p̄
fiterent. Necdū enim tūc monasteria erant in pale
stina nec quisq; monachos ante sanctum hylario
nem in syria nouerat. Ille fundator ⁊ eruditor bu
ius conuersationis ⁊ studij in hac ꝓuincia fuit. Habe
bat domum iesus in egypto senem Anthonium ⁊ in
palestina hylarionem iuniorem. ¶ Facidia vicul⁹
est rinocorure vrbis egypti: de hoc decem iam an
nis ceca mulier adducta est ad beatum hylarionez
allataq; ei a fratribus ſiam enim multi cū eo mona
chi erant] omnē suam substantiā se expēdisse ait in
medicos. Cui respōdit. ¶ Si q̄ iquit in medicos p̄
didisti dedisses pauperibus: curasset te verus me
dicus Jesus. Clamante autem illa ⁊ misericordi
am deprecante erpuit in oculos eius: statimq; sal
uatoris exemplo virtus eadem secuta est sanita-
tis. ¶ Auriga quoq; gazensis: in curru percussus
a demone, totus obriguit, ita vt nec manus agi
tare neq; cervicem posset flectere. Delatus ergo
in lectulo cum solam linguam moueret ad preces
audiuit non prius posse se sanari quousq; crederet
in iesum: ⁊ sponderet arrio priſtine renūciaturum.
Credidit spopondit, sanatus est, magisq; de anime
q; de corporis salute exultauit. ¶ Preterea fortis
simus iuuenis nomine messicas de territorio hie-

rosolyme: tantum sibi plaudebat in viribus: vt ūdecim frumenti modios: diu lōgeq portaret ⁊ bāc haberet palmam fortitudinis sue. q̄ asinos vinceret. Sed hic afflatus a pessimo demone non catbenas: non compedes: non claustra ostiorum integra patiebatur. Multorū nasos ⁊ aures mordicijs amputauerat: bouum pedes: illorum guttur fregerat: tantumq; sui terrorem omnibus incusserat: vt oneratus catbenis ⁊ funibus in diuersa nitentiuz quasi ferocissimus tbaurus ad monasterium ꝓtrabere tur. Quem postq̄ fratres videre perterriti: erat enī mire magnitudinis nunciauerunt patri. Ille sicut sedebat iussit eum protrabi ⁊ dimitti. solutoq; ait. Inclina caput ⁊ veni Tremere miser cepit ⁊ cerui cem flectere nec aspicere ausus: contra omniq; ferocia deposita pedes sedentis lambere cepit. Admiratus itaq; ⁊ exortus demon qui iuuenez possederat septima die egressus est. ¶ Sed nec illud tacēdum est q̄ dorion vir primarius ⁊ ditissimus vbis acbillee que mari rubro imminet a legiōe demonū possessus ad eum perductus est: manus: ceruic: latera: pedes ferro onerata erant: furoriscq; seuitiam torui oculi minabantur. Cumq; deambularet sctūs cum fratribus: ⁊ de scripturis nescio quid interpretaretur: erupit ille de manibus se tenentium. Et dū peruenisset ad sanctum bylarionem statim amplectens eum post tergum in sublime eleuauit. Et clamor ingens ortus est ab omnibus: timebant enim ne cōfecta ieiunijs membra collideret. Et sanctus bylarion ridens filere inquit ⁊ mibi meum palestritam dimitte ac sic reflexa super humeros manu caput eius tetigit. apprehensoq; crine ante pedes suos adduxit: constringens e regione ambas manus eius ⁊ plantas vtroq; calcans pede: simulq; comminans torquere demonuz turbas cepit. Cumq; ille eiularet: ⁊ reflexa ceruice terram vertice tangeret. dñe inquit iesu o me miserum solue captiuz vt vnum ⁊ plures vincere tuum est. Rem loquar inauditam. Ex vno bois ore diuerse voces: ⁊ ꝓfusus populi clamor audiebant. Curat⁹ itaq; ⁊ big post nō multuz tpis cū vxore ⁊ liberis venit ad monasteriū plurima [q̄si gratiā redditur⁹] dona afferens. Cui sanctus ait. Nō legisti q̄d giezi: q̄d symō passi sunt: quoz alter accepit pctum: alter abstulit vt ille emeret gr̄am spūs sancti: bic mercaref. Cūq; orio flens diceret: accipe ⁊ da pauplbus Tu melius inq̄t tua potes distribuere qui p vbes ambulas ⁊ nosti pauperes. Ego qui mea relīq: cur aliena appetā? Multis nomen paupez: occasio auaritie est. Dia artez non bz. Nemo melius erogat q̄ qui sibi nibil reseruant. Tristi aūt ⁊ in barena iacenti: noli inq̄t cōtristari fili. qō facio p me ⁊p te facio. Si em̄ bec accepero: ⁊ ego offendā deū: ⁊ ad te demonum legio reuertet. ¶ Quis vero silentio possit ꝓterire q̄ zazanus maynnites baud longe a monasterio eius lapides ad edificandum de ora maris ercidens. totus paralyſi solutus est: ⁊ ab operarijs socijs delat⁹ ad sanctū bylarionē statim ad opus reuersus est. Et enim littus qō palestine egyptoq; ꝓtendit: p naturā mollibus barenis in fasta durescētibus asperat paulatimq; coberens sibi gloria pdit actū cum non pdat aspectū. ¶ Sed ⁊ i alicus quidā ciuis dē oppidi municeps xp̄ianus aduersum gazensem vir mar ne ydolo deditum: circi equos curules nutriebat: boc siquidem in romanis vbibus iam exinde seuabatur a romulo: vt ꝓpter felicem sabinarum raptū cōscio quasi consilioz deo quadrige septeno currāt circuitu: ⁊ equos prīs aduerse frangere victo: sit. Dic itaq; emulo suo babente maleficum que demoniacis quibusdā pcantatiōibus: ⁊ buius ꝓpediret equos: ⁊ illius concitaret ad cursum venit ad btm bylarionem: ⁊ non tam aduersarius ledi q̄ se defendi obsecrauit. Ineptum visum est venerādo seni in buiusmodi nugis orationem perdere. Cumq; subrideret ⁊ diceret: cur enim non mágis equorum pcū p salute anime tue pauperibus erogas. Ille rndit functionem esse publicam: ⁊ boc se non tamvelle q̄ cogi: nec posse bominem xp̄ianum vti magicis artibus: sed a seruo potius xp̄i auxilium petere maxie contra gazenses aduersarios dei non tam sibi q̄ ecclesie xp̄i insultantibus. Rogatus ergo a fratribus qui aderant sanctus pateram fictilem in qua bibere consueuerat: aqua iussit impleri eiq; tradi. Quā cum accepisset italicus stabulū ⁊ aurigas suos currumq; ⁊ repagula aspersit: Dira vulgi expectatio. Nam ⁊ aduersarius boc ipsum irridens diffamauerat: ⁊ fautores italici sibi certatim victoriam pollicentes exaltabant. Igitur dato signo baud aduolant: illi prepediuntur: sub bozum curru rote feruēt illi preteruolantium terga vix. cernunt. Clamor: vulgi nimi⁹: ita vt etbenij quoq; ipsi conclamarēt: marnas victus a cbristo est. Porro furentes aduersarij bylarionem maleficum cbristianorum ad supplicij poposcerāt. Indubitata ergo victoria ⁊ illis ⁊ multis debinc circensibus plurima fidei occasio fuit.

¶ De prefato gazense emporij oppido: propter virginem dei: vicinus inuenis amādo deperibat. Qui cum frequenter tactu: iocis: nutibus fibilis ⁊ ceteris buiusmodi [que solent moriture virginitatis ee principia] nibil profecisset: perrexit mempbim se vt confesso vulnere suo: magicis artibus rediret ad virginem. Igitur post annum edoctus ab escalapij vatibus non remeantis animas: sed perdētis. venit presumptum animi stupzum gestiens: ⁊ subter limen domus puelle. quedam tormenta verborum ⁊ portentuosas figuras sculptas in eris cupri lamina defodit. illico insanire virgo ⁊ amictu capitis abiecto. rotare crinem. stridere dentibus. inclamare nomen adolescentis cepit. Magnitudo quippe amoris se in furorem verterat. Perducta ergo a parentibus ad monasterium. seni traditur. vlulante statim ⁊ confitente demone. vim sustinui [inquit] inuitus buc adductus sum. Quam bene mempbis somnis bomines deludebam. O cruces o tormēta que patior. Exire me cogis: sed ligatus subter limē licio ⁊ lamina teneor. Non exeo nisi me adolescēs qui detinet demiserit. Tunc senex ait. Brandis fortitudo tua: qui licio ⁊ lamina strinctus teneris. Dic quare ausus es ingredi puellam dei. Ait vt seruarē virginem. Tu inquit seruares perdito: castitatis? Quare non potius in eum qui te mittebat ingressus es? At quid inquit intrassem in illum qui babebat collegam meum amoris demonē. Noluit autē sanctus antequā purgaret virginē: vel adolescētē vel signa iubere p quiri: ne aut solutus incantationibus recessisse demon videretur: seu ipse sermoni eius accommodasset fidē asserēs fallaces esse demones: ⁊ ad simulandum callidos: ſz magis reddita sanitate increpauit virginē: cur fecisset talia p que in eam demon intrare potuisset. ¶ Non solum autē in palestina ⁊ vicini egypti vel syrie vbibus: ſz etiam in lōginquis prouincijs fama eius creuerat. Namq; candidatus constantini imperatoris. rutilus coma ⁊ candore corporis. iudicans prouinciam [inter saxones quippe ⁊ alamanos gens est non tam lata q̄ valida que apud bystoricos germania: nūc francia dicitur] antiquo ab infantia possessus demone [q̄ nocribus eum vlulare: ingemiscere: ⁊ fremere dentibus compellebat] secreto ab imperatore euectionem petit: causam ei simpliciter indicans. Et acceptis ad consularē quoq; palestine litteris cuz ingēti bonore ⁊ comitatu ad gazam deductus est. Qui cum a decurionibus locī illius quesisset: vbi habitaret bylarion monachus: territi gazēses: ⁊ putantes ali qua ratione eum ab imperatore missum. ad monasterium conciti prererunt. vt ⁊ bonorē commēdato exbiberēt. Et si que de ꝓteritis iniurijs bylarioni essent offense. nouo officio delerētur. Deambulabat autē tunc senex in barenis mollibus. ⁊ secundi psalmis nescio quid murmurabat. videnscq; tantam turbam veniētium. substitit. ⁊ resalutatis omnibus manu eius benedicēs post boza ceteris abire ꝓcepit. illum vero cum seruis suis ⁊ apparitoribus iussit manere. Et oculis enī eius ⁊ vultu. cur venisset. agnouerat. Dox ergo ad interrogationē suspēsus homo vt vir terram pedibus tangeret: immane rugiēs. syro [quo interregatus fuerat] sermone respondit. videres de ore barbaro. ⁊ q̄ francam tantam ⁊ latinam linguam nouerat. syra ad purum verba resonare. vt non: stridor nec aspiratio non idioma aliquod palestini deesset eloquij. Confessus est itaq; quo in eum intrasset ordine ⁊ vt interpretes eius intelligerēt. qui grecam tantuz ⁊ latinam linguam nouerant. grece quoq; eum interroganit. Quo similiter ⁊ in verba eadē respondēte. multasq; incantationum occasiones ⁊ necessitates magicarum artium ostēdēte. non curo ait. quomodo intraueris. ſz vt exeas in nomine domini iesu cbristi impero. Cumq; curatus esset simplicitate rustica decē auri libras offerēs ordaceū panē ab eo accepit. audiēs q̄ qui tali cibo alerētur aurum pro luto ducerēt. ¶ Parum est de hominibus loqui. bruta quoq; animalia quotidie ad eum furētia ꝓtrabebantur equorum seu vaccarum. Camelum enormis magnitudinis: qui multos iam obtriuerat. triginta ⁊ eo amplius viri distētum solidissimis funibus cum clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi. spumabat os. volubilis lingua vegebat. super omnē terrorē rugitus psonabat immanis. Iussit igitur dimitti senex. statimq; ⁊ qui adurerant. ⁊ qui cum sene erant vsq; ad vnum omnes diffugierunt. Porro ille solus prexit obuiam. ⁊ sermone syro non me inquit terres zabule tāta mole corporis. Et invulpecula ⁊ in camelo vn⁹atq; idē es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quē cum furēs ⁊quasi deuoraturus seuiēs belua pueniſſet. statim corruit submissumq; caput terre coequauit. mirantibus cunctis qui aderant. post tantam ferociam tantam subito mansuetudinē. Docebat autē eos senex. bominum causa diabolum. etiam iumēta corripere. ⁊ tanto eorum ardere odio. vt non solum ipsos ſz ea quoq; q̄ ipsorum essent cuperet iterire. Huiusq; rei proponebat exēplum. q̄ anteqū beatum Job tētare pmitteretur. omnē substantiā eius interfecerit. Nec mouere quēpiam debere. q̄ domini iussione duo milia porcorum a demonibus interfecta sunt si quidē eos qui viderant non potuisse aliter credere exisse de bomine tantam demonuz multitudinē. nisi grandis porcoruz numerus. ⁊ qua si a multis actus pariter corruissent. ¶ Tēpus deficiet si voluero vniuersa signa q̄ ab eo sunt ꝓpetrata dicere. In tantam a domino elcuatus fuit gloriam. vt beatus quoq; Antbonius audiēs conuersationē eius scriberet et. libērerq; eius epistolā susmeret. ac si quando desyrie partibus ad se languentes prexisset diceret eis. Quare nos tam lōge vocare voluistis. cum baberetis ibi filium meum bylarionē. ¶ Ex timplo itaq; p totam palestinam in numerabilia monasteria esse ceperunt. ⁊ oēs ad eū monacbi certatim currere. Quod ille cernēs laudabat cbristi gratiam. ⁊ ad profectum anime singulos coborabatur. dicēs ꝓterire figuram mundi buius ⁊ illam veram esse vitam q̄ ꝑsentis vite emeretur in commodo. volēs autē exēplū eis dare etiam bumilitatis ⁊ officij. statutis diebus ante vindemiā. lustrabat cellulas monachoz. Quo postq̄ cognitū esset a fratribus. oēs prius ad eum confluebant. ⁊ comitanti tali duce circuibant monasteria. babētes viaticum suum q̄ interdum vsq; ad duo milia bominum congregabātur. Sed ⁊ procedēte tpe: vnaquaq; villa vicinis monachis ad susceptionē sanctoruz gaudens cibos offerebat. Bane quantum fuerit in eo studij. nullum fratrē q̄uis bumilē. q̄uis pauperē preterire illud iudicio est q̄ vadens in desertum cades ad vnum ex discipulis suis vsendū cuz infinito agmine monachoz puenit beluaz. Eo forte die quo āniuersaria solēnitas oēm oppidi popu-

lū in tēplum veneris congregauērat. Solūt autem illam ob luciferum: cuius cultui sarracenorum natio dedita est sed ⁊ ipsum oppidum, ex magna parte semibarbarum esse propter loci situm dicit. Audito q̄ sanctus hylarion p̄terirer[multos enim sarracenorum arreptos a demone frequenter curauerat]gregatim et cum vxoribus ⁊liberis obuiam p̄cesserunt: submittētes colla: ⁊ voce syra barech. i. benedic inclamantes. Quos ille blande humiliter q̄ suscipiens: obsecrabat vt deus magis q̄ lapides colerēt: simulq̄ vbertim flebat celum spectans: et se pollicēs: si christo crederēt: ad eos crebro venturum. Mira domini gratia: non p̄ius eum abire passi sunt: q̄ future ecclesie limitē mitteret: ⁊ sacerdos eorum: vt erat coronatus christi signo denotaret.

¶ Alio quoq̄ anno cum exiturus esset ad visenda monasteria ⁊ dirigeret in cedula apud quos maneret: ⁊ quos in transitu visitare deberet: sciētes monachi quendam de fratribus parciorem: simulq̄ cupientes vitio eius mederi: rogabant vt apud eum maneret. Et ille quid inquit vultis ⁊ vobis iuriam ⁊ fratri vexationē facere? Quod postq̄ frater ille parcus audiuit: erubuit ⁊ abnitētibus cūctis vix ab inuito impetrauit vt suum quoq̄ in mansionum ordinem poneret: post diem ergo decimum venerunt ad eum: custodibus iam invinea quasi villa esset aliena]ab eo dispositis, qui cum lapidibus ⁊ glebarum iactu fundeq̄ vertigine accedentes deterrerēt: fine esu vnarus mane omnes profecti sunt ridente sene: ⁊ dissimulāte se ante scire quod euenerat. ¶ Porro susceptī ab alio monacho cuius sabbas vocabulum est: debemus quippe parci tacere vocabulum. Largi dicere: quia dominicus erat dies: inuitabantur ab eo vniuersi ad vineam vt ante horam cibi vnarum pastu laborem vie subleuarent. ¶ Et sanctus hylarion maledictus ait: qui p̄ius refectionē corpori q̄ anime que fierit. Oremus: psallamus: reddamus domino officium: ⁊ sic ad vineam properabitis. Completo itaq̄ ministerio in sublimi stans: benedixit vince: ⁊ suas ad pascendum dimisit oues. Erant aūt qui vescebantur: non minus tribus milibus. Cumq̄ centum lagenis extimata adhuc integra fuisset vinea post dies viginti trecētas fecit. Porro ille parcus frater multo minus solito colligens: etiam id q̄ habuerat versum in acetum sero doluit. Hoc aūt̄ multis fratribus sene ante futurus dixerat. Detestabatur autem p̄cipue monachos: qui infidelitate quadam in futurum seruarēt sua: ⁊ diligētius haberēt vel sumptuū: vel vestium: aut alicuius rei cum seculo transeuntis. ¶ Denicq̄ vnum de fratribus in quinto a se miliario manentē: quia comperit horreoli sui nimis cautum timidumq̄ custodē: ⁊ pauxillum habere nummorum ab oculis suis abegerat. Qui volēs sibi reconciliare sene frequēter veniebat ad fratres maxime ad esycium quo ille vehemētissime delectabatur. Quodam ergo die ceteris fascem virētis sicut in herbis erat detulit. Quē cum ad vesperum esycius posuisset in mēsam: exclamans senex se putorē eius ferre non posse: simulq̄ vnde esset interrogauit. Respondēte aūt esycio q̄ frater quidam primitias agelli sui fratribus detulisset: non sentis inquit putorem teterrimum ⁊ incicere facere auaritiam. Dite bobus: mitte brutis animalibus ⁊ vide si comedant. Quod cum ille iuxta p̄ceptū in p̄sepia posuisset exterriti boues ⁊ p̄ solito mugiētes ruptis vinculis in diuersa fugierūt Habebat enim senex gratiam hanc: vt ex odore corporum vestiumq̄ ⁊ earum rerum quas quis tetigerat: sciret cui dōmi vel cuivicio subiaceret. ¶ Agitur senex sexaginta tres habēs annos vite: cernēs iam grande monasterium: ⁊ multitudinē fratrū secum habitantium: turbasq̄ eorum: qui diuersis languoribus ⁊ immūdis spiritibus occupatos ad se deducebant: ita vt omni genere hominum solitudo p̄ circuitum repleretur: flebat quotidie: ⁊ increbuit desiderio conuersationis antiqua recordabatur. interrogatus autē a fratrib⁹ quid haberet cur se conficeret: aiebat. Rursus ad seculum redij ⁊ recepi mercedē meam in vita mea. En omnis palestina ⁊ vicine prouincie existimant me alicui⁹ esse momēti: ⁊ ego sub p̄textu monasterij dispensationē fratrum: ville possessiones ⁊ suppellectilem habeo. Seruabatur ergo intēte a fratribus maximeq̄ ab esycio: qui miro amore venerationis seni deditus erat. Que cum ita lugēs biennio tractaret. ariste bene illa cuius latius supra fecimus mētionē: p̄fecti tūc vxo: sed nihil de ambitu p̄fecti habēs venit ad eum: volēs etiam ad Antbonium pergere. Cui ille flens ait. Vellem ipse quoq̄ ire. si non carcere huius monasterij clausus tenerer ⁊ si eūdi fructus esset. Biduo enim hodie est q̄ ex hac luce subtractus: ⁊ totus mundus tali parēte orbatus est. Credidit illa ⁊ substitit: ⁊ post paucos dies veniente nuncio Antbonij dormitationē audiuit. Mirentur alij signa sancti hylarionis ⁊ portēta que fecit: miretur incredibilē abstinentiam: sciētiam: humilitatē: ego nihil ita stupeo: q̄ gloriam illam ⁊ honorē calcare potuisse. Concurrebant episcopi p̄byteri: clericorum ⁊ monachorum greges: matrone quoq̄ christianorum grandis tēptatio: ⁊ hinc inde exvibus ⁊ agris vulgus ignobile: sed ⁊ potētes viri ⁊ iudices: vt b̄n dictum ab eo panē vel oleum acciperēt at ille nihil aliud nisi solitudinē meditabatur: intāntum vt quadam die proficisci statuerit: ⁊ adducto asello]nimis quippe exesus ieuniis vix ingredi poterat]iter arripere conaretur. Qui cum per heremum isset: ⁊ quasi vastitas ⁊ exitium palestine indiceretur: plusq̄ decē milia hominum diuerse etatis ac sexus ad retinendum congregata sunt. Immobilis ille ad p̄ces ⁊ baculo harenam discutiens loquebatur. Fallacē deum meum non facio: nec possum videre subuersas christi ecclesias: calcata christi altaria: filiorum meorum sanguinē. Uniuersi autem qui aderant intelligunt reuelatum ei quidda⁹ esse secreti: quod nollet confiteri: ⁊ nihilom in⁹ custodiebant eum ne proficisceretur. Decreuit ergo publica voce omnes contestans non cibi se nec potus quippiam sumere nisi dimitteretur. Et post septem dies inedie tandem relaxatus causa: ac vale dicens plurimis: cum infinito agmine persequentium venit bethynium: vbi persuasis turbis vt reuertereretur elegit quadraginta monachos qui habebant viaticum: vt possent ieiunantes ingredi: id est post solis occasum cibum sumere. Quinta igitur die venit pelusium vilitatisq̄ qui in vicina heremo ⁊ in loco qui lychonos dicitur morabantur: perrexit triduo ad castrum thomaston: vt videret diaconum episcopum ⁊ confessorem qui ibi exulabat. Quo incredibiliter cōsolato tanti viri p̄sentia post aliud triduū multo labore babylonem peruenit vt inuiseret philonem episcopum ⁊ ipsum confessorem. Constantius enim rex arrianorum fauens hereti vtrunq̄ in ea loca deportauerat. Inde egrediens per biduum venit ad oppidum afroditon vbi conuento diacone baylano qui locatis dromedibus: camelis ob aque in heremo penuriam consueuerat eunt̄es ad Antbonium ducere confessus est fratribus instare diem dormitionis beati Antbonij: ⁊ peruigilem noctem in ipso quo defunctus fuerat loco: a se ei debere celebrari. Tribus ergo diebus per vastam ⁊ terribilem solitudinem: tandem ad montem altissimum peruenerunt repertis ibi duobus monachis. Isaac videlicet ⁊ plusiano. quorum Isaac interpres Antbonij fuerat. Et quia sepbet occasio: ⁊ ad id loci venimus dignum videtur breui sermone habitaculum tanti viri describere. Saxeus ⁊ sublimis mons per mille circiter passus ad radices suas aquas exprimit: quarum alie barena ebibuntur: alie ad inferiora dilapse paulatim riuum efficiunt. Supra quem ex vtraq̄ ripa palme innumerabiles: multum loco ⁊ amenitatis ⁊ commoditi tribuūt. Videres namq̄ sene bucatq̄ illuc cum discipulis beati Antbonij discurrere: hic arebant psallere: hic orare: hic operari: hic fessus residere solitus erat. Has vites: has arbuscul as: ipse plantauit illam areolam manibus ipse composuit. Hanc piscinam ad irrigādū hortulū multo sudore fabricatus est. Istū ad fodiēdū humū plurimis annis habuit. Jacebat vero in stratu eius: ⁊ quasi calēs adhuc cubile deosculabatur. Erat aūt cellula non plus mensure p̄ quadrum tenēs: q̄ homo dormiens extēdi poterat. Preterea in sublimi montis vertice quasi p̄ cocleam ascēdētibus ⁊ arduo valde nisu due ciuidē mensure cellule videbant̄ in quibus venientiū frequentiam ⁊ discipulorū suorū contuberniū fugiens moratus est: verū be in vino exciso saxo: hostia tantuz adita habebant: post⁹ autem ad hortulū venerant. videtis inquit Isaac hoc pomerium arbusculis consitū ⁊ oleribus virēs: tante hoc ferme triēniū cū onagrorum grex vastaret vnū e ductoribus eorum stare iussit: baculoq̄ tundēs latera eius ait. Quare comedistis quod non seuistis? Et extinde exceptis aquis ad quas potandas ventilabant nunq̄ eos nec arbusculas nec olera contigisse dicebant. Preterea rogabat senex vt sibi locum tumuli eius ostenderent. Qui cū seorsum eū abduxissent vtrū ne monstrauerint ignoratur: causam occultandi iuxta p̄ceptum beati Antbonij fuisse referentes: ne pergamus qui in illis locis ditissimus erat: sublato ad villam suam sancti corpore martyrium fabricaret.

¶ Igitur reuersus afroditon duobus tantū secum fratribus in vicina heremo moratus est: tanta abstinentia ⁊ silentio deditus. vt tunc primum se cepisse christo seruire diceret. Porro iam triēniū erat q̄ clausum celum illas terras arefecerat. ita vt vulgo dicerent Antbonij morem etiam elementa lugere. ¶ Fama quoq̄ hylarionis non latuit incolas loci illius. ⁊ certatim viri ac mulieres ore luridi ⁊ attenuati fame pluuias a seruo christi iid est a successore Antbonij deprecabantur. Quos ille cernens mire doluit eleuatis ad celum oculis ⁊ vtrasq̄ in sublime erigens palmas statim impetrauit quod rogauerat. Esce autem sitiens hareneq̄ regio postq̄ pluuijs irrigata est tantam serpentium ⁊ venenatorum animalium ex improuiso ebuliuit multitudine vt percussi innumerabiles nisi ad hylarionem concurrissent. statim interirent. Benedicto itaq̄ oleo vniuersi agricole atq̄ pastores. tangentes vulnera. certam salutem p̄sumebant. Videns autem se etiam ibi miris honorib⁹ affici. perrexit alexandriam inde ad interius monasteriuz oasan transiturus. Et quia nunq̄ ex quo ceperat esse monachus in vrbibus manserat diuertit ad quosdam fratres notos sibi in bucbū baud procul ab alexandria. Qui cum miro gaudio susceperint senem ⁊ iam vicina nox esset repente audiunt discipulos eius asinum sternere: illumq̄ para re proficisci. itaq̄ aduoluti pedib⁹ eius rogabant ne hoc faceret. ⁊ ante limen prostrati citius se mori q̄ carere tanto hospite testabantur. Quibus ille respondit. Idcirco abire festino ne vobis molestiā generem. Certe ex posteriorib⁹ cognoscetis non frustra me subito recessisse. Igitur gazēs altera die cum litroribus profecti]naz pridie eū venisse cognouerant]intrātes monasteriū. cum illū minime reperissent ad inuicem loquebant. Nōne vera sunt que audiuimus? Magnus est ⁊ futura cognoscit. Urbis enim gaze postq̄ profecto de palestina hylarione Julianus imperio successerat. destructo monasterio eius. precibusq̄ ad imperatorem datis ⁊ hylarionis ⁊ esycij mortes impetrauerat. amboq̄ vt querentur toto orbe scriptum est. Egressus ergo sanctus hylarion de bucbio per inuiam solitudinem intrauit oasan ibiq̄ anno plus minus exacto]q̄ illuc quoq̄ etiam sui fama peruenerat]quasi iā

vinea monachi parci

vinea monachi largi

in oriẽte latere non posset: vbi multi illũ ⁊ opinione ⁊ vultu nouerant ad solas nauigare insulas cogitabat vt quẽ terra vulgauerat: saltẽ maria celarent. Eodẽ ferme tẽpore adrianus discipul⁹ eius de palestina supuenit dicẽs iulianũ occisum christianum imperatorẽ regnare cepisse: ideo reuerti eũ debere ad monasteriũ sui reliquias. Qũ ille audiẽs detestatus est: ⁊ conducto camelo p̃ vestẽ solitudinẽ venit ad maritimam vbẽ lybie paratoniũ: vbi adrian⁹ infelix volẽs palestinam reuerti, ⁊ pristinam sub nomine magistri querẽs gloriaz: multas ei fecit iniurias. Ad extremũ conuasatis: que a fratribus ei missa detulerat: nesciẽte eo profectus est. Super hoc sane, q; alter locus referẽdi non est: hoc aũt tãtũ dixerim in terrorẽ corũ: q; magistros despiciũt: ⁊ post aliquãtulũ tẽporis morbo regio cõputruerit. Habẽs ergo senex zazanũ secũ: ascẽdit classem: ⁊ siciliam nauigabat. Cũq; venũdato euangelio; codice quẽ manu sua adolescẽs scripserat dare naulũ disponeret: in medie ferme adria nauicleri filiũ arreptus demone: clamare cepit ⁊ dicere. Hylarion seruue dei cur nobis p̃ te ⁊ in pelago tutos esse non lz? Da mihi spaciũ donec ad terram veniam ne hic eiectus p̃cipiter in abyssos. cui ille. Si deus me [ait] tibi concedit vt maneas: mane. Sinautẽ ille te eiecerit: q̃d mihi inuidiam facis homini peccatori atq; mẽdico. Hoc aũt dicebat: ne naute ⁊ negociantes q̃ in naui erant secũ ad terram puenissent: ac prodẽrẽt. Nec multo post purgatus est puer: patre fidez dante ⁊ ceteris q̃ aderant: nulli se sup nomine eius locuturos. ¶ Ingressus aũt pacbiniũ promontoriũ siciliẽ: obtulit nauclerio euangeliũ pro subuectione sua ⁊ zazaui. Qui nolẽs accipere maxime cũ videret eos excepto illo codice: ⁊ bis quib⁹ vestiti erant ampli⁹ nihil habere: ad extremũ iurauit se non accepturũ. Sed ⁊ senex assensus est fiduciam pauperis conscientie: ⁊ in eo magis letabat q̃ nihil haberet seculi: ⁊ ab accolis illius loci mẽdicus putaret. porro recogitans ne negociatores de oriẽte venientes se notũ facerẽt: ad mediteram ea fugit loca: id est in vicesimo a mari miliario: ibiq; in quodam deserto agello lignoriũ quottidie fascẽ colligẽs imponebat collo discipuli: quo in proxima villa venũdato ⁊ sibi alimoniam: ⁊ bis q̃ forte ad eos veniebãt: panẽ illũ panis sumebant. ¶ Sed vere iuxta quod scriptũ est. Non põt ciuitas latere sup montẽ posita. Scrutarius quidam dñi in basilica beati petri apostoli rome torquerẽt: proclamauit in eo immũdus spirit⁹. Ante paucos dies sicilias ingressus est hylarius seruus christi: ⁊ nemo eũ cognouit: vtputat se esse secretũ: ego vadam ⁊ prodam illũ. Statimq; cũ seruis suis ascensa in portu naui: appulsus est pacbiniũ ⁊ ducẽte demone ante tuguriũ senis p̃stratus illico curatus est. Hoc initiũ signoriũ ei⁹ in sicilia: innumerabilẽ deinceps ad eũ egrotantiũ sed ⁊ religiosoz hominũ adduxit multitudinẽ: intãtũ: vt de primoribus viris tumẽs q̃dam morbo intercutis: atq; eadẽ die qua ad eũ venerat curatus sit. Qui postea offerẽs ei infinita munera: audiuit dictũ saluatoris ad discipulos. Gratis accepistis: gratis date. Cũ hec ita gerunt⁹ in sicilia: esycius discipul⁹ eius toto senẽ orbe querebat: lustrãs litt⁹a: deserta penetrans: et banc tm̃ babẽs fiduciam: q; vbicũq; venisset diu latere nõ posset. Trãsacto ergo iam triẽnio: audiuit motbone a quodam iudeo villa populis scruta vendẽte: propbetã christianoriũ apparuisse in sicilia: tanta miracula ⁊ signa facientẽ: vt de veteribus sanctis putaret. Interrogans itaq; babitũ eius: ⁊ incessum: ⁊ linguam maximeq; etatẽ: discere nibil potuit. Ille enim q̃ referebat: famam ad se venisse bominis testabat. Ingressus ergo adriam prospero cursu venit pachiniũ ⁊ in quadam curui littoris villula: famam senis scitans: cum sonaret: nibil ita in eo cũctis admirantib⁹ q̃ post tãta signa atq; miracula: nec fragmẽ panis q̃dẽ a quoq̃ in illis locis accepisset. Et ne lõgũ faciam sermonẽ: sanctus vir esycius ad magistri genua prouolut⁹ plantasq; eius lacbrymis riganst tandẽ ab eo subleuatus: post bidui triduiq; sermonẽ audiuit a zazono: non posse senẽ iam in illis babitare regionib⁹: sed velle ad barbaras quasdam pgere nationes: vbi ⁊ nomẽ ⁊ sermo eius ignor⁹ foret. Durit itaq; eũ ad epydaurũ dalmatie oppidũ: vbi paucis dieb⁹ in vicino agello manssitans non potuit abscondi. Siquidẽ draco mire magnitudinis: quos gẽtili sermone boas vocant: eo q̃ tam grandes sint. vt boues glutire soleant omnẽ late pastabat prouinciam: ⁊ non solum armẽta ⁊ pecudes: sed ⁊ agricolas quoq; ⁊ pastores tractos ad se: vt spiritus absorbebat. Cui cum piram iussisset p̃parari: ⁊ oratione ad christũ missa euocato p̃cepisset struẽli gnoz scandere: ignẽ supposuit cũctaq; spectãte plebe: imanẽ bestiam concremauit. Unde estuans q̃d faceret: quo ve se verteret: aliam parabat fugam: ⁊ solitarius terram mẽte plustrans merebat q̃ tacẽte de se lingua miracula loquerent. ¶ Ea tẽpestate terremotu totius orbis q̃ post iuliani mortẽ accidit: maria egressa sunt terminos suos: ⁊ quasi rursum deus diluuiũ minaret: vel in antiquũ chaos redirẽt omnia naues ad p̃rupta dilapse montiũ pcpẽderũt. Qũ cũ viderẽt epidauritani fremẽtes videz fluctus: ⁊ vndarũ molẽ ⁊ montis rugitũ littoribus inferri: verẽtes qõ iam euenisse cernebant: ne oppidũ funditus subuerteret egressi sunt ad senẽ: ⁊ quasi ad pæliũ proficiscẽtes posuerũt eũ i littore. Qui cũ tria crucis signa pinxisset in sabulo maris, manuq; contra tenderet: incredibile dictũ est in tam tam altitudinẽ intumescẽs mare: ante eu⁹ steterit: ac diu fremẽs: ⁊ quasi ad obicẽ indignans: paulatim in semetipsum relapsum fit. Hoc epidaurũ ⁊ omnis illa regio vsq; bodie p̃dicat: matresq; docẽt filios suos: ad memoriam in posteros transmittẽdã: vere illud qõ ⁊ ad apostolos dictũ est: si credideritis dicetis monti buic transi in mare ⁊ fiet: et iuxta

a mare egressum terminos suos post Juliani mortem. quã secuit beatus hilarius.

litteram impleri potest: si tamen quis babuerit apostolorum fidem: ⁊ talem qualem illis babendã dominus imperauit. Quid enim interest vtruz mons descendat in mare: an immensi vndaruz montes repente obriguerint: ⁊ ante senis tantum pedes sarei ex alia parte mollitur fluxerit? Mirabatur omnis vbs ⁊ magnitudo signi salinis pcrebuerat: Quod intelligens senex in breui lesbos clam nocte fugit: ⁊ inuenta post biduum oneraria naui perrexit cipꝝ. Eunq; inter maleas ⁊ cytberam pyrate derelicta classe in littore: que non autẽna: sed conto regitur duobus haud paruis myoparonibus de se dromone occurrissent: denuo bincinde fluct⁹ vertente remige: omnes qui in naui erant trepidare: flere: discurrere: preparare contos: ⁊ quasi nõ sufficeret vn⁹ nucius: certatz seni piratas adesse dicebãt. Quos ille procul intuens, subrisit: ⁊ conuersus ad discipulos modice inquit fidei quare trepidatis. Nunq̃d plures sunt bi q̃ pbaraonis exercitus: ⁊ tamẽ omnes deo volente submersi sunt. Loquebatur: ⁊ nibi lominus spumantibus rostris bostiles carine imiebant iactu tantum lapidis in medio. Stetit ergo in ora nauis: ⁊ porrecta contra venientes manu: bucusq; ait veniisse sufficiat. O mira rerũ fides: statim resiliere nauicule: ⁊ impellentibus contra remis ad puppim impetus redijt. Mirabantur pyrate. post tergum se redire nolentes: totoq; corporis nisu vt ad nauigium peruenirent velocius multo q̃ venerant ad littus ferebantur. Pretermitto cetera ne videar in narratione signorum volumen extẽdere boc solum dicam: q̃ prospero cursu inter cicladas nauigans: bincinde clamantium de vbibus ⁊ vicis: ⁊ ad littus concurrentium immundorum spirituz voces audiebat. ¶ Ingressus ergo sanctus hylario papbum vbem cypri: nobilem carminibus poetarum: que frequenti terremotu lapsa: nũc riuarum tantum vestigijs: quod olim fuerit: ostendit in secundo ab vbe miliario babitabat ignotus: gaudens q̃ paucis diebus quietus viueret. Veruz nõ pleni viginti transiere dies: cum per omnem illaz insulam viciq̃: quicunq; imundos babebant spirit⁹: clamare ceperunt venisse hylarionem seruuz christi ⁊ ad eum se debere properare: boc salamina. boc curium: boc lapbite: ⁊ vbes reliqne conclamabãt: plerisq; afferentibus scire se quidem hylarionem: ⁊ verum illum esse famulum dei: sed vbi esset ignorare. Intra triginta igitur nec multo amplius dies decenti ferme tam viri q̃ mulieres ad eum congregati sunt. Quos cum vidisset: dolens q̃ se non paterẽtur quiescere: ⁊ quodammodo in vltionẽ sui seniẽs tanta eos orationum instantia flagellauit: vt q̃daz statim, alij post biduum triduum ve: omnes vero intra vnam bebdomadam curarentur. Manens itaq; ibidem biennio: ⁊ semper de fuga cogitans: estium ad se venire sperabat: ⁊ palestinam iniit. ob salutationem fratrum ⁊ monasterij sui cineres inuisendos. Qui cum reuertisset cupienti rursum ad egyptum nauigare boc est ad ea loca: que vocantur bucbolia eo q̃ null⁹ ibi christianorum esset. sed barbara ⁊ feroz natio: fuasit vt in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscenderet. Que cuz diu lustrãs omnia reperisset: perdurit eum duodecim milibus a mari pcul: inter secretos asperosq; montes: ⁊ quo vix reptando manibus genibusq; possit ascendi. Quo introgressus contemplatus quidem est terribilem valde ⁊ remotum locum: arboribusq; bincinde circundatum: habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas, ⁊ bortulum peramenũ ⁊ pomeria plurima. quorum fructuz nunq̃ in cibo sumpsit. sed antiquissimi iuxta templi ruinam, ex quo vt ipse ferebat: ⁊ vt discipuli eius testabantur tam innumerabilium per noctem ⁊ diem demonum voces resonabant: vt exercitum crederes. Quo illevalde delectatus: q̃. s. agonitas baberet in proximo babitauit ibi per annos quinq; ⁊ sepe inuisente se esycio: in boc extremo iam vite sue tempore refocillatus: est: q̃ propter asperitatem difficultateq; loci: ⁊ vmbrarum [vt ferebatur vulgo] multitudinem: nullus aut rarus ad se posset vl' auderet ascẽdere. ¶ Quadam autem die ingressus sanctus hylarion bortulum: vidit bominem toto corpore paralyticum iacẽtem ante fores interrogauitq; esycium quisnã esset vel quomodo fuisset aduectus. Qui respondẽs ait procurationem fuisse ville: ad cuius ius bortulus quoq; in quo ipse erant: pertineret. Et ille cõlacbrymans tendensq; ad iacentem manuz: tibi inquit dico in nomine dñi iesu christi surge ⁊ ambula. O vira velocitas. Adbuc enim verba in ore loquentis voluebantur: ⁊ iam membra solidata ad standum bominem subrigebant Quod postq̃ auditum est: etiã difficultatem loci: ⁊ iter inuidum plurimorum vicit neeessitas: nibil per circuitum cunctis villis obseruantibus q̃ ne quoquomodo elaberetur. Dissemiuerat enim boc de eo rumor: diuum in eodez loco manere non posse. Quod ille nõ leuitate quadã aut puerili sensu victus faciebat: sed bonorẽ fugiens ⁊ importunitatem: semper silentium ⁊ vitã ignoscibilem desiderabat. ¶ Igitur octogesimo etatis sue anno: cuz absens esset esycius: quasi in testamẽti vicem: breuem manu propria scripsit epistolã: omnes diuitias suas ei derelinquens: euangelium: scilicet ⁊ tunicam saccinam cucullam ⁊ pallíolum: nazminister eius ante paucos dies obierat. ¶ Veneruntitaq; ad egrotantem de papbo multi religiosi viri: maxime q̃ eum dixisse audierant iam se ad dominum migraturum: ⁊ de corporis vinculis liberandum. Sed ⁊ constantia quedam sancta femina: cuius generum ⁊ filiam vnctione olei de morte liberauerat. Quos omnes adiurauit vt ne puncto quidẽ boze post mortem reseruaretur: sed statim euz in eodem bortulo terra operirent: sicut vestitus erat in tunica cilicina: cuculla ⁊ sago rustico. Jamq; modicus calor tepebat in pectore nec p̃ter sensum quicq̃ viui dominis superaret: ⁊ tamen apertis oculis lo-

quebatur. Egredere q̄d times Egredere quid dubitas anima septuaginta prope annos seruisti christo & mortem times? Inter hec verba exalauit spiritum. Statimq; humo obrutum: antevbi sepultū q̄ mortuum nunciauerunt. Quod postq̄ palestine sanctus vir audiuit egressus: perrexit cyprum: & fimulans se velle in eodem habitare horculo: vt diligentis custodie suspitionem accolis tolleret: cum tingenti vite sue periculo: post decem ferme mēses: corpus eius furatus est: quod mayumam inde deferens: totis monachorum & oppidorum turbis psequentibus: in antiquo monasterio condidit: ibiq; illesa tunica: cuculla: & pallio: & toto corpore: quasi adhuc viueret integro tantisq; fragrante odoribus: vt delibitum vnguentis putaretur apparuit. Non videtur mihi in calce libri tacenda & constantie sanctissime femine illius mulierris deuotio: que perlato ad se nuncio: quod corpusculum hylarionis palestine esset: statim exanimata est veram in seruū dei dilectionez morte quoq; comprobans. Erat enī solita peruigiles in sepulchro eius noctes ducere: & quasi cum presente ad adiuuandas orationes suas sermocinari. Cernas vsq; hodie myram inter palestinos & cyprios contentionem: his corpus hylarionis: illis spiritum se habere certantibus: & tamen vtrobiq; magna quotidie signa fiunt: sed magis in horculo cypri: fortitan q; plus illū loci dilexerat.

¶ Finit vita sancti hylarionis.

¶ Incipit prologus beati Hieronymi presbyteri in vitam sancti malchi captiui monachi.

QUi nauili prelio dimicaturi sunt: ante in portu & tranquillo mari flectunt gubernacula remos trabūt: ferreas manus & vncos preparant dispositumq; per tabulata militez pendenti gradu & labente vestigio stare firmiter assuescunt: vt quod in simulacro pugne didicerint: in vero certamine non pertimescant. Ita & ego qui diu tacui & silere quippe me fecit: cui meus sermo supplicium est prius exerceri cupio in paruo opere: & veluti quandam rubiginez lingue abstergere: vt venire possim ad hystoriam lationem Scribere enim disposui & si tamen dominus vitam dederit & si vituperatores mei saltem fugientem me: & clausum persequi desierint ab aduentu saluatoris ihesu ad nostram etatem: id est ab apostolis vsq; ad huius temporis fecem: quomodo & per quos christi ecclesia nata sit & adulta: persecutionis creuerit martyrijs coronata sit & postquaz ad christianos principes venerit: potentia quidem & diuitijs maior: sed virtutibus minor facta sit. Verum hec alias: nunc que imminet expliceamus.

¶ Finit prologus beati Hieronymi in vita sancti Malchi.

¶ Incipit vita eius.

MAronias triginta ferme milibus ab antbiochia vrbe syrie: baud grandis ad orientem distat viculus huc post multos dominos vel patronos: dum ego adolescentulus morarer in syria: ad pape Euagrij necessarij mei possessionez deuolutus fuz: quem idcirco nunc nominaui vt offenderem vnde nossem quod scripturus sum. Erat illic senex quidam nomine malchus quem nos latine regem possumus dicere. syrus natione & lingua: & vt rebar eiusdem loci indigena. Annus quoq; in eius contubernio valde decrepita: & iam mortis proxima visebatur: tam studiosi ambo religionis: sic ecclesie limen terentes: vt zachariam & helysaeum de euangelio crederes nisi q̄ Iohannes in medio non erat. De his cum curiose ab accolis quererem: que nam eēt eorum copula matrimonij: an sanguinis: an spiritus: omnes voce consona sanctos: & deo placidos: & mira nescio que respondebant: qua cupiditate illectus adorsus sum hominem: & curiosius scisitas rerum fidem hec ab eo accepi. Ego inquit minate nizibeni agelli colonus solus parentibus fui. Qui cum me quasi stirpem generis sui heredem familie ad nuptias cogerent monachum me poti? esse velle respondi. Quantis pater minis: quantis mater blanditijs persecuti sunt vt pudicitiam perderem: hec res sola iudicio est q̄ & domum & parentes fugi. Et quia ad orientem ire non poteram propter vicinam persidem: & romanorum militum custodiam: ad occidentem verti pedes: pusillum nescio q̄d portans viatici quod me inopia tantum defenderet. Quid multa? perueni tandem ad beremum calchidos: que inter mynas & beroas magis ad austrum sita est. ¶ Ibi repertis monachis eorum me magisterio: tradidi manu & labore victum queritans: lasciuiamq; carnis refrenans ieiunijs. Post multos annos incidit mihi cogitatio vt ad patriam pergerem: & dum adhuc viueret mater iam enim patrem mortuum audieram: solarer viduitatem eius: & exinde venundata possessione partem erogarem pauperibus, ex parte monasterium construerez. Quid erubesco confiteri infidelitatem meam. Partem insumptuum meorum solatia reseruarem. Clamare cepit abbas meus dyaboli esse temptationē & subboneste rei occasione antiqui hostis astutias. Hoc esse reuerti canem ad vomitus suum: sic multos monachorum esse deceptos: nunq̄ dyabolum aperta fronte se perdere. Proponebat mihi exēpla de scripturis q̄ plurima: inter que illud ab initio: q̄ adam quoq; & euam spe diuinitatis supplantauerit. Et cum persuaderet non posset prouolutus genib' obsecrabat ne se desererem: ne me perderem: ne aggressum tenens post tergum respicerem. Ueh misero mihi. Uici pessima victoria reputans illum nō meam vtilitatem sed suum solatium querere: profectus ergo me de monasterio quasi fumus efferret: ad extremum vale dicens: Uideo ait te fili satbane notatū cauterio non quero causas: excusationes non recipio: ouis que de ouili nō regreditur lupi statiz morsibus patet. ¶ De heroe ad adessam pergentibus: vicinas ē eublico itineri solitudo per quam sarraceni incertis semper sedibus huc atq; illuc vagantur Que suspitio frequentiam in illis locis viatorū congregat: vt imminens periculum mutuo auxilio declinetur. Erant in comitatu meo viri: femine: senes iuuenes: paruuli numero circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camellorumq; sessores ismahelite irruerunt: crinitis vittatisq; capitibus ac seminudo corpore: pallia & latas calligulas trahentes. Pendebant ex humero pharetre: & laxos arcus vibrantes bastilia longa portabant. Non enim ad pugnandum sed ad predandum venerant. Rapimur dissipamur: in diuersa distrahimur. Ego interim lōgo postliminio hereditarius possessor: & sero mei cōfilij penitens cum alterius muliercula in vnius beri seruitutem fortius venio. Ducimur, immo portamur sublimes in camelis: & per vastam beremū semper ruinaz timentes beremus potius q̄ sedemus. Libus semicrude carnes: & lac camellorum potui erat. Tandem in grandi amne transmisso peruenimus ad interiorem solitudinem vbi dominam eiusq; liberos ex more gentis adorare iussi cernices flectimus. ¶ Hoc quasi clausus carcere mutato habitu id est nudus ambulare disco. Nam aeris quoq; temperies preter pudicitiam nihil aliud velari patiebatur. Traduntur mihi pascende oues & in maiorum comparatione hoc fruor: solatioq; dominos meos & conseruos rarius video. Uidebatur mihi aliquid habere, sancti Iacobi recordabar. Boysi & qui & ipsi in beremo pecorum quondam fuere pastores. Uescebat recenti caseo & lacte. Orabam iugiter: canebam psalmos quos in monasterio didiceram. Delectabat me captiuitas mea. Agebamq; dei iudicio gratias q̄ monachum quem in patriaz fueram perditurus in beremo inueneram. Q nihil inquā tutum apud dyabolum? o multiplices & ieffabiles eius insidie: sic quoq; me latentem inuenit in uidia. Dominus videns gregem suum crescere nihilq; in me deprehendens fraudulentie sciebā eniz apostolum precepisse: dominis sic quasi deo fideliter seruiendum: & volens me remunerari quo fiduz sibi magis faceret tradidit mibi illā conuersam mecum aliqñ captiuā. Et cum ego refutarez. Dicerēq; me christianum nec mihi licere vxorem viuentis accipere: si quidem captus nobiscum vir eius ab alio domino fuerat abductus. Uerus ille placabilis in furoꝛē versus: euaginato me cepit petere gladio: & nisi festinus brachio tenere mulierē p̄occupassem illico fudissem sanguinem. Jam venerat tenebrosior solito: & mihi nimiū matura nox dico in speluncā semi ruptā nouā cōiugez: & p nubente nobis trifticia vterq; detestanē alterutrum: nec fatemur: tūc vere sensi captiuitatē meā pstratusq; humi: monachum cepi plāgere quē pdebā: dicens. Huccine miser seruatus sum: ad hoc me mea scelera pdurerunt: incanescente vt iam capite virgo maritus fierez vxoris aliene? Quid pdest parentes, patriā: rez familiarē ptēpsisse, p dño: si hoc facio: qđ vt ne facerē: illa cōtēpsi: nisi q̄ forte propterea hec sustineo: qz rursum patriam desideraui: quid agimus aia? Perimus an vincimus? Expectamus manum dñi: non p̄propio mucrone confodimur? Uerte in te gladiuz: tua magis mors timēda est q̄ corporis: habet & pudicitia seruata martyrium suuz. Jaceat insepultus xp̄i testis in beremo. Ipse ero mihi persecutor & martyr. Sicfactus eduxi in tenebris micantem gladium & acumine contra me verso: vale inq̄ infelix & mulier: habeto me potius martyrem q̄ maritum. Tunc illa prouluta pedibus meis. ego te inquit per iesuz per huius hore necessitatem rogo ne effundas sanguinem tuum sanguinem meuz vel si mori placet in me primum verte mucronem: sic nobis potius coniungamur. Etiam si vir meus ad me rediret seruarē castitatem: quam me captiuitas docuit: vel interioꝛē anteq̄ perderem: cur moreris ne mihi iūgaris. ego morerer iungi velles. Habeto ergo me coniugē pudicitie & magis anime copulam amato q̄ corporis. Credant domini maritum christus nouerit fratrē. Facile persuademus nuptias cum nos viderint sic amare. Fateor obstupui & admiratus virtutem femine coniugez plus amaui. Nunq̄ tamen illius nudum corpus intuitus sum. nunq̄ carnem tetigi: timens in pace perdere. quod in prelio seruaueram. Transeunt in tali matrimonio dies plurimi. amabiliores nos dñis fecerunt nuptie simulate. Nulla fuge suspitio interdū in mense toto aberaz. fidus gregis pastor: per solitudinē. Post grande interualluz dum solus in beremo sedeo. & preter celūm terrāq; nihil video. cepi mecum tacitus voluere. & iter multa monachorum contubernia recordari maximeq; vultus patris mei qui me erudierat. tenuerat pdiderat. Sicq; cogitans aspicio formicarum gregez: angusto calle ferueре videres onera maiora q̄ corpora. alie berbarum: quedā semina forcipe oris trahebant. Alie gerebant humum de foueis: & aquaz meatus aggeribus ercludebant. Alle venture byemis memores. ne madefacta huius in berbam horrea verteret. illata semina precidebant. de luctu celebri corpora defuncta portabant. Quodq; magis mirum esse in tanto agmine egrediens non obstabat intrantibus: quin potius siquam sub fasce vidissent & onere concidisse, suppositis humeris

adiuuabant. Quid multa? Pulcbrum mibi spectaculum dies illa prebuit. Unde recordatus salomonis ad formice solertiã nos mittentis: ꝛ pigras mẽtes sub tali exemplo suscitantis cepi tedere captiuitatis ꝛ monasterij cellulas quererer: ac formicarum illarum sollicitudinem desiderare: vbi laboratur in medium: ꝛ cum nibil cuiusq; proprium sit: omnium omnia sunt. Regresso ad cubile: occurrit mibi mulier tristitiam animi vultu dissimulare non potui. Rogat cur ita examinatus sim. audit causam. borror ad fugam: non aspernatur: peto silentium: fidẽ tribuit: ꝛ iugi susurro inter spem ꝛ metus medij fluctuabamus. Erãt mibi in grege duo birci mire magnitudinis: quibus occisis vtres facio: eorum carnes viatico preparo. ꝛ primo vespere putantib⁹ dominis nos secreto cubitare: inuadimus iter vtres ꝛ partem carnium portantes. Cumq; peruenissemus ad fluuium [nam decem milibus aderat] inflatis ꝛ accensis vtribus aquis nos credidimus paulatiz pedibus subremigantes: vt deorsum flumine deferente: ꝛ multo longius q̃ consideramus in alteram nos exponente ripam: vt vestigium sequentes perderent. Sed inter hec madefacte carnes ꝛ ex parte lapse: vix tridui cibum pollicebantur. Bibimus vsq; ad satietatez. future nos siti preparantes. Currimus post tergum semper respicimus: ꝛ magis noctibus promouemur: vel propter ardorem solis nimium. Pauco miser etiam referens: ꝛ iam securus: toto tamen corpore perborresco. Post diem tertiuz dubio aspectu procul respicimus duos camelos sedentes venire concite: statimq; mens mali presaga putare dominum: meditari mortem: solem cernere nigrescentem. Dumq; timemus ꝛ vestigijs per barenas nos proditos intelligimus: offenditur ad dexteraz specus longe sub terra penetrans. Igitur timentes venenata animalia solent quippe vipere reguli ꝛ scorpiones: ceteraq; huiusce modi feruorẽ solis declinantia vmbras petere. Intramus quidem speluncam: sed statim in ipso introitu sinistre nos fouee credidimus. nequaq; vltra progredientes: ne dum mortem fugimus incurreremus in mortem: illudq; nobiscum reputantes: si iuuat miseros dominus habemus salutem: si despicit peccatores habemus sepulcbruz. Quid putas nobis fuisse animi: quid terroris: cum ante specuz baud procul starent dominus ꝛ conseruus ꝛ vestigio indice iam ab latebras peruenissent. O multo grauior expectata quam illata mors. Rursus cum labore ꝛ timore lingua balbutit: ꝛ quasi clamante domino loquivel mentire non audeo: mittit seruum vt nos de specu protrabat: ipse camelos tenet ꝛ euaginato gladio nostrum expectat aduentum. Interea tribus ferme vel quattuor cubitis introgresso famulo: nobis ex occulto tergum eius videntibus. Nam oculorum istiusmodi natura est: vt post solem vmbras intrantibus ceca fiat omnia: vox per antrum sonat exite furciferi. Exite miseri. Exite mozitu-

ri. Quid statis: quid moramini? Exite dominus vocat. Adbuc loquebatur: ꝛ ecce per tenebras aspicimus leenam inuasisse hominem: ꝛ gutture suffocato: cruentum intro trabere. Jesu bone. Quid tunc nobis terroris quid gladij fuit. Spectabamus hostem nostrum perire domino nesciẽte. Qui cum videret illum moras facere suspicatus duos vni resistere: sed ꝛ iram differre nonvalens sicut tenet gladium ad speluncam venit: ꝛ clamore rabido serui increpans secordiam prius a fera tempus est quam nostras latebras preteriret. Quis hoc vnquam crederet vt ante os nostrum pro nobis bestia dimicaret. Sublato ergo illo metu: similis ante oculos nostros versabatur interitus: nisi q̃ tutius esset leonis rabiam quam iram hominum sustinere. Pauemus intrinsecus ꝛ ne mouere quidem nos ausi prestolamur euentum rei inter tanta pericula: pudicitie tantum conscientia pro muro septi. Leena insidia carens: ꝛ visam se esse sentiens: apprehensum moditijs catulum matutina affert: nobisq; cedit suspitio. Nec tamen satis creduli statim erupimus: sed expectantes diu ꝛ egredi cogitantes: illius nobis semper figurabamus occursum. Sub tali ergo terrore ꝛ illa translacta die exiuimus ad vesperam camelos [quos ob nimiam velocitatem dromedarios vocant] preteritos cibos in ore voluere: ꝛ in aluum missos iterum retrabere. Quib⁹ ascensis: ꝛ noua siftertia refocillati: decima tandez die ad romana per desertum castra peruenim⁹ oblatiq; tribuno rei ordinem pandimus. Inde ad saubadianum mesopotamie ducem transmissi cameloꝝ accepimus precium. Et quia iam abbas ille meus dormierat in domino: ad bec delatus loca, me monachis reddo. banc trado virginibus: diligens eam vt sororem: non tamen me ei credens vt sorori. Hec mihi senex malchus adolescentulo retulit. Hec ego vobis narraui senex. Castis bystoriam castitatis expono: virginibus virginem custodire exortor: vos narrate posteris: vt sciant iter gladios ꝛ deserta ꝛ bestias pudicitiam nunq; esse captiuam ꝛ dominem cbristo deditus: posse morti nõ posse superari.

Finit vita beati malchi monachi captiui.

Incipit vita sancti Pauli simplicis.

Dit quidaz inter discipulos sancti Antonij Paulus nomine: cognomento simplex. Hic initium cõuersionis sue huiusmodi babuit. Cũ vxorem suam cum altero concubitantem vidisset nulli quic q̃ dicens egressus est domũ ꝛ mestitia animi tactus: i be-

remum semetipsum dedit. Ubi cum anxius oberraret: ad monasteriuz venit Antbonij: ibi ex loci amenitate ꝛ opportunitate consilium capit. Cũq; adisset Antbonium: vt iter salutis ab eo inquireret: ille intuens hominez simplicis nature: respondit ei ita demum eum posse saluari: si bis que a se dicerẽtur obediret. Tunc illa omnia quecunq; preceperat: facturum se esse respondit. Ut ergo ꝓmissionem eius ꝓbaret Antbonius ante fores cellule stanti: bic inq; expecta me oras donec egrediar. Et ingressus mã sit intrinsecus per totam diem ꝛ noctem: per fenestraz tamen ex alto frequentius respiciens videbat eum indefinenter orantem: ꝛ nusq; prorsus se mouẽtem: sed stare in estu diei ꝛ rore noctis: ꝛ ita esse mãdati memorem: vt ne parum quidem a loco se moueret. Egressus autem die postera Antbonius instruere eum ꝛ docere de singulis cepit quomodo opere manuum solitudinem solaretur: ꝛ digitis quidem corporis opus carnale: cogitatione vero mentis ꝛ animi intentione operaretur que dei sunt. Cibum quoq; in vespera sumere ꝛ precipue in potu. confirmans non minus per aque abundantias fantasias anime fieri: q̃ per vinum calorem corporis increscere. Et vbi plene eum qualiter in singulis agere deberet instruxit: in vicino: boc est in tribus a se milibus cellulam constituit: ibiq; eum exercere quem dicerat iubet. Ipse tamen frequentius visitans eũ gratulabatur: deprehendens illũ. i. bis; que sibi tradita fuerant: tota intentione ꝛ omni sollicitudine permanentem. Quadam autem die cum venissent ad sanctum antbonium fratres magni quidaz ꝛ perfecti virit: accidit etiam paulum adesse pariter cum eis. Et cum sermo de profundis rebus ꝛ mysticis haberetur: cunq; de prophetis ꝛ saluatore plurima tractarentur: paulus ex simplicitate animi interrogat si cbristus prius fuerit aut prophete. Beatus vero Antbonius cum pro eo q̃ tam absurde interrogaret quasi erubuisset blando motu vt erga simpliciores solebat flere atq; abire cum iubet. Ille autez qui omne quodcunq; ab eo dictuz fuisset: tanq; preceptum dei seruare instituerat: abscedẽs ad celulam suaui tanq; mandato accepto: silentiuz gerere instituit: nec omnino aliquid. Quod cum cõperisset Antbonius: mirari admodum cepit vnde, si illi obsistentia placuisset: quam a se sciebat nõ esse ei iniunctam. Cunq; iussisset eum loqui: ꝛ cur filuerit interrogaret: dicit ei Paulus. Tu pater dixisti mibi: vt irem ꝛ silerem. Et obstupefactus Antbonius ita ab eo sermonem quem ille negligenter protulerat obseruatuz: omnes inquit nos ille condẽnat. Cum enim nos de celo dominum nobis non audiamus loquentem: ab isto qualiscũq; fit sermo: qui ex ore nostro ceciderit: obseruatur. Obulta tamẽ ꝛ sanctus Antbonius docere cum volens de obedientia precipere ei solitus erat etiam: que ratio ꝛ causa nõ posceret: in quibus eius animus erga obedientiaz pharet. Haurire nanq; aliqñ cum aquam iussit ex-

puteo ꝛ in terrã tota die effundere: ꝛ exterta: a spontas resoluere: ac denuo terrere, ꝛ vestimentum dissuere, ꝛ iterũ resuere: ꝛ rursus resoluere ꝛ in pluribus buiusmodi exercitijs ab eo memorat ibutus: vt in nullo prorsus: ẽt que ꝑ rõnem iperari videbantur: disceret ꝺdicere: ꝛ ita per bec oĩa informatus: tpe breui ad pfectionem venit. Et cuius exemplo docebat beatus Antbonius: q̃ si quis vellet velociter ad pfectionẽ venire: non sibi ipsi magister fieret: nec pprijs voluntatibus obediret: ẽt si rectũ videret esse qõ vellet: sed scõm mãdatũ saluatoris obseruandũ esset: vt ante oĩa vnusquisq; abnegaret semetipsum sibi: ꝛ renunciet pprijs voluntatibus: q ꝛ ipse saluator dixit: ego veni nõ vt faciam voluntatem meã: sed eius qui misit me. Et vtiq; voluntas xpi non erat ꝺria voluntati patris: sed neq; qui venerat obedientiã docere inuenit ref nõ obediens. si pprijam faceret voluntatem. Q̃to, magis ergo nos iudicabimur obedientes. si pprias non faciamus. Denicq; supradictus Paulus exemplo nobis ẽ. qui obedientie ꝛ simplicitatis merito, intãtum spiritualium gratiarum culmen ascendit, vt multo plures ꝛ potentiores virtutes per ipsum, q̃ per sanctum Antbonium dñs fecerit. Et qñ ꝑ affluentia gratiarũ ad eum multi ex oĩbus terre partibus cõfluebant vt curarenf ab eo verens beatus Antboni⁹ ne molestia multitudinis fugaref in terioꝛ beremo quo accidi facile ab aliquo non possit, cõmanere eum fecit. vt venientes magis ipse susciperet Antbonius. Si quos vo ipse non potuisset curare, bos ad Paulum tanq; plenioꝛem sanitatum gratiam babentem mittebat. ꝛ ab illo curabantur. Tantum autem simplicitatis fuisse apud eum ꝛ fiduciam tradunt. vt quodam tempore cum quidam rabiem patiens in modum canis, laniaret omnez qui ausus fuisset ad se accedere, ꝛ perduct⁹ ad eum fuisset instabat oratioꝛi. vt demonem qui eum vexebat, fugaret. Et cũ mora fieret nec celer sequeretur effectus quasi infantium more indignat⁹ dixisse fertur ad dñm. Vere non manducabo bodie, si euz non curaueris. Et continuo quasi delicioso domino satisfactum est a deo, ꝛ statim curatus est rabidus.

Finit vita beati Pauli simplicis.

Incipit vita sancte Paule edita a sancto Hieronymo presbytero.

Si cuncta mei corporis membra verterẽtur in linguas ꝛ ossa artus humana voce resonarent, nibil dignum sancte ac venerabilis Paule virtutibus dicere ẽ. Nobilis genere, sed nobilioꝛ sanctitate, potẽs quondã sed nunc xpi pauptate insignioꝛ. Bracchoꝛ stirps, soboles scipionũ, pauli heres cius vocabulũ trabit, metie papyrie matris africaui vera ꝛ germana ꝓgenies, Rome ptulit bethleẽ,

ꝛ auro tecta fulgentia: informis luti vilitate mutauit. Non meremus q talem amisimus: sed gratias agimus q̄ habuimus: immo habemus. Deo enim viuunt omnia: ꝛ quicquid refertur ad dñm: in familie numero cōputat: q̄ q̄ Amissio illius celestis domus habitatio fit. Que q̄diu in corpore fuit: peregrinata est a dño. voce semp flebili querebatur dicens. Heu mihi: q̄ peregrinatio mea, plongata est habitaui enim cum habitantibus cedar: multū peregrinata est aīa mea. Nec mirū si planxerat se versari in tenebris. Hoc enim cedar interpretatur: cuz mundus in maligno positus sit: ꝛ sicut tenebre eī ita ꝛ lumen eius. Lux q̄ in tenebris lucebat: ꝛ tenebre eam non comprehenderunt. Unde ꝛ illud crebrius referebat: aduena ego sum ꝛ peregrina sicut omnes patres mei. Et iterum. Cupio dissolui: ꝛ eē cum christo. Quotiens autē infirmitate corpusculi quam incredibili abstinentia: ꝛ duplicatis cōtraxerat ieiuniis vexabatur: dicebat: corpus meum subijcio ꝛ in seruitutem redigo ne aliis predicans ipsa reproba inueniar. ꝛ bonum est mihi vinum nō bibere: ꝛ carnem non manducare: ꝛ bumiliauit in ieiunio animam meam ꝛ totum lectum meum versasti in infirmitate mea: ꝛ versata sum in miseria: dū mihi infigitur spina: atq̄ iter doloris aculeos. quos mira patientia sustinebat quasi apertos sibi celos aspiceret: loquebatur. Quis dabit mihi pennas sicut columbe: ꝛ volabo ꝛ requiescam. Testor iesuz ꝛ sanctos angelos eius ipsumq̄ ꝓprium angelum: qui custos fuit ꝛ comes admirabilis femine: me nihil ingratiam. nihil in ore laudantium: sed quicquid dicturus sum pro testimonio dicere: ꝛ minus eī esse meritis: q̄ q̄ totus orbis canit. Sacerdotes mirātur: virginum chori desiderant: monachorū ꝛ pauperū turba deplangit. Ult lector eius breuiter scire virtutes. Oēs suos pauperes: pauperior ipsa dimisit. Nec mirum de primis ꝛ familiola quāvtroq̄ seru: de seruis ꝛ ancillis in fratres sororesq̄ mutauerat ista proferre: cum eustochium virginem ꝛ denotam christo filiam: in cuius consolationem libellus hic cudit: procul a nobili genere sola fide ꝛ gratia diuitem dereliquerit. ¶ Carpamus igitur narrandi ordinem. Alij altius crepitant: ꝛ a cunabulis eius ipsiq̄ [ꝛ ita dicam] respondijs matrez blesillā ꝛ rogatū preferam patrem quor altera scipionum gr acchorumq̄ ꝓgenies est alter per oēs gratias vsq̄ hodie ꝛ sancte matibus ꝛ diuitijs: ac nobilitate agamēnonis ferē sanguinem trabere qui decēnali troiam obsidione deleuit: nos nihil aliud laudam? nisi qō ꝓprium est: ꝛ purissimo sancte mētis fonte ꝓferē: q̄ q̄ dñs ac saluator in euangelio doceat apostolos sciscitātes: quid illis redditurus sit: qui oīa sua pro nomine eius dimiserant: centuplū in presentiarum recepturos: ꝛ in futuro vitam eternā respōdit. ¶ Ex quo intelligimus nō laudis esse possidere diuinas: sed ꝓ christo eas contemnere: nō timere ad honores: sed pro fide eos parui pendere. Vere quod pollicitus ē seruis suis ꝛ ancillis: saluator reddit in presenti. Namq̄ vnius contemptit gloriā vbis: totius orbis opinione celebratur. Quam rome habitantem nullus extra romam agnouerat: latitem in bethleem ꝛ barbara ꝛ roma terra mirat. cuius enim gentis homines: ad sancta loca nō veniāt. Quis autem in sanctis locis preter Paulaz: quod plus inter boies miraretur: inuenit. Et sicut inter multas gēmas ꝑciosissima gemma micat ꝛ iubar solis paruos stellarū igniculos obruit ꝛ obscurat: ita cunctorum virtutes ꝛ potentiam: sua humilitate superauit: minimaq̄ fuit inter oēs: vt oīum maior eēt ꝛ quanto plus se deijciebat: tanto magis a xp̄o sublimabatur. Latebat ꝛ non latebat: fugiendo gloriā gloriaz; merebat: q̄ virtutes quasi vmbra sequunt ꝛ appetiores sui deserens: appetit contemptores. Sed quid ago narrandi ordinez preterimittēs. Dū in singulis tenore non seruo precepta dicendi. Tali igitur stirpe genita est: iunctumq̄ viro toxotio qui enee ꝛ iuliorum altissimum sanguinem trabit. Unde etiam christi virgo filia eius eustochiū iulia nūcupatur: ꝛ ipse iulius a magno demissum nomen iulo. Et hoc dicimus non quo habitantibus grādia sint: sed quo contemnentibus mirabilia. Seculi homines suspiciunt eos q̄ bis pollent priuilegijs. nos laudamus qui habentes paruipendiant hec: si habere noluerint. predicamus. His inq̄ orta maioribus ꝛ fecunditate ac pudicitia probata. primuz verox: deinde propinquis ꝛ totius vrbis testimonio: cū quinq̄ libros edidisset: blesillam super cuius morte eaz rome consolatus sum: paulinam [que sanctū ꝛ admirabilem virum: ꝛ propositi ꝛ rerum suarz pāmachium reliquit beredem: ad quē super obitu eī paruum libellum edidimus [eustochium que nunc sanctis locis virginitatis ꝛ ecclesie monile ꝑciosuz est rufinam que immaturo funere pium matris animum consternauit: ꝛ toxotium: post quē parere definit: vt intelligeres eam nō diu seruire voluisse officio coniugali: sed mariti desiderio [qui mares optabat liberos] obedisse. Postq̄ vir mortu? est: ita eī planxit: vt prope ipsa moreretur: ꝛ ita se conuertit ad domini seruitutem: vt mortem eius videre? optasse. Quid ergo referam ample ꝛ nobilis domus quondam opulentissime oēs pene diuitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos clementissimuz animum ꝛ bonitatem: etiam in eos quos nunq̄ viderat euagantem. Quis inopum moriens nō illi? vestibus obuolutus est? Quis clinicoruz non eius facultatibus sustentatus est: quos studiosissime tota vbe perquirens damnum putabat si quisq̄ debilis ꝛ esuriens cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios: ꝛ inter obiurgantes propinquos maiorem se eis hereditatem christi misericordiam dimittere loquebatur. Nec diu potuit excelsi apud se culum generis ꝛ nobilissime familie: visitationis frequentiam sustinere. Merebat honore suo ꝛ ora laudantium declinare ꝛ fugere festinabat. Cunq̄

orientis ꝛ occidentis episcopos ob quasdam ecclesiarum dissensiones romam imperiales littere contraxisset: vidit admirabiles viros christiq̄ pontifices paulinum antbiochene vrbis ep̄m: ꝛ epyphanium salamine cypri que nunc constantia dr: quor epyphanium etiam hospitem babuit Paulinuz in alia manentem domo quasi ꝓpriū humanitate posset quorum accensa virtutibus per momenta patriam deserere cogitabat. Non domos: non liberorum: non familie non possessionum: non alicuī rei que ad seculū pertinent memor: sola [si dici potest] ꝛ incomitata: ad beremum antbonior ꝛ paulorū pergere gestiebat: tandem exacta byeme apto mari. redeuntibus ad ecclesias suas epīs: ipsa voto cū eis ꝛ desiderio nauigabat. Quid vltra differo Descendit ad portum fratre cognatis affinibus ꝛ [qō bis magis est] liberis prosequentibus ꝛ clementissimam matrem vincere pietate cupientibus. Jam carbasa tendebantur ꝛ remorum ductu: nauis in altum protrabebatur. Paruus toroti?: supplices manus tendebat in littore: rufina iam nobilis vt suas expectaret nuptias tacens fletibus obsecrabat. ꝛ tamen illa siccos tenebat oculos ad celum: pietate in filios pietate in deuz suspirans. Nesciebat se matrem vt xp̄i pbaret ancillam. Torquebanf viscera: ꝛ quasi a suis membris distraberetur cuz dolore pugnabat: in eo cunctis admirabilior: q̄ magnam vinceret charitatem. Inter bostium manus ꝛ captiui tatis duram necessitatem: nibil crudelius est q̄ parentes a filijs separari. Hoc contra iura natura plena fide patiebatur: immo gaudēs appetebat amorem filiorum: maiore in deuz amore contendens: insola eustochio [que ꝛ propositi ꝛ nauigationis eius comes erat] q̄escebat. Sulcabat interim nauis mare ꝛ cunctis qui cum ea vebebantur littora recipiētibus illa auersos tenebat oculos ne videret quos fine tormento videre non poterat. Fateor nulla sic amauit filios quibus anteq̄ proficisceretur cūcta largita est exberedans se in terra: vt bereditatē inueniret in celo. Delata ad insulas pōtias [quas clarissime quondam feminarum sub domitiano principe pro confessione nominis christiani: flauie domicille nobilitauit exilium] videnscz cellulas in quibus illa longum duxerat martyrium sumptis alis bierosolymam ꝛ sancta loca videre cupiebat. Tardi erant venti: ꝛ omnis pigra velocitas. Inter scillam ꝛ caribdim adriatico se credens pelago quasi per stagnum venit metbonem: ibiq̄ refocillato paululum corpusculo: ꝛ salo, tabētes artus in littore ponens per maleam ꝛ citberam: sperasq̄ per equor cycladas: ꝛ crebris freta concita terris post rbodum ꝛ liciam tandem venit cyprum: vbi sancti ꝛ venerabilis epyphanij pedibus obuoluta: decem ab eo diebus detenta est: non in refectionem [vt ille arbitrabatur] sed in opus dei vt res probata est. Nam omnia illius regionis lustrans monasteria ꝓ ut babere poterat refrigeris sumptum fratribus reliquit. quos amor sancti viri de toto illuc orbe cōduxerat. ¶ Inde breui cursu transfretauit selentiā de qua ascendens antiochiam sanctiq̄ confessoris paulini modicum charitate detenta. media byeme calente ardore fidei. femina nobilis que prius eunuchorum manibus portabatur. asello sedens profecta est. Omitto cyrie colles. ꝛ fenicis iter. neq̄ enim odeporicum eius disposui scribere. ea tantum loca nomino que sacris voluminibus continentur. Berito romana colonia ꝛ antiqua vrbe sydone derelicta. in sarepte littore belye ingressa est turriculam in qua a dorato domino saluatore per barenas tbyri in quibus paulus genua fixerat; peruenit ad cboum que nunc ptolomais dicitur. ꝛ per campos magedo iosie necis concio intrauit in terram pbilistijm. mirata ruinas dor vrbis quondam potissime ꝛ versa die strationis turrim ab berode rege iudee in amore cesaris augusti cesaream nuncupatam. in qua cornelij domum christi vidit ecclesiam. ꝛ pbilippi ediculas ꝛ cubiculum quattuor virginum prophetissarum. deinde antipatrida semirutum oppidulum quod ex patris nomine berodes vocauerat ꝛ lyppam versam in dispoliz. dorcadis. atq̄ enee resurrectione ꝛ sanitate inclitam. haud procul ab ea arimatbiam viculum. iosepb qui dominuz sepeliuit. ꝛ nobe vrbe quondam sacerdotum. nunc tumulus occisorum. ioppen quoq̄ fugienti portum ione. ꝛ [vt aliquid perstringam de fabulis poetarum] relegate ad saxum andromede spectatricem. repetitoq̄ itinere nicopolim que prius emaus vocabatur apud quam infractione panis dominus cognitus cleopbe domum in ecclesiam dedicauit at q̄ indeꝓficiscens ascendit betboron inferiorē ꝛ superiorem vbes a salomone rege conditas: ꝛ varia post bella bellorum tempestate deletas. ad dexterā respiciēs aylon ꝛ gabaon vbi iesus filius naue contra q̄nq̄ reges dimicās soli imperauit ꝛ lune. ꝛ gabaonitas ob dolum ꝛ insidias federis impetrati in aquarios lignariosq̄ damnauit. Ingabaa vbe vsq̄ ad solū dirupta paululum substitit. recordata peccati eius ꝛ concubine in fruſtra diuise. ꝛ tribus beniamin in sexcentis viris propter paulū reseruate. Quid diu moror? Ad leuam mausoleo belene derelicto que a dyabenorum regina in fame populum frumento iuuerat. ingressa est bierosolymam vbez troisonomā iebus. salem byerusalem qui ab helio postea adriano de ruinis ꝛ cineribus ciuitatis in belia suscitata est. Eunq̄ proconsul palestine [qui familiam eius optime nouerat] premissis apparitoribus iussisset parari pretorium. elegit humilem cellulaz ꝛ cuncta loca tanto ardore ac studio circuiuit vt nisi ad reliqua festinaret. a primis non posset abduci. prostrataq̄ ante crucem quasi pendentem dominum cernere adorabat. Ingressa sepulcbrum resurrectionis osculabatur lapidem quem ab hostio sepulcbri remouerat angelus. ꝛ ipsum corpori locum in quo dñs iacuerat quasi sitiēs desideratas aquas fidei

incipit visitatio sancte loco rum

re lambebat. Quid ibi lachrymarum: quantus gemitus: quid doloris effuderit: testis est cuncta hierosolyma: testis est ipse dominus quē rogabat. Ut egrediēs ascēdit syon que in arcē vel spelūcam vertitur. Hanc vbē expugnauit quondaz et edificauit dauid vnde de expugnata dicit. Ueh tibi ciuitas ariel. i. leo dei et quondā fortissima: quam expugnauit dauid. De ea que edificata est. Fundamenta eius in montibus sanctis diligit dominus portas syon super omnia tabernacula iacob: non in eas portas quas hodie cernimus in fauillas et cineres dissolutas: sed portas quib⁹ infernus non ꝓualet: et per quas crediētium ad christū ingreditur multitudo. Ostendebatur illic columna ecclesie porticum sustinens infecta cruore domini: ad quam vinctus ducitur et flagellatus. ¶ Monstrabatur locus: vbi super cētuz viginti credētium animas spiritus sanctus descenderat: vt Jobelis vaticinium compleretur. ¶ Deinde pro facultatula sua pauperibus atq; cōseruis pecunia distributa: pretit bethleē: et in dextera parte itineris stetit ad sepulchrum rachel: in quo beniamin non vt mater vocauerat moriens benoni: hoc est filium doloris mei: sed vt pater prophetauit filium dextre procreauit. atq; inde speculum saluatoris introiens postq; vidit sacrum virginis diuersoriū vbi cognouit bos possessorē suum: et asinus ꝑsepe domini sui: vt implerē illud quod in eodez prophetа scriptum est. ¶ Beatus qui seminat sup aquas: vbi bos et asinus calcant me audiente iurabat cernere se fidei oculis infantē pannis involutum. vagientē in ꝑsepio: deum magos adorantes: stellam fulgentē desup. matrem virginē: nutricium sedulum pastores nocte venientes: vt viderēt verbū quod factū erat: et iam tunc euangeliste Johannis principium dedicarent. In principio erat verbum: et verbum erat apud deum et deus erat verbum et verbum caro factum est: parvulos interfectos: herodem seuiētem: Mariam et Joseph fugientes in egyptum mirtisq; gaudio lachrymis loquebatur. Salue bethleem domus panis: in qua natus est ille panis qui de celo descendit. Salue effrata regio liberrima atq; carpofora cuius fertilitas deus est. ex te mihi egredietur qui sit princeps israel: et egressus eius ab initio a diebus eternitatis. De te quondam michеas prophetа vaticinatus est. tu bethleem domus effrata: non minima es in milibus iuda. ¶ Propterea dabis eos vsq; ad tempus parientis partum: et reliquie fratrum eius conuertentur ad filios israel. In te enim natus est princeps: qui ante luciferum genitus est: cuius de patre natiuitas omnem excedit etatem: et tā diu in te dauitici germinis origo permansit: donec virgo pareret: et reliquie populi credentes in christum conuerterētur ad filios israel: et libere predicarēt. Uobis oportebat loqui primum verbum dei: sed quoniam repulistis illud et indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gētes.

Dixerat enim dominus. Non veni nisi ad oues perditas domus israel. Et eo tempore Jacob super eo verba completa sunt. Non deficiet princeps ex iuda: neq; dux de femore eius: donec veniat cui repositum est: et ipse erit expectatio gentium. Bene enim dauid iurabat: bene vota faciebat dicēs. Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis et palpebris meis dormitationem. Et requiē tēporibus meis donec inueniam locū domino tabernaculum deo Jacob. Et statim quid desideraret exposuit atq; oculis prophetalibus quez nos iam venisse credimus ille venturum esse cernebat. Ecce audiuimus eum in effrata inuenimus eum in campis silue zob quippe sermo hebraicus: vt te docēre didici. non Mariam matrē domini hoc ē astiu sed ipsum idest aston significat. vnde loquitur confidēter. Introiuimus in tabernaculum eius adorauimus in loco vbi steterunt pedes eius. Et ego misera atq; peccatrix: digna sum iudicata deoscularī ꝑsepe: in quo dominus paruulis vagijt: orare etiā in spelunca in qua virgo puerpera deum fudit infantē. Hec requies mea que domini patria est: hic habitabo: quoniam saluator elegit eam: parauit lucernam christo meo: anima mea illi viuet: et semen meum seruiet ipsi. ¶ Haud procul inde descendit ad turrim ader: idest gregis: iuxta quaz Jacob pauit greges suos: et pastores nocte vigilantes audire meruerunt: gloria in excelsis deo: et super terram pax hominibus bone voluntatis. Dumq; seruant oues inuenerūt agnum dei puro et mundissimo velere: quod in aridi tate totius terre celesti rore completum est: cuius sanguis tulit peccata mūdi: et terminatorē egypti militis fugauit in postib⁹. Statimq; concito gradu cepit per viam veterē pergere que ducit gazam ad potētias vel diuitias dei: et tacita secum voluere quomodo eunuchus ethiops gētium populum ꝑfigurans mutauerit pellē suam: et dum vetus relegit instrumētum fontes reperit euāgelij: atq; inde ad dexteram transiit ad bethsur: et venit erebol: que in botrum vertit. Unde in testimonium terre fertilissime et in typum eius qui dicit. Torcular calcaui solus: et de gētibus non est vir mecum exploratores botrū mire magnitudinis portauerūt. Non est longū spaciū: intrauit sarre. cellulam vidēs in cunabulis Isaac et vestigia quercus Abrahā sub qua vidit diē christi et letatus est: atq; inde consurgens ascēdit hebron: hec est cariatbarbe idest oppidū virorū quattuor: videlicet Abrahā Isaac et Jacob: et Adam magni: quē ibi conditus iuxta libū Jesu naue: hebrei autumant: plerisq; calepb quartum putēt: cuius ex latere memoria demonstrat. Noluit pgere cariathsepher. id est vicū litterarū: quia contemnēs occidētem litteraz reparat spiritū viuificantē: magisq; mirabat sapientes et inferiores aquas quas orboniel filius iepbonecenē pro australi et arida possessione susceperat: et

quarū ductu siccos prioris instrumēti agros fecerat irriguos vt redemptionem veterum peccatorū aquis baptismi reperiret. Altero die orto iam sole stetit in supercilio caphar beruch: idest ville benedictionis: quem ad locū Abraam dominus persecutus est. Unde latam despiciēs solitudinem: et terram quondam sodome et gomore adame et seboim: contēplata est balsamū vineas in engaddi: et segor vitulam consternantem: que prius bale vocabatur: et in zoaraz: hoc est paruulam sylo sermone translata est. Recordabatur spelunce lothi: et versa in lachrymas. virgines socias admonebat: cauendum esse a vino in quo est luxuria: et cuius opus moabite sunt et ammonite. Diu bereo in meridie: vbi sponsa cubantē reperit sponsum: iosepb inebriatus est cum fratribus suis. Reuertar hierosolymam: et per tecuam atq; amos rutilantē montis oliueti lucem aspiciam de quo saluator ascendit ad patrē: in quo per annos singulos vacca ruffa in holocaustū domini cremabat: et cuius cinis expiabat populuz israel in quo iuxta Ezechielē cherubim de tēplo transmigrantes: ecclesiam domini fundauerūt. ¶ Ingressaq; sepulchrum lazari. Maria et martbe vidit hospitium: et bethfage villam sacerdotaliū maxillariū et locum in quo pullus lasciuiens gētiuz domini frena suscepit: apostoloruq; stratus vestibus: mollia terga ꝑbuit ad sedēdum. Rectoq; itinere descēdebat hierico: cogitans illum de euangelio vulneratum: et sacerdotibus et leuitis mētis feritate ꝑteruntibus. clemētiam samaritani. idest custodis: qui seminecē suo imperio impositо iumento ad stabulum ecclesie reportauit: et locum adomim: quod iterpretatur sanguinū quia multus in eo sanguis crebris latronū fundebat incursibus et arbores ficomoruū zachei. idest bone penitētie opera: quib⁹ eruēta dudum et noxia rapinis peccata calcabat: excelsumq; dominū de excelso virtutū intuebat: et iuxta viam cecorū loca: qui receptis luminib⁹ vtriusq; populi credētis in dominū sacramēta premiserat. Ingressa hierico ꝑidit zebē: quam fundauit ayel in abyram primogenito suo et cuius portas posuit in segub nouissimo filiorum. Intuita est castra galgal et aceruum preputiorū: et secūde circūcisionis mysterij: et duodecim lapides qui de iordanis alueo illuc translati duodecim apostolorum fundamēta firmauerant: et fontē quondam legis amarissimum et sterilē: quem verus beliseus sua conclidit sapiētia et in dulcorē vbertatēq; conuertit. ¶ Uix nox transierat feruētissimo estu venit ad iordanem: et stetit in ripa fluminis. et orto sole. solis iusticie recordata est. quomodo in medio iordanis alueo ficca sacerdotes posuerint vestigia. et ad helie atq; beliseī imperium stantibus ex vtroq; latere aquis. itervnda ꝑbuerit. pollutasq; diluuio aquas. et totius humani generis interfectione maculatas. suo dominus mundauerit baptismate. ¶ Longū est. si velim de valle achor dicere idest tbumuli atq; turbarum. in qua furtum et auaritia condemnata est. et de bethel domo dei. in qua super nudam bumum. nudus et pauper dormiuit Jacob et posito subtus caput lapide. in zacharia septē oculos habere describitur. et in Esaia lapis dicitur angularis. Uidit scalam ad celum vsq; tendētem. in qua dominus desuper innitebatur. et ascendentibus porrigens manuz et negligentes de sublimi ꝑcipitans. Sepulchraq; in monte effraim iesu filij naue. et eleazari filij Aaron sacerdotis. e regione venerata est. quoruū vnus conditus est in tannata septētrionali parte montis gaaz. alter in galaatb filij finees. satisq; mirata est. q distributo: possessionum sibi montana et aspera delegisset. ¶ Quid narrem de sylo in qua altare diriptum bodieq; monstratur. et raptum sabinarum a tbumulo tribus beniamina ca ꝑcurrit. Transiuit sichē si non vt plerisq; errāter legunt sychar que nunc neapolis appellatur et ex latere montis garizim extructam. circa puteum Jacob intrauit ecclesiam. super quam dominus residens sitiensq; et esuriens. samaritane fidei sanatus est. que quinq; mosaicorum voluminum viris. et sexto quem se habere iactabat erroe dositbei derelicto verum messiam et verū reperit saluatorem. Atq; inde diuertēs vidit duodecim patriarcharū sepulchra. et sebasten idest samariaz. que in honorē augusti ab berode rege greco sermone angusta est nominata. Ibi sitti sunt beliseus et abdias prophetа. si quo maior nastos inter mulierū non fuit baptista Johannes vbi multis increuit mirabilibus. Namq; discernebat demones varijs rugire cruciatibus et ante sepulchra sanctorū vlulare homines lupoq; vocibus. latrare canum fremere leonum. sibilare serpētium. mugire tbauroruum. alios rotare caput. et post tergum ꝑterram vertice tangere. suspensisq; pede feminis vestes non defluere in facie. Miserebat omniū et per singulos effusis lachrymis. christi clemētiam precabatur. et sicut erat inualida ascēdit pedibus montē. in cuius duabus spelūcis. persecutionis et famis tēpore abdias prophetа cētum prophetas aluit pane et aqua. Hinc cito itinere percucurrit nazarā nutriculam domini. chanaā et capbarnum signoz eius familiares. lacū tbiberiadis nauigāte domino sanctificatum. et solitudinē in qua multorum populorū milia paucis saturati sunt panibus et reliquijs nascētiuz repleti sunt copbini duodecim. tribuū israel ascendebatq; montem thabor in quo transfiguratus est dominus. aspiciebat procul montes bermō et bermonijm. et campos latissimos galilee. in quib⁹ sisara et oīs eius exercitus barach vincēte prostratus est torrens cyson qui mediam planiciem diuidebat. et oppidum iuxta naym. in quo vidue suscitatus est filius monstrabatur. Dies me prius q̄ sermo deficiet. si volucro cūcta ꝑcurrere. que paulave nerabilis fide incredibili peruagata est. Transibo in egyptum et in sochot atq; apud fontem samson quem demolari maxille dente prodnrit subsista-

parumper, & arētia ora colluam vt refocillatus vi-
deam morastim sepulchrum quondam michee pro-
poete nunc ecclesiam: & ex latere derelinquam cho
reos: getheos: maresa idumeā & lachis: & per are-
nas mollissimas per gentium vestigia subtrahētes
latamq; beremi vastitatem veniam ad egyptū flu-
uium syon: qui interpretatur turbidus: & quinq; egy
pti transeam ciuitates: que loquuntur lingua cana
dithidi, & terram gessen & cananeos: in quibus fe-
cit deus mirabilia: & vbē no, que postea versa est
in alexandriam & oppidum domini nytriam in quo
purissimo virtutum nitro: sordes lauantur quoti-
die plurimorum. Quod cum vidisset occurrente si-
bi sancto & venerabili episcopo. Isidoro confessore
& turbis innumerabilibus monachorum & quibus
multos sacerdotalis & leuiticus sublimabat grad'
letabatur ad gloriam domini: sed se indignam tan-
to honore fatebatur. Quid ergo narrē machabeos:
arsenios, serapiones: & reliqua columnarum christi
nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorum non
pedibus aduoluta est? Per singulos sanctos chri-
stū se videre credebat & quicquid in illos contule-
rat: contulisse se in dominum letabatur. Virus ar
dor & vix in femina credibilis fortitudo oblita fer'
& fragilitatis corporee inter tot milia monachorum
cum puellis suis habitare cupiebat: & forsitan a cū
ctis eam suscipiētibus impetrasset: nisi maius san
ctorum locorum traxisse desiderium: atq; propter fer
uentissimos estus de pelusio maynnam nauigatio
ne preueniens: tanta velocitate reuersa est: vt aues
putares. Nec multo post in sanctam bethleē man
sura veniens perpetuo: angusto per triēnium mā-
sit hospitio donec extrueret cellulas ac monasteria
& diuersorium peregrinorum iurta viam conderat:
in qua Maria & ioseph hospitium non inuenerant.
Ducusq; iter eius descriptum est: quod multis vir-
ginibus & filia comite peragrauit. ¶ Nunc virtus
eius latius describatur: que ipsius propria est expo
nēda deo iudice ac teste: profiteor me nihil addere
nihil in maius extollere mare laudantium: sed ne
rerum excedant fidem multa retrabere: ne apud
detractores: & geminno semp deuote rodētes fin-
gere puter & cornicem esopi alienis coloribus ador
nare: que prima christianorū virtus est tanta se hu-
militate deiecit: vt qui eam videret. & pro celebrita
te nominis videre gestiret ipsam esse non crederet:
sed ancillarū victimam. Et cū frequētibus chorus vir
ginū cingeretur, & veste & voce & habitu & incessu,
minima omnium erat. Nunq; post viri mortē vsq;
ad diem dormitionis sue cum vllo comedit viro: cq;
uis eum sanctū & in pontificali sciret culmine posi-
tum Balnea nisi periclitans non adiit: mollia et las
in grauissima febre lectuli strata non habuit: & sup
durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat. si
tamē illa quies dicēda est que iugibus pene ora-
tionibus dies nocteq; iungebat: illud implens de
psalterio, Lauabo per singulas noctes lectum meū
lachrymis meis stratum meum rigabo. In qua vt
fontes crederes lachrymarum: ita leuia peccata plā
gebat: vt illam grauissimorum criminum crederes
ream. Cumq; a nobis crebrius moneretur: vt parce
ret oculis: vt eos seruaret euangelice lectioni: aie-
bat turpanda est facies: quam contra dei pceptum
purpuris & cerusa & stibio depinxi: affligendum est
corpus quod multis vacauit delitijs: longus risus
perpeti compēsandus est fletu, mollia lintheamina
& serica pciosissima asperitate cilicij commutanda.
Que viro & seculo placuit: nunc christo placere desi-
dero. Si inter tales tantasq; virtutes castitatem in
illa voluero pdicare: superfluus videar: in qua & etiā
cū secularis esset omniū rome matronarum exem-
plum fuit: que ita se gessit vt nunq; de illa etiā ma
ledicorum quisq; auderet fame confingere. Nihil
animo eius Clementius nihil erga humiles blan-
dius fuit. Non appetebat potēres nec tamē super-
bos & gloriolas querentes fastidio despiciebat. Si
pauperem viderat sustentabat si diuitem ad bene-
faciēdum cohortabatur. Liberalitas sola excede-
bat modum: & vsuras tribuens euersuras quoq; se
pe faciebat: vt nulli stipē rogātium denegaret. Fa
teor errorem meum: cur in largiēdo esset profusior
arguebam illud proferēs de apostolo: non vt alijs
refrigerium vt vobis aūt tribulatio: sed ex quali-
tate in hoc tēpore vt abundantia vestra sit ad illo-
inopiam. Et hoc de euangelio saluatoris qui habz
duas tunicas, det alteram non habenti: & prouidē-
dus esse ne quod libenter faceret semper facere nō
posset: multaq; huiusmodi que illa mira verecūdia
& sermone parcissimo dissoluebat testem inuocans
dominū se pro illius nomine cuncta facere: & hoc ha
bēte voti vt mendicans ipsa moreretur: vt vnū nū-
mum filie nō dimitteret: & in funere suo alieno fyn
done inuolueretur. At extremum inferebat. Ego si
petiero multos inueniam qui mihi tribuant: mēdi-
cans si a me non acceperit que ei possim etiam de
alieno tribuere & mortuus fuerit a quo anima eius
requiretur? Ego cautior in re familiari esse cupiebā
sed illa ardētior fide toto saluatori animo iūgebat
& pauperē dominū pauper spiritu sequebatur: red-
dens ei quod acceperat: pro ipso pauper facta. De-
niq; consecuta est quod optabat & in grādi ere alie
no filiam dereliquit: quod ducusq; debēs non suis
viribus sed christi se fidit misericordia redditura.
Solēt plereq; matronarum buccinatorib' suis do-
na conferre: & in paucos largitate profusa manus
a ceteris retrahere: quo illa omnino carebat vitio.
Ita enim singulis suam pecuniam diuidebat vt sin
gulis necessariū erat: non ad luxuriam: sed ad ne-
cessitatē. Nemo pauperū vacuus reuersus est. Ob
obtinebat non diuitiarū magnitudinem sed prude
tia dispensandi illud semper replicans: beati mise-
ricordes: quoniam ipsi misericordiā consequētur &
sicut aqua extinguit ignē: ita elemosyna extinguit
peccata: & facite vobis amicos de iniquo mamona

qui vos recipiant in eterna tabernacula & date ele
mosynam. & ecce omnia mūda sunt vobis & vbi Da
melis regē nabuchodonosor pmonentis: vt elemo
synis redimeret peccata sua. Nolebat in his lapidi
bus pecuniam effundere: qui cum terra & seculo trā
fituri sunt: sed in viuis lapidibus qui voluunt sup
terram: de quibus in Apocalipsi. Johannis ciui-
tas regis magni extruitur, quos in sapbirū smaragz
dum & ceteras gemmas esse vertēdos scriptura cō-
memorat. Verum bec communia possunt esse cum
paucis, & fit diabolus non summo culmine virtutū
posita, vnde loquit ad dominum post amissaz Job
substantiam, post euersam domum, post liberos in
terfectos, corum pro corio, & omnia que habuerit
homo dabit pro anima sua, sed extende manū tuaz
& tange ossa & carnes eius nisi in faciem benedixe-
rit tibi. Scimus plerosq; dedisse elemosynam sz de
proprio corpore nihil dedisse, porexisse egentibus
manum sed carnis voluptate superatos, dealbasse
ea que foris erant, & intus plenos fuisse de ossibus
mortuorum. At non Paula talis que tante conti-
nētie fuit, vt prope mensuram exederet & debili-
tatē corporis nimijs ieiunijs ac labore contraheret
que exceptis festis diebus vix oleum in cibo cape-
ret, vt ex hoc vno estimaretur. Quid de vino & li-
quamine & piscibus & lacte ac melle & ouis & reliqs
que gustu suauia sunt indicarit, in quibus sumēdis
quidam se abstinētissimos putant, & si bis ventrem
ingurgitauerint, totaz pudicitiam suspicant. Sem
per virtutes sequit inuidia, feriunq; summos fulgu
ra montes. Nec mirum si hoc de hominibus loquar
cū etiam dominus noster pbariseorum zelo fit cruci
fixus, & omnes sancti emulos habuerint, in paradi
so quoq; serpēs fuerit cuius inuidia mors introiuit
in orbem terrarum. Suscitarat ei dominus adaz
qui eam colaphizaret, ne se extolleret & quasi quo-
dam stimulo carnis sepius admonebat ne magni-
tudine virtutū altius saperet aliarūq; vitiōs femina
rū se in excelso crederet constitutam. Ergo aiebam
liuori esse credēdum & dandum insanie locū qō fe-
cisset iacob in fratre suo Esau: & dauid in pertina ci
simo inimicorū, Saul, quorū alter in mesopotamiā
fugerit alter se alopbilis crediderit, malēs bostī-
bus q̄ inuidis subiacere. At illa iuste respondebat
hoc dicēs. Si diabolus contra seruos dei & ancil-
las non vbiq; pugnaret, & ad omnia loca fugiētes
pcederet si non sanctoz locorū amore retinerer & be
thleē meam in altera reperire possem pte terraruz.
Cur enim non patiētia liuores superē? Cur non hu
militate frangam supbiam, & pcutienti maxillaz al-
teram non offeram. dicēte apostolo Paulo vincite
in bono malum. Nonne apostoli gloriabant, quan-
do p domino passi sunt cōtumeliā? Nōne ipse salua
tor humiliauit se formaz serui accipiēs factus obe-
diēs patri vsq; ad mortem, mortē aūt crucis vt nos
sua passione saluaret Job nisi certasset & vicisset
in plio non accepisset coronam iusticie, nec audiui-
set a domino, putasne me tibi aliter locutū q̄ vt ap
pareres iustus. Beati dicūtur in euangelio q̄ pse-
cutionē patiunt propter iusticiam. Secura fit cons
ciētia q̄ non propter peccata patiamur & afflictio
in seculo materia pmiorū est. Si quando procatio-
fuisset inimicus vsq; ad verborū iurgia profiliisset
illud psalterij decātabat. Cū plisteret peccator ad-
uersum me obmutui & silui a bonis. Et rursum. Ego
eni quasi surdus nō audiebā. & quasi mut' non aper-
iēs os suum, & factus sum quasi homo non audiēs
nec babēs in ore suo increpationes. In temptatio
Fuit quidam senex in palestine monasterijs: vir vite venerabilis: ⁊ verbo decoratus: qui ex ipsis cunabulis monachicis nutritus est moribus. zozimas nomine nullus enim existimet cognominatione nominis zozime: illum me dicere zozimā cui inter dogmaticos detrahebatur: vt putetur bereticus. Nam hic alius: atq̄ ille aliud. Multa enim inter vtrosq̄ fuit differentia: hic ortbodoxus monachicam elegit: vitam in quibusdam [vt dictū est] palestine monasterijs: totam percurrens patrū cōuersationem omniq̄ orbi in abstinentia repertus ē precipuus: simulq̄ regulas sibi traditas iuxta eorum certamina: infans dum esset conseruauit. Plura enim adinuenit de sua propria natura: qualiter subditam spiritui carnem faceret. Nam ita fertur certaminibus ijsdem senex ignitus: vt plerisq̄ multotiens in propinquis monasterijs aliquando ⁊ in longinquis degentes: ad eius currerent doctrinaz eiusq̄ imitarentur abstinentiam: ⁊ eo informari atq̄ erudiri festinarent. Talis enim fuit senis virtutis operatio: que meditationem aliquando sacri verbi nunquam negligeret. Reficiendo autem vel a refectione surgendo opus ab eius manibus non desijt. Dicebat ergo hic zozimas q̄ ex ipsis matris finibus in eodem traditus monasterio: quinquaginta ibidem denuisset annos monachi cum cursum proficiens. Post hec vt ipse retulit molestabatur a quibusdam cogitationibus dicens intra se. Perfectus in omnibus: aliena doctrina minus ego⁊ putās ne inuenitur quisquam inter monachos: qui boni mihi tradere aut edificare possit quod nesc.o. Aut quam ego operatus non sum monachicam operaz. Nec inueniri potest in deserto vir philosophus qui me sensu vel opere precellat. Hec secuz cogitans pater quidem astitit ei ⁊ dicit ad eum. Bene quidem in omnibus certasti: optime monachicum cursum perfecisti. Uerum tamen tu cum nullum hominem putas esse perfectiorem: nam sunt ⁊ alie salutis vie quas si vis apprehendere egredere de terra ⁊ de cognatione tua: ⁊ de domo patris tui. ⁊ abraam ille in patriarchis opinatissimus: ⁊ sequere me in quoddam monasterium iuxta iordanem fluuium positū Et vestigio senex sequens precipientem egressus ē monasterium in quo pusillus creuerat. Cumq̄ peruenisset ad iordanem sacratissimum flumen⁊: ductu⁊ voce clamantis in illud monasterium in quo deus iusserat eum venire: manu atrij regiam pulsauit. Dor⁊ vt locutus est: quidam monachus regiam custodiens nunciauit eum abbati: qui susceptus est ab eo. Tunc conuersationem atq̄ habitum reuerētie eius aspiciens: humo prostrat⁹ vt monachis cōsuetudo est cum adorauit. Factaq̄ oratione interrogatus est ab abbate ita. vnde te coniunxisti ad nos frater: ⁊ pro qua occasiōe ad nos pauperes venisti zozimas senex respondit. Unde quidem dicere non mihi videtur necessarium: edificationis causa aduenio pater. Audiui enim signa magna atq̄ laudabilia per que possunt anime deo appropiquare. Dixit ad eum abbas ⁊ Deus frater qui solus bumanam fragilitatem curare nouit: ille te atq̄ nos doceat suam diuinam adimplere voluntatem ⁊ ea

pera gere que optima sunt nam homo hominez edificare minime potest: nisi vnusquisq̄ semper suspiciendo ⁊ sobrietate seruando: operando que bona sunt: deum sibi propinquum facias suis bonis operibus sociando. Tamen quia christi charitas te videre nostram paupertatem inuitauit: cōmane nobiscum si pro hoc ad nos te coniungere festinasti: simul oēs nos satiabit christi dei gratia: idemq̄ pastor bonus qui tradidit animam suā p nostra redemptione: vocauitq̄ oues suas nominatim. hec cū diceret zozimas humo faciem suam inclinauit: oratesq̄ pariter celebrata oratione diuerunt. Amē. Dū autem in eodem monasterio zozimas habitaret: vidit illic patres virtutibus ⁊ operibus choruscātes ⁊ spiritu feruentes ac domino seruientes incessabiliter stantes per totam noctis vigiliam manib⁹ operantes: ex ore ipsorum psalmum non recedere: stultum verbum ab eorum ore non procedebat: secularia negocia ⁊ causam cure ad eos minime pertinebant annos redditus vel nomen eorum incognituz habebant sed vnum tantum erat eis arduum votū vt semetipsos mortuos facerent corpore: vt possent secularia euadere. cibus vero illis erant spiritalia eloquia: corpori autem ministrabāt que necessaria sunt: panem tantum ⁊ aquam: vt sustinerent deo referre gloriam: ⁊ inuicem charitatē. Hec diuina opera dum videret zozimas: edificatus est valde proficiens deitatis laudans diuitias. semper augendo cursum proprium: quia sibi cooperantem inuenerat diuinam potentiam. Plurimis autē transactis diebus appropinquauit tempus sanctorum ieiunior: preparabantq̄ se cuncti purificatos dominice passioni: atq̄ sacratissime eiusdem saluatoris nostri iesu christi resurrectioni exbibere. Janua autem monasterij nullo modo patefiebat: sed semp clausa manens a diuina opera monachis quietam prestabat vitam: nec licitum erat eam patefieri: nisi quidam monachorum pro aliqua necessaria causa aduenissent. Desertus autem erat locus ⁊ non solum viam transeuntibus: sed ⁊ propinquis incognitus: q⁊ talis regula ab initio in monasterio illo custodiebat: ⁊ propterea deus zozimam ad hoc perduxit monasterium. qualis autem erat illa cōsuetudo regule in initio expositionis. patefaciam. Dominico die prima ieiunij ebdomada: omnes iuxta consuetudinez monachi vocabantur: sancta dei mysteria secundū morem celebrare christianorum: ⁊ vnusquisq̄ eorum sacratissimum atq̄ vitificum corpus domini suscipiebat: parumq̄ sumentes cibi congregabant ad orationem solēni studio. Cum autem complessent orationem flectentes genua senes seinuicem osculabantur deinde omnes se amplectentes ⁊ pacem dantes abbati: rogabant sibi ab eo orationez futuri certaminis eorum auxiliatricem fieri. Hisq̄ pactis monasterij aperiebantur ianue: simulq̄ psallentes ⁊ dicentes. Dominus illuminatio mea ⁊ salus mea quem timebo. Dominus protector vite mee a quo trepidabo: ⁊ cetera que sequuntur. egredientes aūt vnum trū vel duo ad custodiendū monasteriuz relinquebāt non qui intra posita custodirent: quia nec erat quod a furibus raperet: sed ad hoc ⁊ dicti custodes ibidē relinquebant: ne oratorū si ne celebratione solēni post poneret. Singuli autē secum deferebant vite necessaria. put poterant: alij quanti quidē panem paruum ad fragilitatē corporis sustentandā: alij aūt caricas alij vero dactilos: ceteri aūt legumina aquis infusa: alij aūt nibil nisi ꝑprium corpus ⁊ pallium quo vestiebant. Nutriebant vero quotiens natura ꝑpellebat herbis que in desertis nascebant. Igit regulam ꝑpriam nouiter sibi quisq̄ eoz creabat: talemq̄ habeant immutabilem legē: ignorare aliū que alius operaret certamina: eo ꝙ iordanē non derelinquentes: seorsuz lōge abinuicem descendentes a ciuitate: ⁊ habitationez habebant per desertū nullusq̄ alij adiungebātur: sed si forsitan vnus eoz alium longe ad seveniētem aspiceret e vestigio discedens ꝑposita itineris viam. ad aliam se declinabat ptem. ⁊ ita solitariaz agebant vitam semper psallendo ⁊ deo gratias referendo oportunū gustabant cibū. Sic enim oēs dies complentes ieiunij remeabant ad monasteriū dñico die p̄cedente hebdomadā resurrectiōis dñi ⁊ saluatoris nostri: die quo festa palmaꝝ sancta celebrare cōsueuit ecclesia referens. vnusquisq̄ eorū ꝑpriis laboris fructū sue videlz ꝓscie cognoscendo ipsum qualiter operatus sit qualesue seminauerit fructus. Nulli vero erat licitum interrogare proximum suum. quō vel qualiter presentez exercuerit laborez. q⁊ huiusmodi regula tradita fuerat. ꝙ quisq̄ eoz habitando desertum. deo tantūmodo certaminis sui cursum demonstrarent. a nullo clarificari homine desiderantes. nullā querentes transitoriā vel vanam gloriā. aut humanū fauorē. sed spiritualia operando. carnalia autem atq̄ terrena contēnendo celestia obtinerent. Naz demonstratio hominū. ifructuosa opera ⁊ damnosa semper acquirit. Tūc ergo zozimas iuxta consuetam regulaz monasterij. ꝑtransiuit iordanem. paruumq̄ secuz detulit cibū ad sustentationem corporis ⁊ pannuz. quo induebatur. equidem regulam adimplebat pertranseundo beremū tpe vero refectionis edebat cibum necessariū ꝑ natura corporis. Soporem vero in terra pauz iacens capiebat modicum gustando somnū. vbi ei finis diei occupasset atq̄ iterum diluculo iter suum faciebat incessabiliter augmentādo cursuz habēs desiderium pertranfire beremum sperans aliquem reperire patrem in deserto qui eum potuisset edificare iurta eius desiderium. Currebat igitur secum optimam viam. vt ei permissum fuerat. festinanter q̄ currebat. Uiginti ergo dierum pergens iter. facta hora quasi sexta paululum se abstinuit ab itineris labore. eleuatisq̄ oculis ad orientem consuetaz sibi celebrabat orationem. Solitus autem erat statuto diei tempore. i. tertia sexta ⁊ nona abstinere se

a sui itineris cursu orationis causa: eleuansq; oculos ad superna ⁊ respiciens ad dextram vidit in quo dam loco stare quasi umbraculum humani corporis Stupefactus ac turbat⁹ valde existimabat fantasma esse quod videbat: ⁊ signaculum sibi redemptionis sancte crucis facieus ac completa oratione vidit quandam ambulantes in parte meridiana: nudo nigroq; corpore et incendio solis exustaz capilli capitis eius vt lana cādana: atq; parui vsq; ad collum corporis descendentes. Dum hoc videret zozimas admiratus repletusq; gaudio magno: cepit currere ad eandem partem in qua prædictavi debatur. Nam ⁊ illa que zozimaz videbat: ineffabili exultabat letitia: quoniam videbat quod multorum annorum spacio minime respexerat humane nature speciem: neq; alicuius animalis vel volucris figuram. Miratur ergo zozimas qui vel qualis esset quam viderat: existimans q; magnam vidisset personam. Dum enim illa viderat de longe ad se appropinquantem cepit gradu concito fugere ad interiora deserti: zozimas autem contemnens senectutis debilitatem fastidiumq; itineris: concito eam gradu sequebatur: ⁊ illa magis fugam petebat. Erat autem zozime cursus velocior ⁊ paulatim appropinquabat fugienti. Proximus autem ei factus itavt etiam vox eius posset audiri cepit zozimas vociferare: talem emittens vocem cum lachrymis. Ut q̄d me fugis hominem senem ⁊ peccatorem serue dei viui. Sustine me quicunq; fis: coniuro te per deum pro cuius amore bonitas habitas beremum vt recipias me debilem atq; indignum senez. Coniuro te p illum ad quem pro tantis tuis laboribus spem habes bonam ⁊ eternā tribulationem: colloquere mecum dulcedinis ac suauitatis verba: ⁊ noli me dereliquere sine mutua locutione. hec zozima cum lachrymis orante: venerunt vtriq; currentes in quendam locum qui locus ita videbatur quasi torrens ibi aliquando cucurrerit: positio autem loci illius necubi videbatur contingentem eum ad prememoratum locum precedens illa que fugiebat ante faciem zozime descendit: ⁊ rursum per aliam partem loci illius quasi torrens ascendit zozimas nimium fatigatus minime potuit cursuz facere: sed magis estans ex vna parte loci augens lachrymis lachrymas: ⁊ fletibus fletus: rogabat edificationis sibi impendi sermonem. Vox illa que prius fugam petebat: talem emisit vocem. Abba zozima quid me persequeris. Ignosce mihi per deum te rogo. Ignosce mihi per deum peto: quia minime possum cōuertere faciem meam ad te: eo q; mulier sum nuda: sed pallium quo indutus es mihi porrige vt possiz corporis mei verecundiam tegere veniamq; ad te vt orationes tuas accipiam. Tunc stupefactus atq; turbatus senex eo q; audisset se vocari ex nomine sapientia dei repletus diuinaq; refulgens gratia intellexit q; non eum nominatim poterat vocare: quē nunq; viderat neq; audierat nisi quia superna prouidentia ei reuelauerat. Statimq; expolians se pallio quo induebatur iactauit illi auersa facie. Illa vero sumens eaz cinxit se vt potuit ⁊ cooperuit partem necessariam sui corporis: respiciensq; zozimam ait ad eum. Quid tibi visum fuit peccatricem mulierez videre aut quid querens cognoscere tot tibi imposuisti laborez? Ille vero genua flectens obsecrabat vt benedictionem ab ea acciperet: illaq; bumo prostrata vicissim adorabat eū. Erant ergo vtriq; prostrati in terram inuicem se adorantes: ⁊ rogātes alterutum initiuz facere benedictionis. Nulla vero penitus audiebatur vox: nisi tantūmodo benedic pater ⁊ vicissim: benedic me domina bñdic. Dū autem diu in hoc persisterent respondit mulier dicens: Abba zozima tibi magis concessum est benedicere atq; orare eo q; sacro honore p̄sbyterij fungeris: pluresq; annos sanctis assistis altaribus bene sanctis orationibus mente repleta. Hec audiēs zozimas amplius territus atq; stupens ait. Certe video mater q; omni spūali gratia sis repleta: quoniam nomen ⁊ officium presbyterij designasti i me: quem nunq; vidisti. Spiritalis enim gratia non pter ordinem vel dignitatem tribuitur: sed magis ex bonis operibus ⁊ deo dignis actibus acquirit. vnde ⁊ per dominum adiuro te vt prius a te benedictionem accipiaz tuaq; oratione perfrui merear. Cōsentiensq; vero sermonibus senis mulier respōdit. Benedictus dominus redemptor animarū nostrarum: zozimas autem respondit. Amen. Horq; erecti ambo de terra ait seni mulier. Rogo te pater quid ad me peccatricem venire festinasti Aut quid nudam ab omni bono opere infirmam cernere voluisti mulierem? zozimas respondit. Nō bocta benuolūtatis mee fuit: sed diuine dispēsatiōis munus nos fecit vtroq; videre. Respondit mulier Si vt asseris p diuinā dispensationē actuz est rogo te vt mihi pater cōuersationē humani generis quō faciunt reges: vel pastores ecclesiarū narres: zozimas ridens ait ad eā. Oultifaria relinquens breui sermone dicā mater. q; dñs noster iesus redēptor nr̄. et oī populo suo firmā pacē p̄cedere dignat⁹ est. Sed rogo te vt depreceris deū p totius ecclesie stabilitate: simulq; p peccatis meis. Respondit mulier ad euz. Opportunū est ⁊ valde necessariuz te abba zozima que habitu ⁊ sacerdotali ornaris officio p oīb⁹ atq; p me peccatrice orare deū: qui in hoc vocat⁹ es tū pter p̄ceptum tuū obedire cum oī virtute deo: ⁊ orabo deū sicut petisti licet peccatrix. Et eleuans oculos ad orientem. manusq; erexit in celuz cepitq; silenter orare: ita vt tm̄ labia mouerent: ⁊ vox eius penitus non audiret. Unde senex nullū verbū orationis intelligere potuit: sed hoc sibi testē deū adhibēs dicebat: q; dū p̄ra mulier faceret orationē vidit eā in loco in quo stabat oās suspensaz a terra in aere: quasi vnius cubiti mensura. Quaviſiōe magno compreben sus timore: ⁊ cadens cepit sudorib⁹ inundare: stupore p̄prehendi admiratiōibus estuare: nihilq; aliud dicere poterat nisi tantūmodo kyrieleyson. Dum hec ageret̄: cepit senex magna dubitare anbelare: ne forte spiritus esset fantasie. fingens orationem. Horq; conuersa mulier cōfortauit eum dicens. Quid te abba cogitationes tue perturbant: scandalizare in me quia spiritus sis: ⁊ fictā facio orationem. Satisfactus esto: peccatricez me esse mulierculam: que tamen sacro sum circundata baptismate: ⁊ spiritus fantasie non sum sed faulla ⁊ cuius ⁊ totum caro: ⁊ nihil spiritalis fantasie aliquando vel ad amentem reducens. Hec dicens: signo crucis signat frontē suam oculos ⁊ labia: simulq; pectori vexillum crucis infigens ita⁹ dixit. Abba zozima deus de aduersario ⁊ de immissionibus eius liberet nos quoniam super nos multa est inuidia eius. Hec audiens senex pstrauit se ⁊ apprehendit pedes eius: dicens cum lachrymis. Obsecro te per dominum nostrum iesum xp̄m veruz deū ⁊ boīem: qui de virgine Maria nasci dignatus est: p quo nuditatem sustines istam p quo bas quoq; carnes affligens expēdisti: vt nihil absc̄das a me que fis ⁊ vnde vel quando ob quā occasionē solitudinez banc inhabitasti sed oīa que circa te sunt edicito mihi: vt dei magnalia facies manifesta. Sapientia enim abscondita ⁊ thesaurus occultus q̄ vtilitas in vtriq;? Dic mihi omnia propter deum: nec enim pro gloriatione aliquid dicis aut ostentatione sed vt mihi satisfacias peccatori ⁊ indigno. Credo enim deo cui viuis: ⁊ cum quo conuersaris. qm̄ ob huiusce modi rem directus sum in banc solitudinem: vt ea que circa te sunt deus faciat manifesta. Non enim nostre virtutis est iudicijs resistere dei. Nisi fuisset acceptabile christo deo nostro manifestare te: ⁊ qualiter decertasti: nec te ipsam permisserat vidi ab aliquo. nec me confortaret tantam ppetrare viam: nusq; valentem progredi: aut de cellula mea procedere. Hec eo dicente: sed ⁊ alia plura: eleuans eum mulier dixit. Vere abba erubesco dicere tibi actuum meorum turpitudinem: tamen quia vidisti nudum corpus meum: denudabo tibi ⁊ opera actuum meorum vt cognoscas quāte turpitudinis atq; luxurie confusione ⁊ opprobrio repleta est anima mea. Non enim vt tuipse considerasti: ppter aliquam meam gloriam que circa me sunt: pronuncio. Quid enim potero gloriari que dyaboli vas fui electionis autem effecta. Scio autem q; si cepero narrare ea que sunt de me: fugies a me quemadmodū quis fugiat a facie serpentis: auribus non sustinēs audire ob me expedibilia que sum operata. Dicaz tamen nibil negans: sed verius referaz supplicans te prius vt non deficias orare pro me: vt misericordiā inuenire merear in die iudicij. Et senex suffusus lachrymis flebat. Tūc cepit narrare ea que de se erāt ita dicens. Ego pater patriam habui egyptum: parentibus autem meis viuentibus: duodecimū etatis gerens annum affectum illozum spernens i alexandriam veni. Et quomodo virginitatem meam in primis violauerim. ⁊ qualiter indesinenter ⁊ insatiabiliter vitio libidinis subiugata iacuerim: erubesco consiederare hoc enim non breue est dicere: citius tamen dicam: vt cognoscere possis vtij mei ardorem: quem in amorem stupri habui. Decem ⁊ septem ⁊ eo amplius annis publico astans loco pessimum mei corporis exercebaz negocium: tradens volentibus irrecusabiliter carnis mee pudorem: repellens a me omne acquisitionis lucrum. Unum tantum mihi erat lucrum luxuriosam acquirere vitam. Nam ludus ⁊ ebrietatuz amicicie mihi pro thesauris videbantur. Multotiens oblata recusabam: vt amplius acquirerem pessimi mei desiderij amicos: ⁊ hoc non quasi locuples faciebam: sed egestatem pro diuitijs reputabam. Unus vero mihi ⁊ manus erat desiderijs ardor: procelatis conuiuijs risib⁹ atq; iocis insistere. ⁊ diebus ⁊ noctibus pessimam corporali nature iniuriam irrogare: huiusmodi enim obscenis ⁊ macilosis operibus: mee inuentutis expendidi vitam. Hoc modo mihi viuenti: vidi aliquando liberorum ⁊ egyptiorum multitudinem concurrētem quasi ad mare. reperiq; aliquem ⁊ interrogaui dicens. Ubi putas festinant isti viri qui currunt. Dixit autem mihi. In hierosolymam omnes ascendunt ob sancte crucis exaltationem: que post aliquot dies solito celebratur. Dixit autem ei ⁊ ego. Putas suscipient me: si volucro abire cum ipsis. Et ille dixit. Si habueris naulum nullus te prohibebit. Dixit ei. Vere frater naulum vel sumptum non habeo: vadam autem ⁊ ascendam in vnam nauiū quā conduxerunt: ⁊ licet noluerint enutrire me: memet ipsam eis tradam: nam corpus meum in potestate habentes pro naulo accipiant. Propterea autem cum eis volui ambulare sabba ignosce sivt multos haberem cooperatores in libidinis passione. Dixit tibi mi senex ⁊ mi abba ignosce mihi: nec me cōfusionem meam dicere compellas. Contremisco denicq;: maculant enim ⁊ te ⁊ ipsum aerem isti sermones mei. zozimas autem terram lachrymis infundens respondit ei. Dico mater mea propter deū dic: ⁊ ne permittas sequentia salutifere narratiōis. Illa autem adiungens priori narrationi addidit hec. Ille autem adolescens sermonum meorum audiens scurrilitatem ridens discessit. Ego autem fui sum quem manu tenebam proficiens: hunc em̄ post tempus cōueniebat me tenere: cucurri ad marevbi illos perspexi currentes: ⁊ vidi iuuenes aliquos stantes in littore: numero quasi decem satis corpore acerrimos: ⁊ ad id quod erat mihi placabile optimos. visos. Erant autem ⁊ alij qui iam in naues ascenderant. Impudenter autem vt mihi consuetudo erat ⁊ irreuerenter in medio eoz me dedi dicēs Accipite ⁊ me vobiscū quo pgitis: nō enim ero vobis iplacabilis. Sed ⁊ alios sordidiores proferens sermones oēs ad irridendum cōmoui. Illi aūt me rubescentem motū videntes: accipientes me in na

vbi zozimas vidit

uiculam portauerunt. Exinde nauigationem cepimus. Que autem post hec acta sunt: quomodo tibi enarrare potero pater. Que lingua dicere potest aut auris audiri ea que in nauigio vel in itinere facta sunt quomodo etiam nolentes ad peccatū miseros compellebam. Non est enarrabilis nequissima species: cuius magistra sum infelicibus effecta sceleribus. Ergo nunc satisfactus esto: q̄ stupeo quomodo me harum iniquitatū luxurias mare illud sustinuit: quomodo non aperuit terra os suum & in infernū me viuentē demersit: que tantas in laqueum duxi animas. Sed profecto deus qui neminē vult perire sed omnes saluos fieri expectauit penitētiam meam. Non enim vult mortē peccatoris sed longanimiter expectat sustinens conuersatōez. Sic namq̄ cū magna festinatione ascēdimus hierosolymam: & quantos quidē dies sancte crucis festiuitatem in ciuitate commorata sum: similiū vacaui nequissimis operibus: magisq̄ prioribus. Nō enim sufficiens fui iuuenibus mecum in naui luxuriantibus & in itinere sed & alios multos peregrinos & ciues in opus sceleris mei congregans coinquinaui seducens. Quādo autem venit sancte exaltationis p̄ciose crucis festiuitas: ego quidem sicut & prius p̄bam: inuenū illaqueans & capiens aias. Vidit autē primo diluculo omnes ad ecclesiā vnanimiter concurrētes: abij & ego currens cū properātibus: & veni cum illis in atrium templi. Et cum venisset hora exaltationis dominice crucis impingebam & impingebar: repellebarq̄ quodammodo festinans ingredi cum populo conāter vsq̄ ad ianuā templi: cum bis qui ingrediebant tamen cum magna laboris tribulatione appropinquabam & ego infelix. Quando aūt ianuaz ingredi volebam: illi quidē oēs sine impedimento ingrediebantur: me aūt diuina aliqua virtus p̄hibebat: nō indulgēs introitum. Hoc igit̄ repulsa eiciebar foras & ejecta sola inueniebar in atrio stans. Cōsiderans autem per mulierem impotentiam mihi hoc euenire: iterum me alijs miscendo vim mihi quodammodo faciendo introcūdi: sed nūmirū laborabā inuacuū. Ut em̄ limina vestigio cōtingebā: oēs interius respiciebam nullum impedimētū habentes: me autē solam non recipiebāt: sed quasi multitudo miliaris effecta vt ingredienti mihi aditum clauderet: ita me repētina virtus quedam p̄hibebat: & iterum inueniebar in atrio. Hec ter & quater passa: & facere conans: & nihil proficiens: desperans de cetero et amplius nusq̄ progredivalens factum quippe fuit corpus meum a vi. cōpromittentiū valde cōfractū. Recedēs itaq̄ inde in angulo atrij cōstiti: & vix aliquando quā ob cām p̄hibebar videre viuificuz lignum in cogitationē reduxi. Tetigit eum mētem & oculos cordis mei intellectus salutis: recogitans q̄ squallidi actuum meorū scelera mihi introeundi aditum obseruabant. Cepi igit̄ flens nimiū cōturbari & pectus meum tondere atq̄ suspiria de p̄fundo cordis proferēs: gemēs & eiulans p̄spexi in loco in quo stabam: sursum imaginē sancte dei genitricis stantē: & aīo ad eā intēte & inclinanter intendēs. Domina virgo sancta maria: q̄ deū verū & carnē genuisti scio em̄ scio: q̄ nō est cōcedēs nec oportunum: sic horridā me & peccatricē adorare sacram imaginem tuā: vel contēplari oculis tantis sordib⁹ pollutis: que semp virgo esse dignosceris: castaq̄ corpore & anima munda existis & imaculata. Justū est enim luxuriosam me a purissima castitatis tue mūdicia: abominari & projci. Tamē q̄m[vt audiui]ob hoc deus homo factus est: quē ipsa digna genuisti: vt peccatores vocaret ad penitentiā: adiuua me solitariam: & nullū habentē adiutoriuz p̄cipe: & mihi licentiam tribue ecclesie patefactuz ingredi aditum: non effeciar aliena a visione p̄ciosissimi ligni in quo affixus est deus & homo quē virgo concipiens ipsa virgo peperisti: q̄ propriū sanguinez promca dedit liberatione. Jube dña & mihi indigne ob diuine crucis saluatorem ianuam tēpli patefieri & te ex te genito cbristo dignissimā da fideiussorē q̄ nunq̄ vltra meam carnem quo inquinabo p̄ horrenda cōmixtionuz ludibria: sed mox vt filij tuivirgo sancta videro lignuz: seculo & actibus eius cum omnibus que in eo sunt statim renuncio: & cōtinuo egrediar vbicūq̄ ipsa vt fideiussor me direxeris. Hec dicens: & quasi aliquam satisfactionē recipiēs fidei succensa calore & de pietate visceribus dei genitricis p̄sumēs moui me de codē loco: in quo stās feci orationem & veniens iteruz ingredientibus me miscui. & vltra non erat qui me repelleret: vel qui me prohiberet appropinquare me ianuis tēpli. Accepit ergo me tremor validus & extasis: & tota ex omnibus tremebūda turbabar. Itaq̄ contingentem me ad ianuam cuius mihi aditus primo claudebat [quasi omnis virtus: que prius ingredi me prohibebat]post autē viam ingrediendi p̄pararet ita absq̄ impedimēti molestia introiui: & sic intra sancta sanctoz̄ recepta suz & p̄cioſi acviuifici crucis ligni adorare mysterium digna habita sum: & tunc vidi dei sacramenta: & qualiter est paratus suscipere penitētes. Tunc projciens me pronam in terrā: & sanctuz illud oculans pauimentū exibam. Currens autem ad illā que me fideiussit veni restans. Coniunxi me igit̄ in vltimum locū vbi fideiussionis conscriptū est chirographū: & genu curuans coraz imagine sancte virginis dei genitricis: bis p̄cata sum verbis. Tu quidē semper o benignissima domina tuam ostēdisti pietatis misericordiā: tu indignā supplicationē non p̄iecisti: vidi gloriaz quā peccatores merito non videmus. Gloria omnipotēti deo: qui p̄ te suscipit peccatorū penitentiā. Quid amplius peccatrix & misera valeo recordari aut enarrare. Tēpus est iam implere quam fidē ditioni tue placitā. Nunc vbi tibi cōplacet dirige me. Esto mihi salutis ductrix & veritatis magistra: p̄cedens me in viam que ducit ad penitentiaz. Et hec dicens audiui vocē alicuius a longe clamantis & dicentis. Jordanē si transieris bonam inuenies requiem. Ego autem hanc vocem audiens & pro me factā credens lachrymas exclamaui & ad dei genitricis imaginē prospiciens sicvo ciferata sum. O domina & regina totius orbis per quaz humano generi salus aduenit: noli me derelinquere. Et hec dicens de atrio templi sum egressa: & festinanter ambulabā. Exeunte autez me vidit me quis & dedit mihi tres nūmos dicens. Accipe hos nūmos. ego autē accipiens: tres ex eis panes comparaui: & hos accepi benedictioni mei itineris cōgruos. Interrogaui autē eū qui panes vendebat: vnde & qualis via esse noscitur que ducit ad iordanem. Et cognoscens portaz ciuitatis que in illa parte pergit: currens iter agebam plorans. interrogationi aūt interrogationē annectēs: reliquum dici cōsumpsit iter, p̄sperans: erat em̄ hora diei iam tertia: quando p̄ciosam & sanctā crucem videre merui. Et sole iam ad occasuz declinante: ecclesiā beati Jobannis baptiste positam iuxta Jordanē conspexi & in eodem tēplo ingressa adorans non continuo in Jordanem descendi: & ex illa sancta aqua: manus & faciem laui. Cōmunicaui autē viuifica & interpretata cbristi domini sacramenta: in eadem sancta p̄cursoris & baptiste Jobannis basilica et tunc vnius panis medietatem comedi: & ex aqua bibi noctu in terra quiescens. Lucescente crastino in partem aliam transiui: & iterum petij ductricem meaz virginē Mariā vt mihi dirigeret vbi ei placitum esset. Deueni aūt in hac solitudine: & tunc vsq̄ hodie elongaui fugiens: expectans deum meū: qui saluos facit a pusillo animo. i. [procella]eos qui cōuertuntur ad ipsum. Zozimas autē dixit. Quot anni sunt o domina: ex quibus banc inhabitas solitudinem? Respondit mulier. Quadraginta septē anni sunt vt p̄sidero. ex quo de ciuitate egressa suz. Dixit aūt Zozimas. Et quid inuenire ad esum potuisti o mea dña? Rsidit mulier. Duos semis quidē panes deportans. Jordanem transmeaui: qui post modicum arefacti quasi lupides obdurauerūt: ex q̄bus modicum quid vsq̄ ad aliquos annos comedens transegi. Dixit autem Zozimas. Et sic absq̄ dolore transisti tanti temporis longitudinem: nihil repentine immutationis conturbantis te sentiens calorem. Et illa dixit. Rem nunc me interrogas quam dicere valde contremisco. Si ad narrationem veneris tantorum que sustinui periculoz & cogitationum que inique conturbauerunt me: timeo ne iterū ab eisdem tribulationem patiar. Dixit Zozimas. Nihil relinquas o domina quod non indices. Semel em̄ in hoc te manifestam cognouimus: per ordinez pro omnia te indiminute oportet nos edocere. Illa autem dixit ei. Crede abba decem & septem annis feris immansuetis & irrationabilibus reluctans desiderijs: dū cibū initiabam desiderio mihi erant carnes: concupiebaz pisces quos egypt⁹ habebat: desiderabā etiā vinū delectabile mihi. Multuz enim delectabar in vino & supabundātius vsq̄ ad ebrietatez bibebam: & tūc mihi erat valde in desiderio: eo q̄ multo vtebar dū essem in seculo. Hic aūt iquā oino gustandi nō habēs vsum vehemētissime vrebar: & sustinebam necessitatis periculuz. Fiebat autem mihi & de luxuriosis canticis nimium desiderius perturbans & reducens ad memoriā demoniorum cantica decantare que in seculo didiceram. Odor autem lachrymans & pectus meuz manu percutiens: meipsam ad memoriam reducebam de cōuenienti fide ditionis quam feceram: egrediens contra banc solitudinem. Veniebam autem per cognitionem ante imaginem dei genitricis Marie que me & in fide sua suscepit: & ante illam plorabaz vt effugaret a me cogitationes: que miserimā meā animam affligebant. Quando autez superflue dolenterq̄ lachrymabar: & viriliter pectus meum tūdebam: tunc videbam lumen vndiq̄ circunfulgens me: & serenitas mihi quedam stabilis mox fiebat. Cogitationes autem que ad fornicationem iteruz iterumq̄ compellebant me: quomodo tibi enarrare possum? Abba ignosce. Ignis intus infelix corpus meum nimis succendebat: & totam me per omnia exurebat: & ad desiderium cōmixtionis tradebat. Dum mihi ergo talis ascenderet cogitatio p̄sternebam meipsam in terraz: & lachrymis terrā infundens ipsaz mihi veraciter astantē videbam: que me fideiusserat minantē mihi compellationē quasi p̄uaricanti: & penas prevaricationis imminentes ira mucronis contra me agentes. Non autem ante surgebam de terra: nisi prius illa dulcissima lux illuminare me solito: & cogitationes perturbantes me effugaret. Semp itaq̄ cordis mei oculos illam fideiussorē meā sine cessatione erigebā deprecans eam auxiliari mihi in hac solitudine: & penitētie baculi adiutricem & coadiutricē ipsaz que genuit castitatis autorez: & sic decē & septē annoz̄ curriculo periculis multis[vt dixi]reluctans. vsq̄ hodie adiutoriuz meum dei genitrix mihi astitit virgo benedicta per omnia & in omnibus me dirigēs. Dixit autez Zozimas. Unde exhibuisti cibū aut vestimentū? Et illa dixit. Panes quidem illos sicut dixi expendens per decē & septem annos: deinceps nutriebar herbis que inueniebantur per solitudinez. Indutuz autez quod habui transmeato iordane nimia vetustate scissum & consumptuz est. Ultrā autem glaciali frigore estuq̄ ardore necessitatem sustinui: concremata estus incendio & nimio frigoris gelu rigescens corpore & tremens multotiens et in terraz cadens: pene absq̄ spiritu iacebam immobilis multis & diuersis necessitatibus & tentationib⁹ imminēs reluctans. & ab illo die vsq̄ ad hāc virtus dei multis modis animā & corpus meū custodiuit. Recordās enim de quārtis malis liberauit me dñs esca enutrior inconsummabili & satietatis possideo epulas spez salutis mee. Nutrior autē & cooperior tegmine verbi dei qui p̄tinet oīa. Non in solo pane

vinit bō ⁊ nō habentes operimētū pētētes circundati sunt tegmine hiȝ q̄ se pcti expoliauerūt tunicaȝ Audiens autē ȝozimas quoniā scripturaruȝ testimonia proferebat ex libris Moysi videlicet: beati Job: siue psalmoruȝ dixit ad eam. Psalmos o mater didicisti: vel alios libros sacre scripture legisti. Illa autē hoc audiens subridens dixit ad eū. Credē mihi pater non vidi dominez ex quo iordanez transiui nisi te hodie: sed neq̄ feram aut aliud animal qualecunq̄ ex quo in hanc deueni sollitudinez. Litteras autem nunq̄ alicubi didici: sed neq̄ psallentem neq̄ legentes aliquē auscultaui. Sermo autē dei viuus ⁊ efficax est intellectuȝ intrinsecus docens humanum. Hucusq̄ finis eoruȝ que in ea sunt. Nunc autē obsecrans queso te per sȝincarnationez verbi dei: vt ores pro me luxuriosa. Et cuȝ hec dixisset cucurrit senex ⁊ genu flexo in terram prosternens se cum lachrymis exclamauit dicens. Benedictus deus qui fecit mirabilia magna solus gloriosa ⁊ vehementer stupenda quibus non est numerus. Benedictus es domine de⁹ qui ostendisti mihi quanta largiris timentibus te. Vere enim non derelinquis querentes te domine. Illa autē apprehendens senē non permisit in terraȝ perfecte prosterni sed dixit ei. Hec que audisti homo obtestor te per dominū nostruȝ Jesum christuȝ saluatorē nostrū: nemini dixeris quoadusq̄ de⁹ de vinculo carnis absoluat me. His omnib⁹ acceptis vade in pace: ⁊ iteruȝ hoc codē tēpore transeunte anno apparebo tibi: ⁊ videbis me dei nos gubernante gratia. Fac autē propter dominū quod nūc tibi iniungo. In sacris ieiunijs recurrentis anni futuri non transeas Jordanez vt consuetudinē habetis agere in monasterio. Stupebat autē ȝozimas audiens quoniaȝ ⁊ canonē siue regulaȝ monasterij edicebat nihilq̄ aliud clamabat: nisi gloriam deo qui maiora iaȝ petentibus ⁊ diligentibus se largit. Illa autē dixit. Sustine vt dicam abba in monasterio neq̄ enim ⁊ si volueris exire quoq; valebis. Verum autē sacratissime dom'nice cene accipe diuinū corporis ⁊ viuifici sanguinis portionez in vase sacro: dignoq̄ tanti mysterij: ⁊ afferens sustine me in parte Jordanis que cōiungitur seculo: ⁊ veniēs viuifica accipiā dona. Et quo eniȝ in ecclesia beatissimi p̄cursoris priusq̄ transirem iordanē cōmunicaui: deinceps vsq̄ nunc nunq̄ cōmunicaui: nunq̄ vsq̄ nunc sanctificationis huius vsā sum sacramētis: ⁊ ideo deprecor deprecationez meam non negligas sed affer[vt dixi viuifica atq̄ diuina mysteria: illa hora qua dominus discipulos diuine cene participes fecit. Johanni autē abbati monasterij in quo habitas dicito. Attende autē tibiipsi ⁊ gregi tuo: aliqua enim fiunt tibi digna emendatione: sed nunc nolo te ea tibi edicere: sed quādo tibi p̄cepit dominꝰ. Hec dicens ⁊ orationez a sene postulās ad interioreȝ sollicitudinez velocius festinauit: ȝozimas autē prosternens se osculabaꝰ terre locum in quo eius vestigia steterant dansq̄ gloriam deo immensasq̄ gratias agens reuersus est laudans et benedicēs dominū nostrū Jesum xp̄m. Iterū ergo remeans per viam solitudinis coniunxit se fratribus in monasterio eo tēpore quo reuerti consueuerant hi qui ibidem morabantur. Et totuȝ quidē annū illum tacuit nihil audens ex his que viderat enarrare in seipso autē deprecabatur deum vt iterū ei ostenderet desiderabilē vultum. Suspirabat aūt annualis cursus considerās tarditatē. Quādo ergo aduenit sacra ieiuniorum initiata dūica: mox post solitā orationē alij quidem psallētes exierunt. ipse aūt modicā febris infirmitate detētus mansit intus in monasterio. Recordatus est aūt ȝozimas sctē illius p̄dictū sibi sermonē: q̄ neq̄ volens exire valebis. Aliquātis aūt elapsis diebꝰ ab infirmitate subleuatus in monasterio p̄uersabaꝰ. Qñ aūt monachi sunt reuersi ⁊ p̄iuncti vespere sacrate cene dominice fecit qd ei iussus fuerat: ⁊ mittēs in modico calice intemerati corpis xp̄i portionē p̄ciosi sanguinis dñi nostri iesu xp̄i posuit in canistro caricas modicas ⁊ palmarū fructus. i. dactilos ⁊ parū lēticule aquis infuse: ⁊ venit tarde hora iaȝ vespera ⁊ ad litus iordanis sedebat: ⁊ duētū postulans sancte mulieris. Beatissima aūt illa tardāte ȝozimas nō dormitauit sed sollicite attēdebat solitudinē sustinens qd videre desiderauit. Dicebat aūt senex in semetipso. Nūquid veniēs nō me inuenit ⁊ reuersa est? Hec dicēs flebat: ⁊ oculos eleuans in celū supplicter deū deprecabaꝰ dicens. Non me alienes dñe videre iterū quaȝ videre me tribuisti nōvadāvacuus peccata mea portās in increpatione. Hec orās cum lachrymis alia in euȝ cogitatio incidit. Quid inq̄t ⁊ si venerit faciet? Quō transiet iordanē q̄ nauicula non est? Qualiter aūt ad me indignū perueniet. Heu me infelicē: heu quis me taȝ iuste speciei alienauit visu? Hec sene cogitante: ⁊ ecce illa sancta adueniēt: ⁊ in parte alia fluminis stetit: ȝozimas autē videns eam surrexit gaudēs ⁊ exultans nimis glorificans deū. Lucrantē aūt certaminis in eius fluctuabat cogitationis intētione: q̄ nō pōt iordanis transire fluēta. Et respiciēs senex vidit eaȝ vexillo crucis aquas iordanis signantē. Totā tunc noctis tenebras splendor illuminabat lune: q̄ tps recursus illi⁹ tunc erat. Statim aūt vt signū crucis ipsa fit ascēdit sup aquas: ⁊ ambulās sup liquidū equoris fluctuȝ veniebat quasi p̄ solidū iter ȝozimas autē stupēs genua flectere nitēs clamās dñe sup aquas mulier p̄bibuit eū dicēs. quid facis abba: q̄ sacerdos dei es ⁊ diuina portas mysteria. q̄ statim obediuit dicēti. Illa autē descēdēs de aquis dixit sen. Bñdic pater bñdic. Ille aūt cū magna festinatiōe rñdit[stupor eniȝ nimis inuaserat eū in tam glorioso miraculo ⁊ dixit. Vere non mentiꝰ deus qui pollicitus est sibi similes esse eos qui semetipsos purificant. Gloria tibi dñe iesu xp̄e deus noster q̄ ostēdisti mihi p̄ hāc ancillā tuā quātū mee p̄siderationis inferior sum mensura vere p̄fectionis. Hec dicēte postulauit mulier sanctū dicere symbolum: ⁊ sic dominicaȝ inchoare orationē. Et expleto pater noster qui es in celis. sicut mos est: pacis osculum obtulit senior ⁊ sic viuifica mysteriorū sanctorū suscipiēs dona extensis in celum manibus ⁊ ingemiscēs cum lachrymis ita clamauit dicens. Nunc dimittis ancillaȝ tuā domine p̄m verbum tuū. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Et dixit seni. Ignosce abba: ⁊ aliud petitionis mee imple mandatum. Vade nunc in monasteriū dei in pace gubernaturus. Post recursum autē anni aduenientis iterū veni in illuȝ torrētē in quo tecū prius sum locuta: prosus non omittas quin venias: ⁊ videbis me iteruȝ qualiter deus voluerit. Ille autē respondit ad eaȝ. Utinam esset possibile nunc tuas sequi vestigia: ⁊ tui p̄ciosissimi vultus visione p̄frui. Oro mater vt vnā senis petiunculam facias: ⁊ modicum cibi ex eo qō huc attuli digneris accipere. Et hec dicēs: ostendit ei quod secum detulerat canistrum. Illa autē extremis digitis lenticulam contingit: ⁊ p̄ia tollēs grana proprio intulit ori sufficere dicens gratiā spiritus: vt custodiret animē substantiaȝ ītaculataȝ Tunc dicit seni. Ora pro me dominū ⁊ mee infelicitatis memor esto. ille pedes eius sanctos contingēs: cum lachrymis deprecabatur vt oraret pro ecclesia ⁊ imperio ⁊ pro se: ⁊ dimisit abire flens ⁊ eiulans. Non enim audebat eaȝ multuȝ detinere: que necsi vellet poterat detineri. Illa autem iterū crucis impressione. Jordanē signans ascēdit ambulāsq̄ sup liquidum iordanis elementū transiuit sicut antea veniēs fecerat. Senex autē reuersus ⁊ gaudio ⁊ timore nimio repletus: semetipsuȝ reprehēdebat penitens quia nomē sancte vt cognosceret non inquisiuit sperabat tamē hoc aduenienti consequi anno. Transacto autē eodē anni cursu: venit iteruȝ in vastaȝ deserti solitudinē. Expletis omnibus sm consuetudinē festinans: ad illam gloriosam visionē intuēdaȝ: pambulansq̄ sollitudinis iter: ⁊ inueniēs aliqua cupiti loci indicanda. signa: dextra leuaq̄ aspicies: intuitumq̄ oculoruū deducēs. lustrabat vti q̄ ficut sciētissimus venator: si cubi suauissimā reperiaȝ cōprehēderet feram. Cuȝ vero nullo modo aliquid quaqua versum conspiceret: cepit seipsum lugēs infundere lachrymis. Tunc eleuās oculos orā do dicebat. Ostēde mihi domine in corpore angelū cui totus comparari non dignus est mundus: hoc orando venit ad locū qui in similitudinē fuerat designatus torrētis: ⁊ in extremo eius stans vidit corpus sancte mortuū iacens: ⁊ manus ac pedes vt opz compositas: ipsuȝ vero corpus ad orientē aspicies. Currēs igitur lachrymis lauit beatissime pedes: non enim aliud corporis eius mēbrū audebat contingere. Lachrymans autē aliquādiu ⁊ ipsalmos dicēs tēpori ⁊ rei congruētes fecit sepulture oratiōnē ⁊ dicebat sibiipsi. Forsitan non cōplacet sancte hec fieri. Hec eo cogitante: ⁊ designata scriptura erat in terra vbi hec legebantur. Sepeli abbaꝰ ȝozima: misere Marie corpusculuȝ: ⁊ redde terre qō suuȝ est ⁊ puluerē adhīce pulueri. Ora tamē p̄ me ad dominuȝ. Transiente mēse parmanothi sm egyptios: qui est sm Romanos aprilis: die nona nocte ideſt quinto idus aprilis salutifere passionis: post diuine ⁊ sacre cene communionē. Has litteras senex cum legisset: cogitabat quidē prius: quisnam esset qui scripsit: illa enim vox vt dixerat litteras ignorabat: in hoc tamē valde erultans gaudebat: quia eius sanctum didicit nomē. Cognouit vero q̄ mox vt diuina mysteria in Jordane participauit: eadē hora in locum illuȝ venit: vbi mox de hoc mūdo transiit: ⁊ idē iter quod ȝozimas p̄ viginti dies ambulans vix consummauit laborans: vnius horē cursum. Maria consumpsit: ⁊ statiȝ migrauit ad dominuȝ. Glorificans autē dominū ȝozimas ⁊ lachrymis corpus eius infundēs: tēpus est inquit miser ȝozima: quod iussum est p̄fice. Sed quid faciaȝ infelix: quia vnde fodere valeam non habeo. Deest sarculus: non est rastrum: nihil ex omnibus premanibus habetur. Hec eo in corde suo dicente: secrete modicum conspexit lignum iacēs, quod assumēs cepit fodere. Valde autē dura erat terra ⁊ valde fortissima: ⁊ nequaq̄ valebat senex fodere illam: quia ⁊ ieiunio confectus ⁊ longi itineris fatigatione nimis erat defectus. Laborabat enim ⁊ suspiriȝ nimis vrgebatur: ⁊ sudoribus madefactus ingemuit graniter: ex ipso cordis sui profundo. Et respiciēs vidit ingētis forme leonē: iuxta corpus sancte stantē: ⁊ eius plantas lambentē. Videns autē pauore contremuit: pre pauore grandissime fere illius: precipue: quia audierat sanctaȝ dicentē: quia nunq̄ aliquam ibi feram viderat. Signo autē se crucis confirmauit vndiq̄ credēs quia illesum euȝ custodire valet virtus iacētis. Leo autez cepit annuere seni. blandis eum motibus salutans: ȝozimas autē dixit. Quoniā a deo missus venisti o maxime ferarum: vt huius dei famule corpus terre cōmēdet: opus erpic officij. Et iussit leo nē sepelire eius corpus. Ego enim inquit senectute confectus non valeo fodere: sed nec cōgruum quid habeo ad opus exercendum. ⁊ iterū itineris tāti longitudinē properare non valeo vt afferā: tu diuino iussu hoc opus cuȝ vngulis facito. vt cōmēdaꝰ terre hoc sanctuȝ corpusculū. Continuo autē iuxta senis sermonē: leo cū brachijs ⁊ vngulis suis fecit foueam quātum ad sepeliendū sancte corpusculum posset sufficere. Senex vero lachrymis pedes eius abluens ⁊ multipliciter effusa prece exorans p̄ omnib⁹ eam nunc amplius exorare operuit terra corpusculum astante leone. sicut repererat nudum. ⁊ nihil aliud habens: nisi illud sciſſum vestimentum quod ei iam antea proiecerat ȝozimas ex quo vestimēto necessaria corporis mēbra contexerat. Tunc recedūt pariter. ⁊ leo quidem in interiora solitudinis quasi ouis māsueta discessit, ȝozimas autem re

uersus est in monasterium suum: benedicens ⁊ sanctificans deum: ⁊ hymnum laudis decantans christo domino nostro. Veniens autem in cenobiū: fratribus ab initio cuncta retulit: nihil abscondēs ex omnibus que vidit ⁊ audiuit: ita vt omnes audientes magnalia dei: nimio stupore admirarētur: ⁊ cuz timore ⁊ amore magnaq; fide celebrarent beatissime huius transitus diem. ¶ Iohannes autem abbas inuenit quosdam emendandos iuxta sancte illius sermonem: ⁊ dos miserante deo conuertit. Zozimas autem in eodem degens monasterio: implcuit annos centum: ⁊ tunc migrauit ad dominum in pace: gratia domini nostri Jesu christi: cui est cum coequali patre gloria bonor ⁊ imperium: vna cuz sancto vtuificatore ⁊ adorando spiritu: nunc ⁊ semp in secula seculorum. Amen.

¶ Finit vita beate Marie egyptiace.

¶ Incipit vita sancte Marine virginis.

Uit frater quidaz secularis: habēs vnicam filiam paruulam. Ipse vero conuerti cupiens cōmēdauit eā cuidam parenti suo: ⁊ in monasterium [quod longe erat a ciuitate per miliaria triginta duo] ingressus proficiebat opus monasterij: ita vt abbas eius pluscq; cereros qui in monasterio erant eū diligeret: eo q; fidelis esset ⁊ obediens. Contigit autem post aliquod tempus vt recordaretur charitatis filie sue: ⁊ cepit contristari atq; affligi intra se. Et cum per multos dies hoc faceret: vidit eum abbas eius tribulatum ⁊ dixit ei. Quid habes frater: q; sic tristis ambulas. Dic mihi: ⁊ deus qui consolatur omnes dabit tibi auxilium. Tunc ille procidens cum lachrymis ad pedes eius ait. Habeo vnum filium in ciuitate quem reliqui paruulum: ⁊ recordatus affligor propter eum. Et nolui abbati indicare: eo q; puella esset. Abbas vero eius hec ignorans ⁊ nolles eū amittere: quia necessarius erat in monasterio: dixit ei. Si diligis eum vade ⁊ adduc eum huc ⁊ sit tecū. Et abiens addurit eam dicebatur autem marina: ⁊ mutauit ei nomen: ⁊ vocauit eum marinum: ⁊ dedit eam ad discendas litteras intra monasterium: ⁊ erat cum ea. Et nullus cognouit de fratribus q; puella esset: sed vocabant eam omnes marinuz. Et dum esset annorum quattuordecim cepit eam docere pater suus viam domini: ⁊ dicebat ei. Vide filia vt nullus cognoscat mysterium tuum vsq; in finem tuum: ⁊ sollicita sis ab insidijs diaboli: ne sedu caris ab eo: ⁊ istud sanctum monasterium per nos solui videatur: ⁊ in conspectu christi ⁊ coraz sanctis angelis eius: cum impijs eternam damnationē accipiamus. Et alia multa dicebat eam per singulos dies de regno dei. Cum autem facta esset annorum decem ⁊ septem: defunctus est pater eius. Remansit autem sola in cella patris sui. ⁊ erat obediēs omnibus in monasterio: ita vt ab abbate suo ⁊ ab omnibus diligeretur. Habebat autem monasterium par boum ⁊ currum: aut bigam: quia vicinum habebat marevbi erat emporium ad tria miliaria: ⁊ ibāt monachi ⁊ afferebant que necessaria erāt monasterio. Una ergo die dixit abbas ad marinuz. Frater marine quare ⁊ tu non vadis cum fratribus ⁊ adiuuas eos? Que respondit: vt iubes pater. Erat autem iuxta viam homo manens nomine pandorius per quem fratres ibant ⁊ reuertebantur. Et cepit frater marinus frequenter pergere cū curru ad opus sibi iniunctum: ⁊ vbi tardior euenichat hora ad reuertendum: manebat in domo ipsius pandorij cum ceteris monachis. Pandorius autem habebat filiam virginem ad quam ingressus miles per insydias diaboli concubuit cum ea: ⁊ concepit de illo milite: ⁊ dum cognitum fuisset a parentib⁹ ei⁹: ceperunt affligere filiaz dicentes. Dic nobis a quo concepisti? Respondit eis. De illo monacho qui dicitur frater Marinus: qui hic frequenter cum curru mansit: ipse me, oppressit: ⁊ concepi. Statim autem parentes aius perrexerunt ad monasterium: ⁊ dicunt abbati eius. Ecce domine abba quid fecit monachus tuus Marinus: quomodo decepit filiā nostram. Dixit eis abbas. Quid dicitis? Et iussit eum vocare. Et veniente eo dixit ei abbas su⁹. Frater Marine tu hoc scelus operatus es in filiam eorum. Stans vero diutius ⁊ cogitans intra se: ingemiscensq; dixit. Peccaui pater mi: penitentiaz ago pro hoc peccato: sed queso te intercede pro me ad deum, vt hanc proficere possim. Abbas vero ad iracundiam commotus iussit eam contundi ⁊ affligi: ⁊ ait. In veritate dico tibi [quia hoc malum operatus es] hic nobiscum non manebis in hoc monasterio. Et proiecit eam foras. Ipsa vero nulli vnq; confessa est mysterium suum: sed abiens iactauit se ante fores monasterij: ⁊ iacebat super terram in penitentia affligens se: tanq; si ipsa peccasset: ⁊ ingredientibus fratrib⁹ postulabat: vt vna bucella panis ei daretur. Hoc faciens per quattuor annos: nō recessit de foribus monasterij. Pādorij vero filia perperit filium masculum: ⁊ ablactauit eum ⁊ addurit euz mater puelle secū: ⁊ posuit eū ibi ante monasterium: ⁊ dicebat ei. Ecce frater Marine: quō nosti nutri filium tuū. Et reliquit eum ibi: ⁊ abijt. Sancta virgo Marina: suscipiens eum tanquam proprium filium de ipsa bucella panis quam accipiebat ab introeuntibus monasterium nutriebat filium alienum. Factum est autem hoc: per duos alios annos. Postmodum vero videntes fratres misericordia compuncti ingressi ad abbatez rogare ceperūt vt eum reciperet in monasterium: dicentes. Abba indulge. ⁊ suscipe fratrem marinū. Ecce quinq; anni sunt q; in penitentia ante ianuā monasterij iacet ⁊ non recessit vnq; hinc. Suscipe eum in penitētia sicut p̄cepit dñs noster iesus xp̄s. Vix tādē coegerūt eum, ⁊ iussit ingredi ⁊ vocauit eam ad se ⁊ ait. Pater tuus fuit vir sanctus [quod tu nosti] ⁊ paruulū introduxit te in hoc sanctum monasterium: ⁊ non est operatus aliquid mali quod tu cogitasti ⁊ fecisti: nec aliquis in hoc sancto monasterio. Nunc autem ingressus es tu cum filio tuo quem de adulterio habes. Unde oportet te multum penitere. Etā de enim peccatum fecisti: ⁊ hoc tibi iubeo vt omnes immundicias monasterij tu solus eijcias: ⁊ aquam ad necessaria purganda tu portes: ⁊ calcia rium omnibus per singulos dies tu perficias: ⁊ omnibus seruias. In hoc enim habebis gratiam meam. Sancta virgo liberissimo animo hec suscipiēs omne opus quod ei iussum fuerat perficiebat. Cōtingit autem eam intra paucos dies dormire in domino. Euntes autem fratres nunciauerunt abbati dicentes. Frater marinus defunctus est: dicit eis abbas. Uidete fratres quale peccatum fuit: q; nec penitentiam meruit implere. Sed tamē ite ⁊ lauate eum ⁊ sepelite longe a monasterio. Euntes autem dum lauarent eam cognouerunt quia mulier esset: ⁊ ceperunt omnes emittere voces: ⁊ contundentes se clamabant: quia talis conuersatio ⁊ patientia sancta inuenta est in ea. Cuius mysteriuz nullus agnouit: cum sic ab eis afflicta fuisset: ⁊ venientes cum lachrymis dicunt abbati. Abbas veni ⁊ vide fratrem Marinū: dicit eis. Quid est, hoc fratres. Dicunt ei iterum. Veni ⁊ vide mirabilia dei: ⁊ quid de te agas. Ille territus perrexit ⁊ venit vsq; ad corpus: ⁊ leuantes pallium vnde cooperta erat vidit quia mulier esset. Et mox cecidit ⁊ caput suum percutiebat in terra: ⁊ vociferabatur dicens. Coniuro te per dominum nostrum iesum christum: ne me condemnes ante conspectum dei eo q; afflixerim te: quia ignorās feci. Tu domina non dixisti mysterium tuū: ⁊ ego non cognoui in veritate sanctam conuersationem tuam. Si enim cognouissem: te nunq; afflixissem. Et iussit sanctum corpus eius intra monasterium in oratorio reponi. Eadem autem die puella illa cuius filius erat arrepta a demonio venit ad monasterium: ⁊ confitebatur crimē quod admiserat: ⁊ de quo viro concepisset: ⁊ septima die repausationis eius in domino ibi intra oratoriuz liberata est a demonio. Audientes autem qui erant in ipso emporio: ⁊ vicina monasteria mirabilia que facta fuerant: accipientes cruces ⁊ cereos cū hymnis ⁊ canticis ⁊ psalmodia benedicētes deum: venerūt in eodem monasterio: ⁊ ingressi oratorium vbi corpus eius requiescebat benedixerūt deum: vbi [q; modo] deus orationibus sancte virginis multa facit mirabilia: ad laudem ⁊ gloriam nominis domini: qui cum eterno patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorū. Amē.

¶ Explicit vita sanctissime Marine virginis.

¶ Incipit prologus in vitā sancte Eufrosine virginis: ⁊ primo de interpretatione nominis eius.

Ufrosina dicit quasi effra ⁊ syna. Effra dicitur videns vel fructifera vel fertilis. Sina dicit mēsura vel mandatum vel rubus. Ipsa enim fuit videns in cōtemplatione: fructifera ⁊ fertilis in bonorum operatione: mensurata in temporalium necessitatum ꝓceptione: mandatum sc̄z seruans in obediētie obseruatione: rubus in castitatis germinatione. Uel dicit Enfrosina quasi eufrosia. Eufrosia autem est herba medicinalis ⁊ valet contra caliginem oculorum. Sic eufrosina verbis: vita ⁊ exemplo docēdo illuminat oculos cordis nostri. Secundū nomē ei⁹ est smaragdus. Smaragdus autem est lapis nobilis ⁊ viridis perspicuus: ⁊ in frigidis regionib⁹ inuenitur. Uiriditas significat Eufrosine virginitatem: perspicuitas vite animositatem: regio frigida contra libidinis incentiuum castitatem. Hic lapis flores marcidos ad recentiam pristinam reducit ⁊ recentes conseruat. Sic Eufrosina virgo vnica marcidos peccatores orationibus suis pristine gratie restituit: ⁊ bonos ac deuotos homines in gratia pristina conseruat.

¶ Finit prologus siue interpretatio nominis eius. Diligēter autē est notandū q; in hystoria sequenti qd̄ habetur de Papbūcio laico tandē effecto monacho patre beate eufrosine. Sed supra, xv. d. ⁊ in hystoria sancti Onuffrij, lxxxij, habetur de Papbuncio anachorita.

¶ Incipit vita sancte Eufrosine.

Uit vir in Alexādria nomine Papbuncius honorabilis omnibus ⁊ custodiēs mādata dei. Hic accepit coniugē dignaz generis sui ⁊ ipsa honestis moribus plena: sed sterilis non pgebat. Uir autē eius nimis fluctuabat eo q; non haberet filiū: cui omnes facultates suas relinqueret: vt post obitū suuz bñ ⁊ pgruēter suā substātiā gubernaret. Cōiunx vero idigētib⁹ nō cessabat ministrare: nocte ⁊ die ecclesijs dei adherēs: ⁊ obsecratiōib⁹ oraās ⁊ petēs a deo dari sibi filiū maxie videns suū virū nimiū fluctuantē. Multā ēt pecuniā erogās pauperib⁹ ⁊ oratorib⁹ poscebat ipleri desideriū suū. Similr autē ⁊ vir ei⁹ circuiēs q̄rebat inuenire aliquē bonem dignū deo: qui posset p̄cib⁹ suis effectū desiderij ei⁹ pficere: ⁊ ita ambulauit ad quoddā monasteriū: qe eiusdē monasterij pr̄ magnus apud deū esse dicebat. Illicq; ingressus: ⁊ multā pecuniā offerēs: multā etiā ab abbate

fiduciam: ⁊ ab vniuersis fratribus consecutus est. Post multuz vero tēporis: indicauit abbati causaz desiderij sui compariens illi postulauit a domino dari illi fructum ventris ⁊ amborū orationes exaudiēs deus largitus est illi filiam vnam. Videns autē Papbuncius abbatis conuersationem: nunq̄ a monasterio recedebat vnde contingē suam introduxit vt benediceret ab abbate ⁊ a fratribus. Tollentes autē infantulam lacte: ⁊ facta annorū septē baptizata est: imposueruntq̄ illi nomē Eufrosina. Gaudebant aūt sup illā parētes eius: q̄ erat accepta deo: ⁊ pulchra facie. Facta igit annorū duodecim mater eius migrauit ex hoc seculo. Remansit aūt pr eius erudiens eam litteris ⁊ lectionibus: ceteraq̄ huj' mundi sapiētia. Puella vero tantā accipiebat disciplinam: vt miraret pater illius prudentiam. Opinio aūt eius peragrauit totaz ciuitatē: seu de sapiētia eius ⁊ doctrina: ⁊ q̄ nimis pulchra erat ⁊ cōposita vultu ⁊ animo. Multis aūt decertantibus cuz patre eius de ea. ad finem puenire non poterant: ipse pater tantū dixit: domini volūtas fiat. Un' autem exuperant omnes in honore ⁊ diuitijs: accersiuit patrem eius ⁊ postulauit ab eo dari filiaz eius filio suo in matrimonium. Et concedēs fieri consuete desponsauit eam illi. Post non multū vero tēporis accipiens eam Papbūcius dum esset annoz decem ⁊ octo abijt in monasteriū cum ea in quo consueuerat venire. Multamq̄ iterū pecuniam largitus est: ad necessaria fratrum dixitq̄ abbati. Fructum orationum tuaruz adduri tibi: vt ores p ea: q̄ iam ad nuptias eam tradere volo. Jussit aūt abbas introduci eā in xenodochiū monasterij: ⁊ locutus est cuz ea: benedicēsq̄ exhortatus est eaz de castitate ⁊ patiētia timoris dei. Faciens aūt ibi tres dies aurem quotidie ponebat ad psalmos: ⁊ videns singulorū conuersationē: ⁊ spirituale ppositū mirabatur eoꝝ vitam dicens. Beati sunt viri isti: qui ⁊ in hoc seculo similes sunt angelis ⁊ post hoc vitam eternam consequunt'. Et cepit cor eius sollicitans esse: ⁊ zelo timoris dei. Post tres aūt dies: dixit pabūcius ad abbatē. Veni pater vt salutet te ancilla tua: ⁊ ora pro ea: quia ambulare volumus in ciuitatē. Cūq̄ venisset abbas p̄iecit se ad pedes ei' dicens. Obsecro pater ora pro me: vt lucrer deus animā meam. Extenditq̄ manum ⁊ benedixit eam dicens. Deus qui cognoscis hominē anteq̄ nascatur: tu istius ancille curam habere dignare: vt me reat' portionē ⁊ consortiū in regno celorum. Et commēdantes se seni abierunt in ciuitatē. Pater vero illius: si aliquādo inueniebat monachū aliquē adducebat in domum suam petens vt oraret pro ea. Una aūt die anniuersaria qua ordinatus est abbas vnū ex fratribus misit ad Papbūcium: vt inuitaret eum ad solēnitatem abbatis. Qui abiens in domum eius requisiuit eum. Pueri aūt dixerunt. Processit. Audiens autē Eufrosina ⁊ aduocans illū fratrem: cepit interrogare eum. Dic mihi frater p caritate. Quanti fratres estis in monasterio? At ille frater dixit. Trecenti quinquaginta duo. Dixit ei puella. Qui voluerit illuc venire ad conuersationē vestram sanctam suscipiet ne illum abbas vester? Respondit ei. Etiam cum gaudio magno suscipit illum maxime propter vocem domini: qua dixit. Qui venit ad me non ejciā eum foras. Dixit ei Eufrosina. Omnes ne in vna ecclesia psallitis: ⁊ equaliter ieunatis? Dixit ei monachus ille. Cōiter quidam psallimus vnusquisq̄ vero ieunat: quō vult: aut q̄tum valet: vt non fiat conuersatio cōtumax volūtatis: sed propij arbitrij spontanea volūtate. Omne ergo perscrutans monachoz conuersationem: dixit ad monachū. Volebaz abire ⁊ peruenire ad huius inenarrabilis vite enormitatem: sed timeo inobediens esse patri meo: q̄ pro vana ⁊ caduca huius seculi substantia cupit me tradere viro. Dixit ei monachus. Soror non permittas: vt polluat domo corpus tuum ⁊ vt tradas talem pulchritudinez patio probrium: sed desponsa te christo: qui tibi pōt p omnibus istis transeuntibus dare regna celoꝝ ⁊ cum angelis consortiū. Occulte aūtē eries vade in monasterium: mutato habitu seculari: indutaq̄ veste monachia: vt possis euadere. Que cum audisset: placuit ei ⁊ dixit. Et quis me bz tondere? Nolebat enim a layco tondi q̄ non seruat fidē. Dixit ei monachus. Ecce pater tuus venit mecum ad monasterium: ⁊ facie: tibi tres dies aut quattuoz. Tu autē adhuc vnū de monachis ⁊ quō voles occurret tibi cum gaudio magno: hec ⁊ bis similia illo dicēte ad eufrosinā venit Papbūcius: ⁊ videns monachuz interrogauit eū dicens. Quid ad nos fastidiū sum psisti domine. Et dixit ad eū. Anniuersari' dies est monasterij: misitq̄ abbas vt venias ⁊ accipias bñdictionē. Gauisus aūt Papbūcius p̄ eufrosine: ⁊ ingressus cum monacho in nauicula: ⁊ abierunt in monasteriū. Cū aūt ibi esset: misit Eufrosina vnum fidelissimum seruulū dicēs. Vade in monasterium theodosij: ingressusq̄ ecclesiaz monachū quem ibi inueneris: adduc tecum. Misericordia aūt deinde monachus veniebat de monasterio: vendēs que secum habebat. ⁊ videns eum puer rogauit: vt veniret ad Eufrosinam. Qui cum venisset: videns eū puella: salutauit eum dicens. Ora pro me pater: ⁊ orans benedixit eam: ⁊ sedit. Dixit aūt ei. Eufrosina. Dñe mi: ego habeo patrē p̄bianum ⁊ seruum dei diuitiarū possessorē substantiosum nimis: habuitq̄ vxorem ex qua me genuit: que transiuit de hac vita vult autem pater meus p oibus rebus suis tradere me seculo huic iniquo: ⁊ ego nolo inquinari in eo. ⁊ quid faciā penitus ignoro. Totaz enī noctem sine somno ptransiui: postulans deū: vt ostēderet misere anime mee misericordiā suā. Et mane facto: placuit mihi mittere in ecclesiā ⁊ adducere vnū ex fratrib' vt ab ipso audirē v̄bū dei: ⁊ q̄d facere debeaz. Postulo autē pater pro mercede anime tue sciens q̄ a deo missus es: doce me que dei sunt. Dixit ei

senex ille. Domin' dicit. si quis nō abrenunciauerit patrem ⁊ matrē ⁊ filios insup ⁊ animā ppriam: non pōt meus esse discipul'. Et q̄d tibi possim plus dicere: iguoro tamen si potes ferre tēpta carnis relinque omnia ⁊ fuge. Facultates enim patris tui multos inuenient heredes. Ecce tapecia: ⁊ lerochomia: xenodochie monasteria vidue: pupilli: infirmi: captiui: si voluerit ⁊ placuerit patri tuo bis relinquat: tu autem sola ne perdas animā tuaz dixit ei puella. Confido in deum ⁊ in orationibus' tuis quia ad laborandū habeo pro anima mea deo auxiliante. Dixit ei senex. Talia desideria a firmitate nō declinent'. scit enim ips penitentiam agere. Dicit ei Eufrosina. Et ideo te fatigaui: vt impleas desiderium meum: ⁊ facta oratione benedicas me: ⁊ abscidas comam capitis mei. Et surgēs senex facta oratione: abscidit comam capitis eius: ⁊ induit eam tunica scematis ⁊ orans p ea dixit: deus qui liberauit omnes sanctos suos. ipse te custodiat ab omni malo. Et hec dicēs senex discessit ab ea: gaudens ⁊ glorificans deum. Eufrosina autē cogitans in semetipsa dicit. Si ambulauero in monasterio puellarum: pater meus requirēs inueniet me: ⁊ violenter trahet me inde propter sponsum meū. Proinde pgam ad monasterium virorum: vbi nullus suspicetur me esse. Et hec dicēs: proiecit vestē muliebrez. Et induit virilem. Et sero exiuit de domo sua accipiens secum quingentos solidos: ⁊ abscondit se in quodaz loco p totam noctē. Mane aūt facto venit pater eius in ciuitatem: volente autem deo statim in ecclesiam ambulauit. Eufrosina igit' puenit ad monasterium illud: vbi pater eius notissimus erat: ⁊ nunciauit abbati p ostiarium dicēs. Eunuchus quidam de palatio veniens ante ostiū stat: cupiēs loqui tecū. Egressus aūt abbas proiecit se in terrā ⁊ facta oratione sederunt: dixit ei senex. Quid est quod venisti fili? dixit ei Eufrosina. Ego quidem de palatio fui eunuchus: ⁊ desiderium habui semper conuersationē agere monachoꝝ: ⁊ ciuitas nostra non valde boc bz studium puersationis: notuz aūt factum est mihi de bona vestra conuersatione: ⁊ cupio habitare vobiscum. si placuerit vobis. Habeo enim possessiones multas: ⁊ si dederit mihi deus requiem: adducam eas huc: dixit ei senex. Benevenisti fili: ecce monasterium: si tibi placet habita nobiscum: dixit ei abbas. Quod est nomen tuum. Dixit ei Smaragdus. Dixit ei senex. Juuenis es non potes solus sedere: opus est tibi habere magistrū: vt doceat te regulam ⁊ conuersationem monachorum. Dixit abbati. Sicuti iubes domine mi pater: sic faciam: ⁊ protulit quingētos solidos dedit q̄ in manu abbatis dicēs. Accipe pater interim istos si videro quia possum sufferre hic: veniant ⁊ illa reliqua. Vocauit aūt abbas vnū fratrem Agapitū nomine: virum sanctū ⁊ compassibilē: ⁊ tradidit in manu eius smaragdū ⁊ dixit ei. Ecce modo dicerit filius tuus ⁊ discipulus talem euz configna: vt exupe ret magistrum: ⁊ flexis genibus facta oratione consignauit eum: ⁊ respondentes oēs dixerunt. Amen. Suscepit eum agapitus in cellaz suā ⁊ q̄ habebat vultum decorū smarugdus: dū veniebat in ecclesiā ad deprecandum dominū multos illoz diabol' exercitabat aduersus decorē vultus eius p malas cogitationes: ita vt omnes molesti essent abbati: qui talem pulchritudinē duriss̄et in monasterium. Hec audiens abbas: vocauit smaragdum: ⁊ dixit ei. Fili pulchra est facies tua: timeo ne sit ruina infirmis fratribus: placeat nobis: vt sedeas solus in cella tua: ⁊ ibi conuenit tibi mānducare ⁊ psallere nō inde te egressuruz alicubi: ⁊ p̄cepit Agapito. vt pararet cellam solitariam: vt in ea solus degeret smaragdus. Fecit autem agapitus oīa que a patre monasterij fuerāt impetrata: ⁊ introduxit Smaragdum in cellā solitariā. ⁊ erat ibi orationibus vacans ieunijs ⁊ vigilijs nocte ac die operam dabat seruiens domino in simplicitate cordis ita vt miraretur predictus frater: qui euz susceperat. ⁊ omnib' fratribus retulit eius constantiam ⁊ oēs collaudabant deū, qui in ifirma etate talia opabatur. Cū Papbuncius autem pater eius cum reuersus fuisset d̄ monasterio ad domum ppriam festinans ingressus est cubiculum. in quo filia eius manere solita erat Et non inuenta tristis tremēsq̄ effectus. cepit exquirere anxius seruos ⁊ ancillas. quid de eufrosina filia eius actum esset. Pueris autem dicēt' quia nocte vidimus eam. mane aūt facto non cōparuit. putauimus enim q̄ pater illius qui eā desponsauit veniss̄et ⁊ tulisset eam. Misit igitur seruos suos ad domum illius ⁊ non inuenerunt eam. Audiēs autē sponsus ⁊ pater contristati sunt valde. Et venientes ad Papbūcium. inuenerunt illū vehementer affictum iacentē in terra. ⁊ dixerunt ei fossitā aliqs sedurit eā. ⁊ fugit cū illo. Statimq̄ serui cū equis p totam alexandriā ⁊ egyptū missi sunt. Erant aūt ibi ⁊ naues. intranteſq̄ in eas requirebant per viam ⁊ scrutantes monasteria puellarum beremum speluncas. per domosq̄ amicorum ⁊ vicinorum. et nusq̄ repertam lugebant eam quasi mortuam. Socer nurum sponsus sponsaz flebat. pater lugebat filiam dicens. Heu heu filia dulcissima. heu me lumen oculorum meorum consolatio vite mee. Quis meam inuasit facultatem. Quis meam possessionē sparsit. Quis meam venam exiccauit. Quis lucernam meam extinxit? Quis meam spem fraudauit. Quis pulchritudinem filie mee violauit. Quis putas lupus agnam meam dissipauit. Qualis locus talem vultum tegit. Quale pelagus captiuam ducit illā in p̄fundū faciē. Illa generositatis ostitutio. illa male habētiū psolatrix. illa laborantiū requies gemētium portus erat. Terra ne celes sanguinem meū. donec videā quid eufrosine filie mee ptigerit hec ⁊ bis similia Papbūcio psequēte eleuauerunt oēs qui aderāt vocē ⁊ flebāt. ita vt oīs ciuitas lamentaret eā. Non sufferens aūt Papbuncius. nec

inueniens consolatorē:perrexit ad memoratuz se-
nem de quo supra diximus:& procidit ad pedes ei⁹
dicens,Peto ne cesses orare: vt inueniatur labor
orationum tuarum. Nescio enim quid acciderit eu
frosine filie mee. Audiens autem venerabilis pa-
ter contristatus est valde:& iussit adesse omnes fra
tres:& dixit eis,Ostendite caritatem fratres:&
postulate a domino:vt dignetur nobis ostendere:
quid factum sit de filia amici nostri Papbuncij.
Et ieiunantibus omnibus & orantibus in tota heb
domada: nihil eis reuelatum est de eufrosina: fi-
ebat quando aliunde rogabant dominum.
Oratio enim Eufrosine erat ad dominum die no-
ctuq;. ne manifestam eam faceret in vita sua. Cuz
autem nec seni: nec alicui fratrum reuelatum esset
cepit abbas consolari eum dicens,Fili noli defice-
re a disciplina domini:quia quem diligit deus co-
ripit:& hoc scias: quia sine voluntate domini:nec
vnus passerum cadet in terram: quanto magis fi-
lie tue absq; illius nutu nihil proueniet. Scio enim
quia bonam partem elegit sibi: propterea nobis ni
hil de ea reuelatum est. Si enim quod absit in ma
lis operibus incidisset,nunq; despexisset deus tan
torum fratrum laborem. Habeo fiduciam in domi-
no:quia in hac vita ostendet tibi dominus eam. Au
diens hoc Papbuncius: recepit consolationem:&
osculatus senem:& omnes fratres remeauit ad sua
gratias agens deo & orans quotidie bonis operi-
bus & clemosynis intentus erat. Post aliquantos
vero dies: visitabat monasterium:commendans se
orationibus fratrum. Una autem die veniens ad ab
batem: proiecit se ad pedes eius dicens. Ora pro
me pater:non possum ferre dolorem de filia mea:
sed magis ac magis renouatur ac crescit vulnus de
die in diem:& tribulatur anima mea. Videns au-
tem eum senex nimium afflictum dixit ei,Vis collo
quium habere cum vno fratre spirituali: qui venit
de palatio theodosij: ignorans q; ipsa esset eufro-
sina filia eius Papbucius dixit. Volo:& vocauit ab
bas Agapitum dixitq; ei,Tolle papbuncium & in-
troduc eum in cellam smaragdi. & introduxit euz
in cellam eius: nihil ei antea innoscentes. Cū autē
subito vidisset patrem suum:& cognoscens eum to
ta lachrymis repleta est. Papbuncius autem spera
bat compunctum esse fratrem illum. non enim co-
gnouit eam:quia species vultus eius emarcuit:pre
nimia abstinentia vigiliis & lachrymis. Cuculla au
tem operuit facie suam: ne aliquo modo agnosce-
ret eam: facta autem oratione sederunt. Cepit au
tem ei loqui de futura regni beatitudine & gloria
sempiterna: quomodo p elemosynam & castam vi
tam bonamq; conuersationē & p humilitatem & ca
ritatē ad eam quis posset ptingere:& de contemptu
seculi:nec plus diligendum esse filium q̄ deum:nec
patrem super eum qui habet potestatē. Apostolicā
quoq; scripturam interpretans quomodo tribula-
tio patientia operatur:patientia autem probationē.

Uidēs autem patrem suum in graui merore depres-
sum:compatiebatur ei. Sed timens ne agnosceretur:& impedimentum ei faceret: volens autem eum
consolari dixit ei:crede mihi: quia non despicit te
deus:& si in perditionem esset filia tua manifesta-
ret eam tibi deus: vt nec illa a diabolo retenta in-
ferret tibi:& sibi luctum perpetuum. Sed crede
in deum: quia bonum consilium elegit: sicut dixi
sm vocem euangelij qua dicitur: qui diligit patrem
& matrem super me:non est me dignus:& si quis nō
abrenunciauerit omnibus que possidet:non potest
meus esse discipulus. Potens est deus:& in hoc se
culo manifestare eam tibi. Sine etiam sine quid te
metipsum contristando perdis. Age gratias deo ni
hil desperans:nam & Agapitus magister meus mul
totiens nimis tristis dicebat mihi. Quia venit quī
dam homo nomine Papbūcius operibus bonis in
tentus: qui filiam suam tanq̄ mortuam luget ne-
sciens quid ei acciderit,& nimia lamentatione affli
gitur:& maxime quia unica erit illi:& cum lachry-
mis processit se ad pedes abbatis: vt per eius ora
tiones & omniū fratrum posset inuenire eam. Et cō
patiens dicebat mihi. Quomodo & omnes fratres:
ita & tu roga pro eo deum. Et ego quasi indignus &
conscius malorum sepius deprecabar dominum vt
dignetur tibi sufferentiam tribuere longanimita-
tem:& quomodo expedit adimpleat tam de te q̄ de
filia tua. Pro hoc & frequenter videre te volui et
colloqui tecum: vt aliquam consolationem per
me humilem forsitan inuenires: vt autem non co
gnosceretur per multa colloquia dicit ad Papbun-
cium. Uade domine mi. Dum recedere vellet Pa-
pbūcius animā illius cōpatiebatur illi. Facies au-
tez eius pallebat & replebatur lachrymis:pre nimio
autem ieiunio et diutina inedia sanguinem eufro-
sina vomebat. Multum enim confortatus Papbū
cius in ammonitione eius discessit ab ea:& veniēs
ad abbatem dixit:edificata est anima mea ab isto
fratre:& ita sum letus effectus in gratia dei & con
solatione eius tanq̄ si inuenissem filiam meam. Cō
mendansq; se orationibus abbatis & omniū fratrū
reuersus est in domum suam magnificans deum.
Completis autem smaragdus intra cellam suā tri-
ginta octo annis incidit in infirmitatem qua mor-
tuus est. Quadam vero die sm consuetudinem ve
nit Papbuncius ad visitandum monasterium. Et
post orationem & salutationem fratrum dixit sen.
Si iubes pater permitte me smaragdus videre:q;
valde desiderat eum anima mea. Vocatoq; agapi-
to cepit ei de Papbuncio ad visitandum smarag-
dum. Introiens autem Papbuncius vbi,egerlace
bat cepit deosculari euz cum lachrymis dicēs. Heu
me, vbi sunt promissiones tue, vbi verba dulcia qui
bus mihi filiam meam videdam oculis meis,pmit-
tebas? Ecce non solum illam non videbo:& sed & tu
per quē consolationē non modicam habebā relin-
quis nos. Heu me:quisnam consolabit senectutem

meam? Ad quem ibo? Quis mihi erit adiutor? du-
plex maluz modo lugeo. Triginta & octo anni sunt
q̄ perdidi filiam meam nihil mihi actum est:& sed &
die noctuq; orabam pro ea,& similis illius detinet
me incomparabilis dolor. Quid sperem amodo?
Ubi consolationem meam inuenio? Jam descendo
lugens in infernō Uidens autem smaragdus eum
vehementer ploxantem & nullam consolationem re-
cipientem ait ad eum. Quid turbaris & te ipsuz in
terficis? Nunquid inualida est manus domini: aut
deo quicq̄ est difficile. Jam pone finē tristitie tue
& recordare quomodo patriarche Jacob manife-
stauerit deus iosepb quem quasi mortuū lugebat.
Sz obsecro te ne per tres dies me deseras neq; de
relinquas. Hesitans autez papbuncius intra semet
ipsum dixit. Forsitan deus reuelabit ei aliquid de
me. Tertio autem die dicit ad smaragdum. Expe-
ctaui sicut rogasti me domine meus frater & non di
scessi alicubi per tres continuos dies. Cognoscens
autem smaragdus [qui & eufrosina] quia instabat
dies dormitionis eius. Vocauit papbuncium & di-
xit ad euz. Quis deus omnipotens bene disposuit
miseriam meam & impleuit desiderium:neq; vsq; in
finem viriliter certando perduxit:non mea virtute
sed eius adiutorio qui me custodiuit ab insidijs ini
mici,per acto cursu superest mihi corona iusticie: no
lo te sollicituz relinquere q̄ filia tua eufrosina. Ego
suz illa misera:& tu es pater meus papbuncius. Ec
ce iam vidisti me:& satisfactum est tibi. Sed nemo
hoc sciat & non permittas ab alio corpus meum nu
dari & lauari:sed per temetipsum hoc facies. Et q;
promisi abbati habere me possessiones multas:& si
potuissem sustinere & perdurare in loco isto adduz
cere eas huc. Imple ergo pater quod pmisi. Et scio
q̄ venerabilis est locus iste & ora pro me:& hec di-
cens tradidit spiritum. Dum audisset papbuncius
pater eius talia verba & vidisset quod obdormiuit
commota sunt omnia viscera eius ceciditq; in ter-
ram:& factus est velut mortuus. Accurrens autem
Agapitus vidit quia defunctus esset smaragdus:
& in Papbuncium iacentem in terra semiuiuum ia-
ctauit aquam in faciem eius. Et leuauit eū dicēs.
Quid habes domine mi papbunci. Ait autem pa-
pbuncius. Dimitte me vt hic moriar. Uidi enim mi
rabilia hodie. Surgens autem irruit in faciē eius
multitudinem lachrymarum effundens: clamauit-
q; dicens. Heu me dulcissima filia quare antea non
manifestasti mihi:vt & ego morerer tecuz spōtanea
voluntate. Ueh mihi quomodo latuisti: quomodo
transisti insidias aduersariorum & nequitias spiri-
tales vite huius & introisti vitam eternā Hec Aga
pitus audiens & cognoscens tam admirabilē cau-
sam:stupefactus est:& currens nunciauit omnia ab
bati. Veniens autem abbas cecidit super eaz:& ei ha
lans dicebat Eufrosina sponsa christi & filia sancto
rum ne obliuiscaris seruorum tuorum & huius mo-
nasterij:sed ora pro nobis ad dominum nostrum ie

sum christum vt faciat viriliter certando venire ad
portum salutis & portionem secum habere:& cū om-
nibus sanctis suis. Et iussit abbas vt congregaren
tur omnes fratres & cum honore debito sanctū cor
pus illius sepulture daretur. Dum autem congre-
gati adessent & vidissent tam stupendum miraculū
glorificabant deum:qui etiaz in femineo sexu & fra
gili tanta mirabilia operatur. Quidam autem fra-
ter vnum habens oculum osculatus est vultū eius
cum lachrymis, statimq; vt eam tetigit: oculus ei⁹
ei restitutus est. Et videntes omnes fratres q̄ ad-
erant benedixerunt deum gratias agentes ei cui⁹
sunt omnia bona que sunt. Multumq; confortati &
edificati:sepelierunt eam cum maxima deuotione
in sepulchro patruz. Pater vero eius omnia que ha
buit in ecclesias & monasteria offerens conuersat⁹
est in eodem monasterio:plurimam partem substā
tie sue ibidem offerens in eodem stratu dormiens:
& in eadē cella demoratus est:in qua & filia sua Eu
frosina. Dixit autem papbuncius pater sancte eu-
frosine:in sancto proposito annos decem:& migra-
uit ad dominum:& iuxta filiam suam sepultus est:
glorificante deum abbate:cum omni congregatio
ne sua. Dies autem migrationis eorum ad domi-
num:celebratur in eodem monasterio vsq; in presen
tem diem glorificantes deum patrem & filium cum
sancto spiritu. Amen.

Explicit vita sancte Eufrosine virginis.

Incipit vita sancti Frontonij abbatis.

Quoniam sepe desideratis audire q̄ sancta sunt:& ego pla
cide disposui aperire nō in
pellib⁹ caprar neq; earūdez
pilis:sed auro & argēto gem
misq; pciosis decreui construe
re tēplu dei:vt & nos tanq̄ lapides viui edificemur in
domū spūalē:ex opibus me-
dioz pficientes in xpo iesu dño nro q̄d nunc apud
nitriā gestū sit referā:& non pteribo veritatem vllo
mō:qm satis edificat monachos pīs opusculum.
Igif Frōtonius verus dei seruus studio dei ti
moris de die in diē pficiens:publicā cōemq; vitam
phorens. viā desiderās solitudinis: cōuocatis ad-
se fratrib⁹ dixit [erāt enim cū eo viri circiter septua
ginta]. En q̄d nobis & mūdo dānabilit:cui⁹ opibus
renūciare oīmodo cōdecet:vt celestē plequamur sa
lutē! Quapropter pgamus ad heremū nihil nobis
cum ferentes. ac acquirendā celestē gloriā:& supio
rē inuestigemus ex virtutib⁹ disciplinā. His dictis
vniuersi psensere:deferentesq; ad heremū secū par
ua bolerū semina:& bisacutas quosq; sarculos [vī
bumū foderent] pfecti sunt. Uenerūt ergo ad here-
mū:rursusq; Frōtonius ait,Dñs in euāgelio dixit,

murmurat fratres ꝑ frontoniu.

refrenat frontoniꝰ murmuratꝰ.

Nolite cogitare quid manducetis aut quid bibatis aut quo operiamini. Hec enim omnia gētes mūdi querunt. Querite primum regnum dei & iusticiā eius & hec omnia adijcientur vobis. Teneamus promissam & inueniemus in nobis opus domini conseruatum. Omnes ergo habitabant in heremo in opere domini iugiter laborantes & in agone spirituali proficientes. Adiuuabat enim seruos suos dominus. Ipse autem frontonius non pro se tantum sed pro cunctis orabat: sciens scriptum esse: nō querens quod mihi vtile sit: sed quod multis: vt salui fiant. Cum in eadem heremo longo tempore morarentur temptare eos aduersarius christianoꝝ cepit: q debuissent in seculo demorari quia anachoritarum vita durissima est. & nemo eam potest sufferre: murmurauerunt in cordibus suis dicentes. Quid est quod voluit pater noster frontoni? vt habitemus in heremo? Nunquid illi qui in vrbibus & in castellis habitant deum videre non possunt: & q in heremo habitant celos vident? Nonne eos boni actus commendant. Quis nam poterit cibo viuere angelorum? Ecce morimur fame defectus vigiliarum non capit labor: sed acriora franguntur ieiunia: fiunt debilia genua: vt vnusquisq; nostrum nō possit stare. Audiens quoq; frontonius eorū murmurationem anteq; ad eum conuenirent dicentes aliquid: ipse preueniens eos ait. Quousq; irritatis deum murmurantes in cordibus vestris & dicētes. Nunquid qui heremum inhabitant hi tantum sunt dei serui: & quis ex cibo poterit viuere angelorum. Conueniamus ad abbatem & loquamur ad eum: vt habitemus in ciuitate: quia si qui nos illic viderint opportunas no bis iuxta dei vorum dirigent escas: prout' cuiq; dominus dederit facere? Illud autē scitote: quia non necabit dominus fame animam iustam. Ecce oculi domini super timētes eum: vt alat eos in fame: & illud nō memoramini scriptū: qō ait apostolus: in fame & siti: sed in heremo nunq; defuerunt radices herbarum nec manducatis aliquando ieiunij? Recordemini: quia antea locutus sum vobis. Nolite cogitare quid manducetis aut quid bibatis aut quo operiamini. hec enim omnia gētes mūdi querunt. Nouit dominus cibum dare timentib⁹ se. Querite primum regnum dei & iusticiam eius & hec omnia adijcientur vobis. Si enim deus volatilia pascit & eorum non deserit. quō nos derelinquere poterit ipsum iugiter in mente habentes: eumq; assidue orantes. Certe si fame defecerimus in heremo: nos dominum accusemus & improperemus ei cum ad ipsum venerimus dicentes. Credidim⁹ euāgelio tuo: vbi dixisti q vniuersos in te credentes: celi pabulo pascis: fecimus cuncta que pcepisti spauimus in te: & tu nos desperisti. Sed q ibi nos pbastis: dic magis vt probes veritatem redde quod promisisti. Nolite ergo murmurare aduersum deum: ne murmurantes sicut patres nostri in hoc deserto a serpentibus pereatis. Quod si expectaueritis dominum. quando voluerit dabit bona timentib⁹ se. Quo dicto: siluerunt omnes paululum a murmuratione sua: erant enim in merore positi. Ego igitur proposui vniuersa breuitate exequi: & cuncta sermone rustico comprehendere: quecunq; sui prosequi titulis pbas est: & per huius libelli sententias ac syllogismos: dulci eloquio currere prout potest vnusquisq; lector audire. Redeamus ad ordinem cepti operis vt non cura videamur asserere. Venit itaq; angelus missus a domino ad quendam diuitem noctem dixit illi. Tu epularis in diuitijs splendide & fratres mei in heremo indigent pane. Surge ergo diluculo & mitte seruis meis escas. ex omnib⁹ que tibi dedit quia procuratorem te posui gregis mei: qui te celo lactante iugiter pauit: nec vnq; dimisi. Ita ergo placuit mibi ex elemosyna tua degere pauperes meos qui in deserto spiritualiter viuunt & se mihi suo domino crediderunt: & idcirco fac sermonem quē modo missus a domino loquor ad te. Quod nisi feceris: dissipasti fedus pacificū domini dei tui. At ille tanto errore conuentus: ex illo somno expergiscit: consurgensq; mane: aduocatis necessarijs amicis seruisq; suis fidelibus locutus ē ad eos dicēs. Ja centi mihi nocte in lecto: quippiam soporis ceperā: & ecce subito nuncius mihi assistit dicens. En tu epularis in diuitijs tuis splendide. serui vero mei in deserto indigēt panibus. Surge ergo diluculo & mitte seruis meis escas ex omnibus que dedi tibi: q; curatorem te posui gregis mei. Ecce mittere quero sed vbi morentur serui dei ignoro. Cupio preceptū implere admonitus: sed quis mibi ad quem dirigā. locus ostendet. Angelus precepit & deus qui seniores estis: ostendite locum. Et nemo valuit illi indicare locum: q; in abdito montis manebant: & nemo vbi morarentur: agnouerat. Igitur altera nocte diuine cōminatione conuentus: plagis confossus dires ille coripitur & vegetur vt seruis dei dirigere escas. Iterum diluculo consurgens a prioribus amicis querebat consilium: vt sibi dicerēt aut certe ab alijs inquirerent: vbi serui dei morarentur. Aiebat ista cum magno fletu plagas ostendens: quibus de manu angeli fuerat nocte coreptus. Sed cum nemo posset locum habitationis ostendere: vnus pre ceteris qui maioris erat consilij respondit & ait. Si volueris accipere consilium meum charissime. forsitan erit tibi hoc salubre. Sunt tibi cameli septuagita onera eos ex omnibus bonis quibus intelligis dei famulos posse vesci: & dirige camelos per viam nemine ducente: & si ex deo hoc factum est imperiū animalia tua salua regredientur ad te si vero tibi a dyabolo iactura imminet: libenter tolera flagella temporis: q; acriori forte cede coripiaris. Quod si hoc tibi consilium displicet quere aliuz qui dare poterit melius risum. Hec dicens conticuit: sed ipsi diuitī: & qui cum eo erant huiuscemodi cōsilium bene placuit. Onerauit ergo septaginta q̄nq; camelos ex bis q̄ dei serui cōmedere possent: q̄nq; vero camelo

deg q̄ in se pantes mūq; defraudat

rum cibaria facta imposuit escā cūctoꝝ animalium in maximo dolore dicēs. Si quis inuenerit eos et eorū exposuerit onera vilis cibarijs miserebit eis: & dabit eis manducare. Et cū ingenti fletu vno ordine innectēs eorum: direxit eos per viam commendans domino: vt si ex deo esset imperium remearēt celeriter cum salute. Nullus vero ductor cū animalibus abijt. Et quando egressi sunt ianuam dimisit seruulus primum camelum cuius ducalē tenebat: quē ceteri sequebantur: & abierunt per viam iuxta pcinctoriū montis: eūtes soli. Sed nescio an soli cameli pgere potuerant: qui domini nūcio pēsite: viā directam: vt intellectum est: postea abierūt: & quarto die confecto itinere bona nona agētibus op⁹ dei fratribus: sicut quidam postea retulit nobis: ecce primus excubauit ante fores camelus: sed campane sonitū audire non potuit pstrepēs sonos hymnorū abbas tamē ipse: quoniā prope ostiū erat prior: vidit & gauisus est valde. Angustus enim erat introitus monasterij: & solus abbas fores suo statu claudebat: ceteris intropositis fratribus tacuit nibil rīdēs donec hymni complerenf. Tūc cōpleto hymnorū ordine aduocatis fratribus pene improperāsait. Ubi sunt murmurationes vestre? Ecce domini imperio fortis nobis escas ex alto misit cui voluit viro prudēti imperans. adducit nobis camelos onustos. Venite deponam⁹ onera vt possint refici animalia lassa. Tūc omnes mira gratulatione leti cōiter gratiarū actionē deo reddiderūt & gaudentes deponebant onera camelorum. supra quinq; vero camelos reseratis sarcinis cibaria reppererunt. Abluētes igit animalium pedes de stratu eorum fecerūt pcepia & apposuerūt eis escas quas sibijpsi portauerunt: necnon ipsi etiā discurrebāt p oēs montes aufractus notas inquirere herbas: vt laborantia animalia escis pluribus reficerenf. Hanc aūt fctō abbas cōsiliū vtile eligēs & auaritiā oīno spernens medietatem sumpsit escarū. aliā vero prē diuidens sup camelos omnes ne alij viderenf portare & fieret alijs iniuria omnib⁹ medium imposuit onus: velut eulogia reuocans domino rem. vt auaritie legē scinderet: & medietatē oblationis proprio dño camelorū cōsolans eū de animaliū tantorum periculo: simulq; dñm deprecās. ne accideret innocēti viro tāta iactura. Octaua aut die cū essent omnes in vnū collecti ieiuni vnus qui leues ac tynulas aureas habebat p flamina vētorum cāpanule rapiēs sonitū paululum reticuit & cum bene tandē sonantes comprehenderet ait. Puto ex altitudine montium campane sonantis motus audit. Tūc oēs egressi senserūt cameloꝝ aduentus: gratulatio mirabilis accedit: leticia facūda' fit de cōsolatiōe virtutū q̄ defuncta animalia aut pdita tā lugebat: gaudēs de pceptis animalib⁹ letabat. Venerunt oēs illesi non tristes vultu nec maciem necessitatis habētes. Suscepit ergo camelos suos homo ille cū magna gratiarum actione: & vilis onerib⁹ multo amplius recreatus

Judaicus

exultat. Tunc & ille amicos & pauperes plures ad prandium nobile vocat: easdemq; eulogias indigētib⁹ distribuit quas acceperat: sed & amicis qui aderant ex eis largitus est: & ipse quoq; benedictionē sancte iocūditatis accipiens: gaudebat in domino ex illo igit tēpore vsq; ad mortē frontonij: sic diues ipso norato tēpore quādo primū miserat escas necessarias ipsis dirigebat: & aljs sic diuitib⁹ dominꝰ imperabat: vt ex omnib⁹ dapib⁹ irrigati nibil dei seruī cū sancto frontonio, minus haberēt. Vigilabant in operibus dei filij cum patre. & spiritualib⁹ eos adimplens dapib⁹: admonebat quotidie sermone celesti: exultans letabatur in domino. qui sibi talē derat intellectum: vt animum solitudinis loca digne quesisset: legēdumq; hoc tradidit multorū ad edificationē monachorum. Ille ergo magis erit melior in conspectu dei: non qui cūq; legerit. sz qui credēdo domini seruis sic fecerit. Mercedem aūt a christo iesu domino nostro recipiet. qui elemosynā pauperib⁹ erogauerit. & seruos dei rectos corde intuitus fuerit in gloria domini nostri iesu christi cui est honor & gloria in secula seculorum amē. Hec tempore Antonij imperatoris gesta sunt. tertiodecimo anno imperij eius.

¶ Finit vita sancti Frontonij.

¶ Incipit vita sancti Symeonis heremite qui in col. sterit.

Anctus symeon ex vtero mris sue electꝰ est a dño. & meditabat placere illi. erat aūt isti filius sui socion noīe. & nutriebat a parentib⁹ suis. Qui cuz factus fuisset ānoz tredecim. pascebat oues patris sui. & videns ecclesiam. relictis pecorib⁹ ingressus est. audiuitq; apl'm ibi legi iterrogāsq; vnū seniorē ait. dñe quid est. istud qō legit' senex rīdit ei. pro substātia anime. vt discat homo timere deū ex toto corde. & ex tota mente sua. dixit beatus Symeon. Quid est timere deum. Dicit ei senior. Quare me flagitas fili? Et ille quasi deum inquit interrogo te. Ista essi que a te audio discere volo. quia ignarus sum stultus. Rīdit ei senior. Fili si q̄s ieiunauerit iugiter & obseruationes fecerit per momēta. & humiliauerit seipsum omni homini. & non dilexerit aurum neq; parentes. neq; vestimenta neq; possessiones. & honorat patrem & matrem. & sacerdotes dei prosequitur hic hereditabit regnū eternū. & qui econtrario ista non custodit. hic hereditabit tenebras exteriores: quas parauit deus dyabolo & angelis eius. Ista omnia fili in monasterio exaggerant. Audiēs hec beatus Symeon cecidit ad pedes eius dicens Tu es pater meus & mater mea & doctor operū bonorum & dux ad regna celorum. Tu enim acquisisti

mana. Impostrix & omni calliditate plena quis ne sciat: quia sub ingenio hoc agis: vt post paulatim abbatisse tu ei succedas? Credo in christo: quia te nunq̄ dignabitur ad abbatisse venire locum. Audiens hec eufraxia prostrauit se ad pedes eius: & dixit ad eam. Ignosce mihi domina mea: & ora p me. Cognoscens autem abbatissa quod fuerat factus: germanam coram omnibus vocauit dixitq̄ ei. Ancilla nequaz & a deo extraneam quid tibi nocuit eufraxia: quia festinasti studium eius obrūpere? Aliena es a sororum consilio: indigna es a ministerio: & consortio sororum extranea. Cui multum supplicabat eufraxia quatenus illi veniam largiretur: & nō eam fleret donec implerentur dies triginta. Tricesimo vero die videns eufraxia quia nil rogando p̄ficeret: assumens secum iuliam & seniores feminas monasterij deposcebat vt rogarent abbatissaz qua tenus ei reconciliaretur. Quo facto euocauit eam abbatissa coram omnibus: dixitq̄ ei. Nonne diu dicasti in corde tuo vt studium puelle huius abscinderes: nec cogitasti, quia dum esset matrona & ex imperiali genere constituta humiliauit semetipsaz: & propter deum seruiuit tibi. Omnibus ergo rogātibus pro germana placata est. Tunc dyabolus cōtra eufraxiam certamina non cessabat committere Nimis enim furebat contra eam: & cito perduci volebat ad finem. Una quidem dierum cum ad hauriendam aquam descendisset ad puteuz arripiebat eam dyabolus cum lagena: & deiecit eam deorsum in puteuz ita vt nausearet eufraxia & perueniret caput eius ad fundum. Eleuata vero de aqua & tenens funem situle ita clamauit de puteo: christe adiuua me. Qua voce facta cognitum est quia eufraxia corruisset in puteum: & currentes sorores cuz abbatissa abstraxerunt eam de puteo. Que surgens extinde & semetipsam consignans. subrisit & ait. Viuit christus meus: quia non me vincis dyabole: nec̄q̄ cedo tibi. Usq̄ nunc quidem vnam lagenaz portabam cum aqua in coquinam: ab hodie vero duabus lagenis aquam portabo: & ita fecit. ¶ Videns itaq̄ dyabolus quia eam in puteo necare nō valuit rursum alia vice cuz descendisset ligna incidere: cū q̄ iam pauca incidisset: astitit dyabolus obseruās eam. Et dum leuasset securim vt lignum incideret: colligauit dyabolus manus eius & vsq̄ ad eius calcaneum traxit: & peruenit vsq̄ ad tibiam. Que cuz vidisset crudelissimum vulnus valde: & sanguinem vehementer effusum: proficiens secum: angustiata & in terram prostrata est. Julia vero cucurrit: & clamans sororibus nunciauit: quia eufraxia accipiens securim: de securi mortua est. Cunq̄ concursu clamor factus fuisset vniuersarum. circūstabant eā pauce simul & flebant. Tūc dicens abbatissa: aquā in faciem eius misit: & consignans eam atq̄ cōplectens ait ei. Filia mea eufraxia cur angustiata es? Recrea te & loquere sororibus. Illa vero respiciens te: abbatissa dixit. Domine iesu christe sana ancillā tuam: quoniam propter te multa patitur. Et cum ligasset pedem eius de panno cilicino leuauit eaz & dans ei manum ducebat ad monasteriū. Illa vero respiciens ligna proiecta dixit sororibus. Viuit dominus meus: nisi collegero ligna & septimanam meam compleuero non ascendam. Cui iulia dixit. Noli domina soror non vales: dimitte: ego colligaz ea: tu ascende requiesce propter dolorem. Illa vero non acquieuit sed complens manus suas lignis ascendit. Cui tamen dyabolus non pepercit Nam cum ascendisset superiores gradus scale calcans summitatem tunice sue. super ipsum lignum ruit quod portabat: & fixum est lignum in aspectu eius: ita vt sorores crederent quia lignum eius oculum penetrasset. Tunc exclamans iulia ait ad eam. Domina mea, tibi dixi q̄ non potes requiescere & me non audisti? Cui dixit eufraxia, Laute subtrabe a me lignum: oculus meus sanus est. Traxit ergo ab ea lignum: & sanguinis facta est effusio vehemens. Abbatissa vero deferens oleum & facta oratione supposuit ei manum rursumq̄ dixit ad eam. Vade ad stratum tuum: requiesce: & ego sororibus ministeriū tuum iniungo. Eufraxia vero dixit. Viuit dominus meus: quia non requiesco donec officium meum cōpleuero. Multuz enim rogabatur a sororibus vt requiesceret propter plagas quas habebat: & passa nō est: sed sic vlcerata est vtraq̄ plaga sanguine p̄current stabat ministerium faciens sororibus: & neq̄ in opere dei deerat nec in alio ministerio. ¶ Rursus itaq̄ alia vice cum ascenderet cum iulia in solarium tertium: arripiens eaz dyabolus precipitauit eam deorsum. Et cum exclamasset iulia: concurrentes sorores crediderunt se eufraxiam mortuam inuenire. Que resurgens occurrit eis: quam suscipiētes introduxerunt eam ad abbatissaz. Interrogauit eam si in aliquo fuisset lesa. Cui eufraxia respōdit. Viuit dominus domina mea: quia nec quomodo cecidi noui: nec quomodo surrexi. Audiens abbatissa quia de tanta altitudine corruens nihil eēt lesa, glorificauit deum dicens. Vade filia ad opus tuum: & erit dominus tecuz. ¶ Rursus ergo inimicus volens eam occidere: ollam feruentez habens in qua olus coquebat. vt effunderet coctionem olerum in vasculo, ablatisq̄ pedibus a dyabolo retrorsum cadens. olle illius coctionem in faciem suaz fudit. Et dum omnes sorores in hoc facto expauescerent, exiliēs eufraxia subrisit & ait ad eas. Ut quid turbate estis? Abbatissa vero videns. quia nō fuisset lesa, respexit in ollam: & vidit quia quod remanserat esset feruens. Et conuersa dixit eufraxia vere domina mea, quia velut aqua frigida venit in faciē meam. Admirata est vero abbatissa, & intuens eā dixit. Filia deus te custodiat & tibi sine intermissione tolerare in suo timore concedat. Et ingressa abbatissa oratorium conuocauit priores seniores. dixitq̄ eis. Nostis quia eufraxia prouenit in gratiam dei, cognouistis enim quia nec precipitata cō

tristata est: neq̄ nimietate feruoris exusta est. At ille dixerunt. Vere ancilla dei est eufraxia & curam eius habet dominus: nā in huiusmodi tēptationibus liberata est a domino. Omnis itaq̄ ciuitas atq̄ prouincia cōsuetudinē habebat: vt infantes male habētes in illud deducerēt monasterium ad ancillas dei miracula faciētes & suscipiebat eos abbatissa & ingrediebantur in oratoriū & supplicabant p eis dominū: & mox ab omni languore sanabant infantes: & recipiebant eos matres proprie sanos: p ficiscentes atq̄ glorificantes deum. Erat aūt quedam in monasterio mulier energumina: ab infantia obligata in monasterio: quatenus saluarēt: que habebat spiritum immūdum demonē: ligatis manibus & spumam faciens & dentibus suis stridens multumq̄ clamans: ita vt oēs audiētes eam timore concidere. Et cum frequēter abbatissa cum senioribus sororibus pro salute eius orasset nihil promeruit. Quapropter nec valebant se ad eam iungere: vt ei vel cibum offerrēt. erat autē ligatū quoddam vasculū in fune: & in ipso vasculo legumina vel panes mittebant. & appēdebaf ipsum vasculuz: & ficei de longe ponrigeba: & ita vescebaf. Frequēter antē abijciens ipsum vasculū: cum virga iaculabatur in faciem offerentis sibi cibum. Una vero dierū factū est vt intraret ostiaria & diceret abbatisse. Domina mea quedam mulier infantulum adduxit: & stans foris ad ianuam deflet. Est autē infantulus quasi annorum ciciter octo: paraliticus: surdus: & mutus. Videns autē abbatissa spiritu sibi reuelāte: q̄ gratiam promeruisset a domino contra demones eufraxia: dixit ostiarie. Voca mihi eufraxiam. Que cū venisset ante abbatissam: dixit ei. Vade suscipe infantē a matre sua & defer huc. Illa ꝝ egressa vidēs infantulum paraliticū & trementē misertaest super eū & ingemiscens dolēter signauit infantē & dixit ei. Qui et creauit: ipse te sanet fili. Et sumēs cum: pgebat ad abbatissam. Infans vero dū portaretur ab eufraxia sanatus est & clamauit matri sue videns autem eufraxia quia infantulus cepisset loqui: perterrita proiecit eum in terram infantulus autē mox exurgēs: cucurrit ad ianuam: querens matrē suam. Currēs autē ostiaria nunciauit abbatisse quod factū est. Que cū vocasset matrem infantis: dicit ei. Dic mihi iquit soror tentare nos venisti. Respondit autē mater infantis dicēs. Per dominū nostrū iesum xp̄m domina mea: q̄ neq̄ ambulauit: neq̄ locutus est hic infans: vsq̄ in p̄sentez horam. Sed cum succepisset eum hec domina soror mox locutus est: illa vero p̄piciēs eū in terraz: stetit obstupefacta: infantulus vero surgēs. venit ad me ancillam tuā. Dicit ei abbatissa. Ecce ergo habes cum sanū. tolle eū & vade in pace. Que assumens filium suum: pgebat glorificās deū. ¶ Rursum ergo abbatissa dixit & seniores sorores. Quid vobis de eufraxia videtur. Cui rīdētes dixerunt: vere filia dei est. Vocauitq̄ eam & dixit ei. Filia mea Eufraxia volo vt huic patiēti que in monasterio est p manus tuas cibum offeras. si non times eam. Cui Eufraxia respondit. Nō timeo domina mea. quicquid mihi p̄cipis. Sumēs ergo eufraxia quoddam vasculum, misit in illud legumē & fragmē panis. & obtulit ei. Illa vero repente dentibus stridens. & valde fremens fecit impetum super eam & apprehendens illud vasculum volebat confringere. Eufraxia vero apprehēdens manum eius. dixit. Viuit dominus deus. si te posuero in terram. tollo virgā domine abbatisse. & sic te flagellabo vt nunq̄ p̄sumas hoc agere. Videns autē quia p̄ualuisset patienti. quieuit. Postq̄ autem cessauit. cepit Eufrasia blādiri & dicere. Sede soror comede & bibe. & noli turbari. Illaq̄ sedit. comedit & bibit & requieuit. Ab illa hora iam ei cibus cum virga dabatur. Omnes autem sorores videntes quod fecerat Eufraxia, orabant pro ea ad dominum. Cum vero cepisset mouerī & indignari. dicebant ad eam sorores quiesce soror & noli malignari. nam si venerit domina Eufraxia flagellabit te. & repente quiescebat. Rursuz autem germana, inuidia mordebatur. & cor eius vrebatur, dicebatq̄ sororibus. Nisi fuisset eufrasia, non inueniebatur alia que cibum ei offerret. Tollam cibos. & ego ministro. Sumens ergo cibos eius accessit ad patientem. & dicit ei. accipe cibos soror et comede illa vero continuo exiliens in eam. vestes eius concidit & conterens eam proiecit in terram. & irruens super illam cepit manducare carnes eius. clamore facto. & nulla p̄sumente ei appropinquare currens iulia ad coquinam, dixit Eufraxie. Festina domina. quia germana a patiēte dilacerata est. Currens autem Eufraxia tenens manus patiētis & guttur. eripuit ab ea germanam cruētatam. & dilaceratam cui dixit Eufraxia bene fecisti. quia sic contriuisti sororē. illa vero stabat spumam faciens. & dētibus stridēs. Dixit ei eufraxia. ab hac hora si maligna fueris erga sorores non tibi cedo neq̄ misereor. sed virgam domine mee abbatisse tollam. & cum ea te fine misericordia flagellabo. illa vero cessauit. Mane autem facto completo sacro officio & egredientibus eis ab oratorio visitans Enfraxia patientē inuenit eam diruptam vestē suam in terrā proiecisse. & sedentē sup eam. & colligentem stercus & comedentem. At eufraxia vt vidit fleuit & que facta fuerant abbatisse nunciauit conuenientesvero sorores inuenerūt eam nudam & colligentē flegma & comedentē. dixit autem abbatissa vt daret ei alia tunica vt vestiretur. Sumens itaq̄ Eufraxia tunicam & parapsidē cuz legumine & fragmē panis obtulit ei. & dixit. Accipe soror & vesti te. & gusta. Quare sic te deturpas? Que sumens comedit & bibit. Et induens eam ministrauit ei. Eufraxia vero a lachrymis non cessauit vsq̄ ad vesperam pro ea gemens. Quo cum peruenisset, mox supplicabat domino cū lachrymis vt illa patiens sanaretur. Diluculo vero abbatissa vocans Eufraxiā, dixit ei. Cur me cela-

mundia.

ſti p̃ces offerẽs deo pro hac patiẽte? Si manifestas ſes mihi: ⁊ ego ſine dubio venirem. Cui Eufraxia dixit. Ignoſce mihi domina vidi eam turpiter poſitam ⁊ infirmam ⁊ dolui ſup eam. Abbatiſſa vero dixit: habeo tibi aliquid confiteri: ⁊ vide ne ſathanas hac ꝛ̃pter te: ⁊ elatio tibi generetur. Ecce tibi chriſtus poteſtatẽ circa eos dedit: vt ejicias eos. Audiens hec Eufraxia: miſit cinerem ſuper caput ſuũ: ⁊ proſternẽs ſemetipſam in terram clamauit dicẽs. Que ſum ego infelix ⁊ immunda: vt demonẽ tãtũ expellam: quẽ orantes p tantum tẽpus non potuiſtis expellere? Dicit ei abbatiſſa. Filia mea: te ſuſtinebat hoc tẽporis copioſa eſt tua merces in celo. Ingreſſa quidẽ Eufraxia monaſterium proiecit ſemetipſam ante altare: ſupplicans deo: vt p̃cibus eius ſanaretur ⁊ de excelſo daretur auxilium. Et ſurgẽs a pauimẽto orans rurſum ibat ad patiẽtẽ iuſſione abbatiſſe: ⁊ omnes ſorores ſequebantur eam: vt mirarẽtur que facienda erant. Ad quas accedẽs ait. Sanet te dominus meus ieſus chriſtus qui te creauit. Et mox ſignum crucis fecit in fronte eius. Mox autẽ clamauit demon coram omnibus. O quomodo ab iſta impoſtrice ⁊ fallace ergo: habitans in ea plurimos annos: ⁊ nullus me expellere potuit: ⁊ hec immunda atq; luxurioſa conabatur ꝓſequi me. Cui Eufraxia dixit. Non ego te perſequor. ſed chriſtus omnium deus. Dixit ei demon. Non exeo immunda. Non enim accepiſti poteſtatem ejiciẽdi me: eufraxia dixit: ego immunda ſum: ⁊ omni malignitate plena ſ vt tu quoq; teſtaris ſ verũtamẽ iubẽte domino egredere ab ea. Nam ſi ſummo baculum abbatiſſe flagellabo te. Siquidẽ reſiſtẽre demoni: ⁊ exire nolẽte: ſumẽs Eufraxia abbatiſſe baculum: dixit ei. Exi aut certe torqueo te. Reſpondit ei. Quomodo ab ea egredi potero: cum ab ea recedere non poſſim. Mox igiſ Eufraxia: cepit cedere. Et cum tertio pcuſiſſet dixit. Egredere a figmẽto dei: ſpiritus immunde. Increpet te dominꝰ ieſus chriſtus. Demon dixit. Non poſſum exire ab ea: quid me ꝓſequeris? vbi habeo proficiſci. Eufraxia dixit. In tenebras exteriores: in ignẽ eternum: in infinita tormẽta parata tibi ⁊ patri tuo ſathane: ⁊ faciẽtibus voluntatẽ eius. Omnes itaq; ſorores ſtabant reſpiciẽtes in eam ⁊ non p̃ſumebant propius appropinquare. Eufraxia vero dure certabat cum demone reſiſtente: ⁊ reſpiciẽs in celum dixit. Domine ieſu chriſte, noli me in hac hora confundere: vt non vincat me hic demon immundus. Et cõtinuo demon ſpumans ⁊ ſtridore facto clamans voce magna egreſſus eſt a muliere: ⁊ ab ea hora ſanata eſt. Cucurrerũt ſorores glorificãtes in hoc deũ. Magnus enim timor: obtinuerat omnes. Eufraxia vero tulit mulierem: ⁊ abluit eam aqua: ⁊ induit eam veſtimento: ⁊ duxit ad abbatiſſam que vna cũ ſororibus introduxerunt eam in monaſterium: ⁊ gloriam dederunt deo pro facto miraculo. ¶ Ab illa vero hora humiliauit ſe amplius Eufraxia: ⁊ ſi ne ſomno tota nocte pſiſtebat: omnem vero hebdomadam ieiunabat: vt conſueuerat: ſine defectu faciẽs cunctis ſororibus miniſterium: ⁊ cum omni ſtudio atq; leticia in mãſuetudine atq; humilitate degebat. ¶ Una dierum abbatiſſa vidit viſionem: ⁊ conturbata eſt vehemẽter. Rogare autẽ ceperunt eam omnes ſorores ſupplicantes ⁊ dicẽtes. Confitere nobis domina abbatiſſa cur ſic ingemiſciſ: ⁊ noſtras animas ſimul affligis. Et dixit non me cogatis vſq; in craſtinum. Dixerunt ei, ſeniores ſorores. Credo domina q̃ ſi non annunciaueris nobis: tribulationẽ magnam animabus noſtris ingeris. Abbatiſſa dixit. Ego quidem quod futurum eſt vſq; in diẽ craſtinum dicere non volebam: ſed q̃ cogitis me nunc audite. Eufraxia nos deſerit: cras enim hac vita priuabitur. nulla vero indicet cine contriſtetur. His itaq; dictis magnus eiulatus p multas horas factus eſt vna autẽ ſororum cum cognouiſſet: currẽs ad furnum inuenit Eufraxia panes coquẽtẽ: cui iulia aderat ſm conſuetudinẽ: dixit ergo illa ſoror que venerat. Cognoſce domina Eufraxia: quia intus magnus luctus eſt apud abbatiſſam propter te ⁊ apud ſorores. Audiẽtes autẽ hec iulia ⁊ Eufraxia ſtupefacte ſunt: ⁊ diutius ſteterunt. Poſt hec autẽ iulia dixit. Putaſne audiuit aud'nt abbatiſſa: quia ex iuſſione illius: qui aliquando ſponſus fuerat tuus: iuſſit imperator te abduci ex monaſterio ⁊ propterea lamẽtantur. Cui Eufraxia reſpondit. Viuit dominꝰ meus ieſus ꝓpter quia ſi omnia fundamẽta terre mouean̄ non mihi ꝓſuadere ꝓualebũt vt chriſtũ dominũ meũ derelinquam. Uerũtamẽ domina mea iulia: dum coquunt panes vade: vide fletus iſtos: quid contigerit: ne anima mea ꝓturbetur: illa vero pgens ⁊ ſtans foris ante ianuas: audiuit ſomnium abbatiſſam hoc modo referentẽ. Uidi ſinquit quaſi duos cuiuſdam ſcematis viros huc aduenientes: qui q̃rebant eufraxiam tollere: dixerũtq; mihi dirige eam: opus hꝫ. Rurſum ergo ⁊ alij venientes dixerũt mihi. Aſſumes tecum Eufraxiã: deduc eã ante dñm. Quam mox aſſumẽs ꝓperaui cũ eis. Et cũ veniſſemus ad quãdã portã cui' gloriã enarrare nõ valeo ſponte nobis aperta eſt. Et ingreſſe ſumus: ⁊ vidimus ſplin enarrabile palatiũ celeſte: in quo eſt ſoliuz nuptiale non manu factũ. Ego quidẽ interius appropinquare non potui: Eufraſiam vo aſſumẽtes: obtulerũt domino: ⁊ pcidẽs oſculata eſt pedes eius immaculatos: vidi ibi dena milia angelorũ: ac ſimilitudinẽ ſanctorũ inenarrabilẽ: ⁊ oẽs ſtabãt reſpiciẽtes: ⁊ vidi: ⁊ ecce mater domini aſſumẽs Eufraxiaz: adduxit eam ad thalamũ nuptiolẽ in quo decoris coronam parabat: ⁊ audiui vocẽ de Eufraxia: dicentẽ. Ecce merces tua. Nunc itaq; perge poſt decem dies veniens: fruere bis in ſeculis infinitis. Et ideo q̃ hodie nona dies eſt: ex quo viſionem vidi: cras moꝛetur Eufraxia. Audiẽs hec iulia recitãte ſecrete abbatiſſam: tundẽs pectus ſuũ ⁊ faciẽ amo

re deflens venit ad clibanum: cumq; vidiſſet eam flentem eufraxia: dicit ad illam. Coniuro te per filium dei ſoror iulia: indica mihi quid audiſti ⁊ quare plangis? Dixit ei iulia. Plango domina mea: q̃ hodie ſeparabimur a te. Sicut enim audiui a domina mea abbatiſſa: cras ex hoc corpore exalabis. Quod dum eufraxia audiſſet anguſtiata eſt ⁊ puſillanimis facta cecidit. Gedebat autem iuxta eam iulia flens. Cui eufraxia dixit. Soror da mihi manum tuam ⁊ leua me: ⁊ duc me vbi ligna ſunt poſita: ⁊ ibi me pone? ⁊ tolle panes de clibano ⁊ porta in monaſterium. Fecit iulia hec ⁊ abbatiſſe non indicauit. Cum ergo iaceret eufraxia in pauimento: clamauit Cur domine abbominatus es me: peregrinam ⁊ orbanam. Cur deſpexiſti me. Ecce tempus quando debeam cum dyabolo pugnare: ⁊ anima mea a me exꝑetur. Miſericors eſto in me ancilla tua domine ieſu chriſte: dimitte me vel vnum annum quatenus defleã peccata mea: quia ſine penitentia ſum ⁊ ab omni penitentia mundata. Non eſt in me opus ſalutis nam nemo in inferno confitebitur tibi. Non eſt penitentia in ſepulchro: non poſſum poſt mortez lachrymis preualere. Non enim qui in inferno ſunt laudabunt te domine: ſed viuentes laudabunt nomen ſanctum tuum. Dona mihi vel adhuc vnum annum: vt penitentiam agam: quia deſolata ſum ſicut ficus ſine adiutorio. Cum ergo deflereꝰ audiens quedam ſororum: indicauit abbatiſſe atq; ſororibus: quia eufraxia proſtrata in repoſitione ligno rum: ita clamaret. Dixitq; iulia. Uere domina audiui: quia moꝛitur: propterea lamentatur. Dixit ergo abbatiſſa ſororibus. Quis annunciauit ei: ⁊ animam eius aſſixit. Quis indicauit ei: ⁊ cor eius attriuit. Nonne vos rogaui ne diceretis ei: donec ei' hora veniret. Cur hoc feciſtis: ⁊ afflixiſtis animaz eius. Ite ⁊ adducte eam mihi. Ille vero pergẽtes: dixerunt ei. Ueni domina eufraxia: vocat te abbatiſſa. Illa vero egreſſa eſt ploꝛans atq; conturbata: ⁊ ingreſſa aſtitit abbatiſſe: deflens atq; merens: ⁊ gemitibus nimis afflicta. Abbatiſſa vero reſpiciens eam dixit. Quid habes filia: quia ſic ingemiſciſ. Eufraxia dixit. Plango me domina mea: quia ſciuiſti me moꝛituram: ⁊ non indicaſti mihi: vt plangerem peccata mea: dum ſim ab omnibus peccatis coinquinata. His dictis ſe proſtrauit in pauimentum: ⁊ tenuit pedes abbatiſſe: per quaz omne conſilium eius alacriter eſt perductum. Ela mauitq; eufraxia: ⁊ dixit. Miſerere mei domina: ⁊ deprecare dominum vt mihi concedat vel vnum annum: quia ſine penitentia ſum: ⁊ neſcio que me tenebre cooperiant. Dixit ei abbatiſſa. Uiuit dominus: quia celeſti ſenatui dignam te fecit rex tu' chriſtus. Et cepit oibus recitare: quibus bonis hꝫ frui eufraxia. Et rogabat eam vt pro ipſa dñm ſupplicaret: quatenus eius particeps eſſe mereꝛeꝝ. Orabat enim vt cum ea conuerſaꝛetur in ꝓ̃po: ⁊ ipſis donis q̃bus ipſa erat fruitura: ⁊ ipſa frueꝛeꝝ. Eufraxia vero iacens ad pedes abbatiſſe: cepit tenere frigus ⁊ rigoꝛem: poſt paululum vero vehemens eaz febris inuaſit. Abbatiſſa vero ſoꝛibus ait. Sumite eam ⁊ ingrediamur in oratoꝛium: quia iam appropinquat hora eius. Poſuerunt ergo eam in oratoꝛium: ⁊ obſeruabant eam vſq; ad veſperam. Ueſpere autez facto: cum hora ſumendi cibum iam aduenisſet: precepit eis abbatiſſa vt egrederentur: ſolummodo iuliam ſecum retinens. ne aliqua hora relinqueꝛẽt eam fratriam: ⁊ clauſis ianuis vſq; mane fuerunt cuz ea. Julia vo rogabat eufraxiam: dicens. Domina mea ſoror non obliuiſcaris mei: memento quia inſeparabiliter tibi coniuncta ſum ſemper ſuper terrã. Supplica deo pro me: vt me non ſeparet a te. Memento quia ego tibi prouidi bona certamina. Deprecare dominum vt me abſoluat ab hac ſarcina carnis: vt merear tecum abire cum fiducia mane vero facto, abbatiſſa videns quia in nouiſſima reſpiratione eſſet eufraxia vt moꝛeꝛetur: mandauit ſororibus per iuliam dicens. venite filie mee: valefacite ei: q̃ iam defecit. Quibus venientibus vale dixerunt ei flentes: dicentesq; memẽto noſtri domina ſoror eufraxia nomen domini benedictum a deo qui te dilexit. Poſt omnia autem venit illa que diu paſſa a demone fuerat: ⁊ per eam ſalua facta eſt: ⁊ lugens ſicut ⁊ omnes oſculabatur manꝰ eius dicens. Iſte manus quantum mihi indigne ⁊ peccatrici miniſtrauerunt: per deum ⁊ per iſtas manus demoniũ expulſum eſt a me. Et cum eufraxia reſpondere non poſſet: dixit ei abbatiſſa. Filia mea non mireris vel huius ſororis Quare non loqueris ei: que ꝓpter te ita tribulatur. Eufraxia vero reſpondit ad eam. Quare me luges domina ſoror? Dimitte me requieſcere: quia deficio: veruntamen tu benedic deum: ⁊ ipſe te conſeruauit. Et dixit. Ora pro me: quia magnum certamen eſt in anima mea in hac hora. Cum ergo oraſſet abbatiſſa ⁊ omnes reſpondiſſent amen: reddidit animaz. Erat autem annoꝝ triginta ſepelierunt eam in tumulo vbi ⁊ genitrix eius eufraxia requieſcebat: ⁊ glorificauerunt deum: quia promeruiſſent habere ſororem apud deum. Julia vero magiſtra eius tribus diebus flens ab eius tumulo non receſſit. hec enim docuerat eam litteras ⁊ pſalterium: ⁊ multum eam diligebat: cum eius eſſet diſcipula atq; ex genere imperatoris. Quarto vero die leta facta iulia: acceſſit ad abbatiſſam ⁊ dixit ei. Domina mea ora pro me: quia vocauit me chriſtus intercedente pro me beata eufraxia. Et hec dicens oſculata eſt cunctas ſorores. Quinta enim die poſt obitum beate eufrarie defuncta eſt ⁊ magiſtra eius iulia: ⁊ ſepulta eſt in ſepulchro vbi poſita eſt beata eufraxia. ¶ Poſt triginta vero dies euocans abbatiſſa monaſterij priores: dixit ad eas. Filie mee eligite vobis matrem ⁊ cõſtituite in locum meum que vobis preeſſe poſſit. Ille ve-

ro responderunt. Domina pro qua causa hoc dicis denuncia nobis. Nunq̄ enim famulabus tuis hoc dixisti. Dixit eis abbatissa. Vocauit enim me dominus. Supplicauit pro me domina eufrasia: ⁊ multum laborauit in suis precibus: quatenus ego celestem thalamum promererer. Nam ⁊ Julia per sanctam eufrasiam particeps eius effecta est: ⁊ ingressa est in illud palatium non manu factum: ⁊ ego festino digna fieri: ⁊ cum eis locum habere. Audientes sorores de eufrasia ⁊ iulia q̄ in maxima essent gloria gaudebant ⁊ orabant pariter vt ⁊ ipse mererentur ad illum thalamum accedere. Elegerunt ergo vnam sororum nomine theogeniam que eis preesset. Quam euocans abbatissa ad se dixit ad eas. Ecce testimonium bonum quod sorores omnes de te dederunt ⁊ posuerunt te ad principatum ⁊ presulatum traditionis diuine legis: ⁊ consequentia nostram. Coniuro te per intemeratam trinitatez ⁊ cō substantialez: nc istius mundi queras diuitias aut possessionem: neq̄ occupes sorores ad terrenas solicitudines: sed magis vt contentes temporalibus bonis perpetua mereantur accipere. Et rursum sororibus dixit. Quomodo perfecte nostis vitaz ⁊ cō uersationem eufrasie: estote imitantes eam vt participes eius efficiamini. Et cum dixissent omnes amen: vale dicens eis intrauit oratoriuz: ⁊ claudēs ianuas precepit vt usq̄ ad diluculum nulla illarum intraret. Mane autem facto ingresse inuenerūt ſcā obdormiuisse in domino: ⁊ hymnuz dicentes domino reposuerunt eam in sepulchro vbi beata eufrasia recondita erat. Ab illa enim die nequaq̄ in illo tumulo alia sepelierunt corpora. Multa vero signa ⁊ sanitates fiebant in memorato sepulchro: ⁊ expulsi demones clamabant: quia post mortem preualet contra nos eufrasia ⁊ psequitur nos. Hec est reuera vita eufrasie matrone que celesti senatui interesse promeruit. Festinemus igitur ⁊ nos tam fratres q̄ sorores huiusmodi conuersationem habere: ⁊ sectari humilitatem: obedientiam: laborē: māsuetudinem longanimitatem: vt ⁊ nos ita angelorū conuersationem mereamur: ⁊ cum gaudio magno fruamur saluatore domino nostro Jesu xp̄o. Cui ē bonor ⁊ gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit vita sancte Eufrasie.

¶ Incipit vita serui dei Sabarij romani qui inuentus est iuxta paradisum.

Loriaz ⁊ magnificentiā deo soli ⁊ benignissimo agere debemus: qui per innumerabilia miraculorum exemplaria: ad vite celestis gaudia nos perduxit. Denicq̄ nos miseri ⁊ humiles monachi theophilus: sergius: ⁊ thimus deprecamur vos omnes sanctissimos fratres: vt accomodetis aures bis que vobis narraturi sumus de vita ⁊ cōuersatione sanctissimi sabarij romani qui apparuit nobis prope paradisum ad viginti miliaria. Et hoc rogamus vt fidē dictis adhibeatis: quoniam quidez multo melius nobis fuisse credimus: sub silētij portu innoxios remanere: q̄ de facilitatis crimine vt reos puniri. Igit nos pretitulati fratres theophil⁹: sergius ⁊ thim⁹ propitia diuinitate abrenunciantes seculo venim⁹ ad monasterium quod est in mesopotamia syrie: i medio duorum fluminum tygris ⁊ euphrates i quo vir clarissimus nomine asclepion eguminus multorum extitit pater monachorum. Illi denicq̄ coniungentes: a prenominato patre ⁊ omni cetu fratrum gratanter susceptiz: ac iugo regule colla submittentes: cōmuni vita conuersati sumus. Factum est autem tempore longo post hec hora noua quadaz die finari expleta: accendentes ad euphratis fluminis littus: consedimus ibi ⁊ aliquandiu inter nos de sustinentia ⁊ conuersatione simul ⁊ labore seruoz dei disputatum est. Tunc mihi misero theophilo: venit in mentem cogitatio. ⁊ respondens dixi fratribus meis sergio ⁊ thimo: velle mihi adesse o fratres dilectissimi cūctis vite mee diebus ambulare: illoq̄ ire vbi celum terre se coniungit. At illi. te[inquiūt]frater theophile vt fratrem spiritualez semper habebimus ⁊ priorez: ⁊ ammodo nullatenus a te separabimur nobis enim verba tua placent: idcirco vbi cor de concepisti: perge: ⁊ nos in vita ⁊ in morte tecum erimus. Itaq̄ surgentes de loco intrauim⁹ in mōasterium factaq̄ vespera omniq̄ diurni officij oīone completa: ceteris quiescentibus claz monasterium egressi sumus. Post hec vero decem ⁊ septem dies ambulantes: coniunximus iherusalem: ⁊ sanctaz resurrectionem Jesu christi ⁊ crucez adorauimus: deinde exeuntes in bethleem vidimus ⁊ salutauimus sanctum presepe: vbi christus nasci dignatus est: ⁊ vbi stella magos adduxit christo mūera deferētes ⁊ vidimus locum mirabilem vbi angelus cum multitudine exercitus celestis gloriaz in altissimis deo canebat: qui locus a duo miliaria longe a bethleē situs est. in montem quoq̄ oliueti ascendimus ⁊ in ipso loco sancto adorauimus vbi christus pedibus stetit quando eleuatus est: ⁊ a nube susceptus ascēdit ad celos. Exinde hierusalem reuersi adorauim⁹ deum: ⁊ consignantes nos ⁊ commendantes xp̄o ⁊ sanctis eius eximus non habentes iam animum ⁊ mentez in hoc seculo. Igitur nos christi comitante gratia viam continuo aggredientes ac quinquagesimo die fluminis tygris alueum pertrāseuntes terram persarum ingressi sumus: ⁊ venimus in campum magnum ⁊ planiciosum vocabulo assia in quo martyr christus sanctus mercurius apostataz iulianum peremisse legitur. Deinde ciuitatem persidis nomine hitissefodo intrātes: in qua tres pueri ananias: azarias ⁊ misael requiescunt longe a babylone adorauimus ibi: ⁊ in eodem loco manducantes ⁊ domino hymnum laudis offerentes: mansimus dies aliquot. Inde profecti post menses quattuor pertranſiuimus perfidis regionem: ⁊ inde terram ethiopie ſumus ingressi. Ingredientes vero domū quandam: ⁊ neminem ibi habitatorem reperiētes: duos ibidem fecimus dies. Et ecce tertia post hec die apparuerunt aduenientes duo armati: vir ⁊ femina: nos vero nimio terrore perterriti surreximus illiſq̄ obuiam ire deliberauimus: ipſi autez nos videntes simul ac exploratores esse credentes: concito gradu per viam qua venerant redierunt: ⁊ post aliquantulum congregati de suis: quasi tria milia ethiopes aduenerunt. Qui festinanter domum in qua eramus orantes: vallo circundantes: nosq̄ cūcti aspicientes: per quattuor eiusdem domus angulos ignem copiosum applicauerunt viuos nos cremare nitentes. Quod nos vt aspeximus: timore validissimo exterriti: christum omnium saluatorem inuocauimus: ⁊ in medium illorum prosiliuimus. Tunc ipſi lingua ſua multum inuicem murmurantes: diuq̄ contra nos frendentes: cum nos illos: nec ipſi nos nullatenus intelligere possemus comprehendentes nos in obscuro clauſerunt carcere. Sedentibus ergo nobis in tenebris non erat qui panem vel aquam tribueret. Nos denicq̄ cum lachrymis omnipotentis dei creatoris omnium misericordiam inuocare: haud omisimus. Facientibus autez nobis ibi dies aliquot: iterum congregati: cum nos fame ⁊ siti exanimes credidissent: circundederunt carcerem. Sed cum orantes nos aspexissent aperientes ianuam ederuerunt nos: ⁊ cum multum inter se murmurantes loquerentur: nouissime cum lignis agrestibus cedentes nos acriter de finib⁹ suis eiecerunt: ⁊ octoginta dies sine cibo expleuimus: ſicut testis est nobis deus. Electi itaq̄ a finibus illis iter fecimus dies multos in orientem: ⁊ deuenimus in locum admirabilem: ⁊ campum gloriosum: qui arboribus altissimis plenus: ⁊ mellifluis fructibus abundabat. Denicq̄ nos glorificantes ⁊ laudātes deum: manducauimus dulcifluos fructus: ⁊ saturauimus nos valde. Itaq̄ exeuntes inde terraz chananeorum ingressi sumus: ⁊ videntes illos in aspectu eorum valde mirati sumus. Ipſi vero cū mulieribus ſuis ⁊ paruulis ſubtus in petris habitantes nos omnino non tetigerunt christi nos protegente gratia. Inde igitur profecti contra orientem: cū centum ⁊ decem dies eos pertranſeuntes: iter nostrum feciſſemus: intrauimus terram gentis q̄ nominatur pichiti: ipſa vero gens in statura ⁊ altitudine ſua non plus q̄ menſuram vnius cubiti habebat. Et videntes nos timore percuſſi fugerunt. Nos autem deum collaudantes: qui de illorum manibus nos liberauit: cursum nostrum quottidie accelerauimus. ¶ Post hec autem deuenimus in montes altissimos terribileſq̄: vbi sol non intrat: nec arbor nec herba crescunt: ibi ergo serpentes innumerabiles ⁊ dracones: ⁊ aspides: iz ⁊ basiliscos ⁊ viperas: ⁊ vnicornes: ⁊ bubalos vidimus multos: alias quoq̄ bestias mortiferas multas ⁊ venenosa animalia: quorum nomina vel naturam penitus ignoramus Dextera igitur dei nos protegente illeſi pertranſiuimus illa: ſed ⁊ fibilos draconum ⁊ serpentium per viginti continuos dies in auribus babuimus: ⁊ non niſi aures obturantes illos ferre quiuimus. ¶ Interea in locum incidimus terribilem: rupes habentem asperrimos: in altum erectas ⁊ in ima descendentes. Nos ergo septem dies ibi fuimus vltra progredi non valentes. Septima autem post hec die apparuit ceruus ante nos ambulans rugiendo, quez surgentes secuti sumus. Iter autem facientes: multo maiores inuenimus ante nos rupes, nos vero maximo cuz labore ⁊ angustia exinde euasimus ⁊ venimus in campum planum ⁊ magnum in quo elepbantorum magna multitudo stabat: ⁊ per medium illorum illeſi tranſiuimus. Post hec itaq̄ minime nobis apparuit via. Tunc nos cū lachrymis clementiam domini inuocantes: ⁊ p nouem dies ſine cibo per deuia ambulantes: conuenimus tandem in locum planicie largum: qui fructibus plurimis abundabat. Jam ergo tenebre densiſſime cuncta illa repleuerant loca: nec aliquid lucebat: ſed nebule obſcuriſſime erant. Tunc nos nimium turbati ⁊ afflicti cadentes in terram: cū plāctu valido: orantes clamauimus ad deum: ⁊ in eodem loco dies ſeptez compleuimus: non manducātes nec bibentes: nec lumen celi videntes. Nobis autem valde afflictis ⁊ in oratione perſiſtentibus: post dies ſeptem affuit columba: que nobis appropinquans ac diu circa nos volitans: ⁊ pēnulas foriter percutiens quaſi ad ambulandum nos cōfortabat. Tunc nos deo agentes gratias ſurreximus illa precedente per deuia iter feciſmus ⁊ ecce ante nos maximam inuenimus abſidam: in circuitu ſcriptam. Videntes vero ſcripturaz illam: gauiſi ſum⁹ ⁊ collaudauimus dominum. Hec autez erat ſcriptura. abſidam iſtam fecit alexander philippi macedo imperator qui pſecutus est darium regē pſarū. Qui terraz hāc ingredi voluerit ad manū ſiniſtrā vadat nō ad dextera. ē enī terra iniuſta. ⁊ rupib⁹: ⁊ āgustijs ē plena. Nos igit ad leuā intrātes: ambulauimus dies multos. Et factū est post quadraginta dies: euntibus nobis venit peſſim⁹ ⁊ itolerabilis fetor ex quo velut exanimes effecti cadētes i terrā oraui⁹ dñz: vt iā clemēter recipi iuberet aīas nr̄as. ¶ Post modicū ho surgētes a terra aſpexim⁹ lacū magnum: ⁊ multitudinē serpentiū in ea ignitor. ⁊ ex ipſo lacu exierunt voces: ⁊ audiuim⁹ vlulatū ⁊ plāctū magnū quaſi populi innumerabilis: ⁊ de celo vox ſonuit dicēs, Locus iſte iudicij ⁊ penaz, ē: in quo cruciant⁹ q̄ xp̄m negauerūt, nos aūt vocez hāc audiētes ⁊ pectora pcutiētes cū lachrymis ⁊ timore nimio ipſum trāſiuim⁹ lacum: ⁊ venim⁹ inter mōtes duos altiſſimos: ⁊ in medio ipſor⁹ appuit nobis bois lōga ſtatura q̄ſi cētū cubitor. ⁊ ipſe catbensis, ſtrict⁹ ereis dua bg ex vtro q̄ monte ligata igne maxi. rema batur. b

rupes asperrimi.

campg elephātor. multor.

locus sine lucis.

scriptura ar rg.

fetor pessimg.

Lacus ſpetiuz et locus Judicij et penaz

montes aīa ha venenosa.

montes inter altiſſimos

ſimos hō ioo cubi

toz catbens

toto ligatus erat corpore: Due aūt catbene de vna
corporis parte: in monte vno erant fixe: & due in mō
te altero: & ignis maximus in circuitu eius ex om
ni parte. Vox autem clamoris illius audiebatur q̄ſi
per quadraginta miliaria. Qui vt nos vidit: plo
rans & eiulās fortissime exclamauit, crudeliter essi
ab igne cremabatur. Cunq̄ nos talia cerneremus
valde pertimuimus: cooperientes facies: a longe
ipsos transiuimus montes: & ecce in alium cōtinuo
deuenimus locum vbi rupes multe & profunditas
magna erat. Ibi etiam quandam vidimus femi-
crinibus solutis stantem toto corpore a maximo &
terribili dracone inuolutam. Quandocunq̄ ergo
ad loquendum os suum aperire voluisset caput suū
draco confestim in os eius mittens: linguaq̄ ipsius
mordebat. Capilli autem huius mulieris ad terrā
vsq̄ descendebant. Cunq̄ in illā mirantes pauidi
aspiceremus subito de ipsa profunditate & valle mi
serabiles audiuimus voces dicentes. Miserere no
bis miserere, christe fili dei altissime. Nos itaq̄ ve
hementer exterriti: ponentes genua in terram: ora
uimus dicentes cum lachrymis. Domine qui nos
creasti: nunc tolle animas nostras: quoniam iudi
cia tua oculi nostri viderunt in terra. Surgētes au
tem cum ingenti luctu & merore simul & timore ve
nimus in locum alium in quo arbores multas & ma
ximas vidimus habentes similitudinem ficorum.
In ramis autem ipsis volatilia multa: similia aui
bus celi: quorum voce humana fortiter clamabant dicentia.
Parce nobis domine qui plasmasti nos parce no
bis misericors: quia peccauimus ante faciem tuaz
super omnem terram. Nos autem orauimus dicen
tes. Domine misericordissime ostende nobis ista q̄
vidimus miracula tua: quoniam ignorauimus q̄d
sint: venit ergo vox dicens: non est vestrum nosse my
steria que vidistis viam pergite vestram. Inde igi
tur cum ingenti pauore egressi: deuenimus in locū
bonorabilem ac speciosissimum in quo quattuor vi
ristabant habentes figuras venerabiles tanq̄ mi
ra pulchritudine decoras: vt credi aut fari omnino
facile vix possit: isti siquidem coronas aureas gem
mis & lapidibus bonorifice compositas in capitib⁹
habebant: & in manibus palmas aureas gestabāt
Ignis vero marinus ac terribilis ante illos: & spa
tas acutissimas ante se tenebant: nos ergo ista cer
nentes: ac valido perculsi timore exclamauimus ad
illos dicentes: domini seruī & dei excelsi miseremi
ni nostri: vt spate & iste ignis nobis non prevaleant
nocere. At illi respondentes nobis dixerunt nolite
timere: viam quam vobis deus demonstrauit ite
securi: nos enim dominus in isto posuit loco: vt viā
hanc seruaremus & custodiremus vsq̄ in diem iu
dicij quando orbem terre iudicaturus aduenier.
Hec nos audientes a sanctis viris illis ac de longe
eos salutantes pertransiuimus locum ipsum & per
quadraginta continuos dies ambulauimus: nullū
omnino cibum sumentes: aquam tantum bibētes.

femina a draco ne vexata.

aues clamātes more humana.

40 dies sine cibo

Ambulantibus ergo nobis subito voces populi
innumerabilis audiuimus psallentium: & odor suā
uissimus quasi balsami optimi ac pretiosissimi ve
nit nobis & sicut de mellis fauo dulcissimo os nos
trum indulcorauit. De suauissimo igit odoris necta
re ac celestis melodia cātilene sopor nos arripuit.
Post modicum autem surgentes e somno vidimus
ante nos ecclesiam mirabili ornatu decoratam ac
pretiosissimam: que tota quasi christallina videbat
in medio autem ipsius ecclesie altare bonorificum
de quo altari aqua egrediebatur que lactis candi
dissimi colorem babebat. Nos autem aquam ipsaz
in veritate lac esperauimus. In circuitu vero fon
tis illius: stabant viri sancti & bonorabiles & canta
bant canticum celeste, i. voces cherubin. Nos aūt
bec intuentes timuimus valde. Ipsa vero ecclesia
a parte meridiana, similitudinem babebat lapidis
pasim pretiosi a parte australi colorem sanguinis
mundissimi pretendebat: a parte autez occidentali
tota erat alba instar lactis & niuis cādidissime stel
le super ipsam ecclesiam plusq̄ huius mundi syde
ra lucebant: sol ibi septempliciter lucebat & cale
bat: q̄ in huius terre regione: alpes & arbores om
nes alte: & folia ac fructus plures & dulciores q̄
istius mundi arbores babebant sed & aues celi ali
ter resonabant q̄ aues terre istius. omnis autez ter
ra ipsa duplices babebat colores, i. vna facies erat
nigra & alia rubicundissimis coloribus erat. nos igi
tur stupentes: & in eodem loco adorantes: ac ipsos
viros salutantes: cum timore egressi sumus: & cepti⁹
q̄ iter arripere festinauimus. Deniq̄ post bec cen
tuz impleti sunt dies [vt dominus testis est nobis]
q̄ nullo refecti sumus cibo: aqua nos frequentius
refocillantes: cum ecce subito euntibus nobis: ve
nit populi innumerabilis multitudo virorū a: mu
lierum obuiam in vnum conglobati: non autem il
los longiorem preterq̄ vnius cubiti staturaz babe
re vidimus: igitur visis illis valde pertimuimus.
Tūc miserabilis ego peccator theophilus. dixi fra
tribus meis sergio & tymo. Soluentes capillos no
strosveniamus aduersus eos forsitan fugient a no
bis: & liberabit nos dominus de manibus illorum.
Quod cum ipsis visum fuisset bonum solutis fasci
olis & capillis nostris: irruimus super eos repente:
ipsi autem boc ceruentes: confestim filios suos ar
ripientes: stridentesq̄ dentibus citius aufugerunt
omnes. Nos autem dominum collaudauimus qui
eripuit nos: & transeuntes flumen: inuenimus ber
bas candidas & albas sicut lac: dulces velut mel: al
tas vero vsq̄ ad vnum cubitum. Oblectantes ita
q̄ de berbis mellifluis. ac nos saturātes ex eis gra
rū actiones creatori oīum obtulim⁹: q̄ nos p tanta
seruauit pericula: ac gratuita nos sua gra nutriebat.
Nos interea viā inuenim⁹ speciosam: & cadētes in
terrā adorauim⁹ & collaudauim⁹ dīm misericordē:
q̄ ea nobis demōstrauit. Igitur per dies plurimos
ipsam viā sequētes: tandē ad spelunca peruenim⁹

4or. viri habētes spatas amtissimas q̄

spelūca q̄ venerunt

+ sine cibo 100 dies.

bonorabilē tunc signaculo sancte crucis mēbris vn
dicq̄ munitis in eādē ingressi sumus criptā: sed nul
lum ibi inuenientes babitatorem: dixim⁹ inter nos
Undicia bec non est nisi de manu dominis. Oba
neamus ergo bic vsq̄ ad vesperum: & videre ſbabe
bimus loci buius babitatorez. Ilis ergo dictis vna
bora vt pote lassi resedimus: & subito odore suauissi
mo perfusi obdormiuimus. Rursum igitur quo in
tervalio excitati a somno foras spelunca exiuim⁹
& contra orientem respeximus & ecce subito figurā
bominis a longe ꝓperantis vidimus cuius capilli
capitis instar lactis candidissimi aut niuis quasi i
aera volantes totum viri corpus operuerunt. Ipse
autem mox: & nos allonge respexit: semetipm in ter
ram piecit, ptinus, ac rursum eleuans se ad nos ita
clamare cepit. Si vos ex deo estis: sancte crucis si
gnaculo munite vos ad me vsq̄ ꝓperantes: ne aūt
ex dyabolo: fugite a me dei seruo. Hec eo dicente:
tali voce affati sumus. Benedic nobis pater sancte
& noli turbari: quī & nos serui sumus Jesu xpi dīi
saluatoris nostri: renūciauimus siquidē seculo buic
vano factiq̄ sumus monachi. Talia vt audiuit: illi
co ad nos venit & manus suas ad celum eleuās diu
tius orauit surgensq̄ ab oratione capillos ab ore &
facie sua tollens benedixit nos: ac locutus ē nobis
Ipsius vero capilli capitis ac barbe erant candidi
vt lac: faciesq̄ eius sicut vultus angeli Erat enim si
cut lignum secus aquarum decursus plantatum: &
pre senectute nimia oculi eius non aperiebant: eo
q̄ supercilia eos cooperiebant vngule nempe ma
nuum eius ac pedum longe nimis: barba vero & ca
pilli corpus eius: oē circūdederunt: cutis illius q̄ſi
pellis testudinis. tunc ipse cum lachrymis: ad nos
exorsus est ita. Fratres mei benedicti vnde estis:
vel vnde huc aduenistis: dicite nobis qualiter se ba
beat genus humanum: vel quomodo fides xpiano
rum & si sarraceni vel ethnici bactenus xpi populo
pecutionem ingerunt. Nos itaq̄ vt interrogati su
mus: ei per ordinem responsum dedimus simul di
centes angustias & pericula que per omnes passi su
mus viam & q̄ voluntas ac desiderium esset ire vbi
celum terre se iungit aperuimus. Ipse autē ad bec
respondens ait. Filioli mei carissim audite me. ab
isto loco vltra ad paradisi loca non potest ire homo
carne vestitus. ego peccator exiguus valde in bac
etiam voluntate laborauit: cupiens vltra ꝓcedere vt
finem terre ac poli cernere quiuissez: sed nocte qua
dam astitit mibi in visu domini angelus dixitq̄ ad
me. ne vltra ꝓcedas neq̄ dominum temptare ꝓe
sumas. Cui ego, quam ob causam inq̄ mi domine ī
antea pergere non licet. At ille de isto inquit loco
viginti sunt miliaria vsq̄ ad paradisum: vbi adam
& eua in delitijs constituti fuerunt super ipsum ve
ro paradisum celuz terre iungitur. posuit deniq̄ do
minus ante eundē paradisuz cherubin cū ignea rō
pbea atq̄ volubili ad custodiendū vite lignuz & bz
a pedibus vsq̄ ad umbilicū similitudinem bois pe

paradisus vbi adā et eua ꝓstituti.

angelꝰ ꝓ vas paradisum q̄lis figura

actus sicut pectus leonis manū sicut christallū bfis
gladiū vt seruet paradisum: ne aliquis illud ꝓma
re valeat. ego itaq̄ bec audiēs ab angelo amplius
non rndi: nec vltra ꝓcedere cēptaui. Igit ego tbeo
pbil⁹ & itineris mei socij ac fratres ista sancto a au
dientes ꝓstrato omni corpore collaudauimus dīm
& ipsum seruum xpi salutauimus: vespere autem fa
cto dixit nobis. Fratres mei dilectissimi exite fo
ras cellulam & expectate paululum. babeo enim leo
nes duos qui per diem foras ambulantes: sero ad
me reuertunt: ne ipsis subito venientibus mali ali
q̄d patiamini ab eis. Nobis ergo cum pauore pau
lulum exeuntibus leones rugiendo extimplo adue
nerunt. Ipse vo manus sup eos ponēs: ac colla de
mulcēs ait illis. Filioli mei boni fratres tres de se
culo venerunt ad nos: ne faciatis illis malum. Co
tinuo nos aduocans dixit. Fratres venite & iam ti
mere nolite. Nos vo cum pauore nimio intrātes sa
lutauimus illum: & vespertina finaxi celebrata: rese
dimus: glandes ac berbarum radices ꝓ cibo sumē
tes: & aquā bibētes cū silētio. Oblane aūt facto lo
cuti sum⁹ viro sancto dicentes. Pater sancte & dñe
obsecram⁹ tuā beatitudinem vt cōuersationē tuaz
nobis enarres & quō buc aut vīi venisti: & quo noīe
voceris edicito nobis. At sanctus nobis tale de
dit rīsum. Ego inquit mei amantissimi fratres & fi
lij Macbarius vocor in regali ciuitate natus & nu
tritus & filius viri romani, qui inclitus fuit & in im
periali pollebat ciuitate. Cum autem pueriles ex
cessissem annos: me renuēte ac nolēte pater meus
desponsauit mibi vxorem diemq̄ statuit nuptiarū.
Interea thalamo adornato: cum iam frequentia
populi fuisset inuitata: & sponsa sedente pater me⁹
bylario effectus cunctos inuitatos boratur pete
re quicquid vellent. Omnib⁹ aūt qui aderāt locis
ac saltationib⁹ intentis: furtim exiui. & domum vi
due cuiusdā familiaris intraui ac septē dies cū illa
latitans permansi. Ipsa autem diebus singulis do
mum patris mei ingressa, audiunt que de mea inqsi
tione loquebant: & veniens cuncta mibi replicans
dixit. Pater aūt me⁹ cū me vndiq̄ requirēdo non in
ueniret flenit amarissime: sed & mater ac tota fami
lia. Octaua exinde die, i. nocte dīca mulierem illā
salutaui: & egressus in publicā viā. inueni virū quē
dā canicie venerabilē. quasi ad ambulandū stantē.
Quē adorans dixi. Ubi pgere babes senior: sancte
At ille bylari vultu ad me conuersus dixit. Ubi tu
ire desideras: ego tecuz ire dispono. eo q̄ itinera ip
sa mibi oppido q̄ sunt cognita. Tunc ego ꝓfortas
cepi dominem sequi. Per domos vero exinde itrā
tes vicinas. per viam panem rogauimus accipere
& accepimus. Per plurimos autem dies ambulan
tes tandem peruenim⁹ ad angustias viaz oīum vn
de vos venire dixistis. Cuz ergo ad triginta millia
ria prope locum istum veniss⁹, quadam die sedē
tibus nobis inter ipsa mutua colloquia repente so
cius disparuit. Tunc ego nimium turbatus. & quo

duos leones habebat

macharius nata sua virg.

senior cōmittatur eis.

disparuit socius

me verterē ignarus: cadens in terrā plangebam validissime. Et ecce ꝓfestim sine mora is q̄ ante dispa-
ruit: cum magna claritate apparuit: et ita affatus ē me. Noli turbari dilectissime: ego enim sum ange-
lus rapbael ī adiutoriū tibi missus: qui te huc pduxi ꝑcepto altissimi. Dñs aūt viā tuā ꝓsperam fecit.
Loca siquidē tenebraꝝ loca tormentoꝝ: loca pena-
rū ptransisti. in lucē venisti: fontē aque viue et loca
iustoꝝ vidisti. Idcirco noli timere: sed surgēs viaz
tuā ꝑficiscere. Quo dicto rursus q̄ apparuit: dispa-
ruit. Ego vero interea viribus receptis: surgēs am-
bulare cepi et a longe onagrus intuitus clamauit: di-
xitq̄ illi. Aue per christum q̄ te creauit: ostēde mihi
viam per quam ambulē: ipse autē concite occurrēs
ingressus est ante me per semitam quandā parvulā
et angustam. Quem ego subsecutus sum ficq̄ duos
ꝓpleuimus dies simul ambulantes. Die aūt tertia
aspeximus seruum mire magnitudinis a lōge quez
onager videns et pertimescens declinauit a me: ite-
rum ego solus relictus angustiatus sum viam om-
nino nō habens. Tunc ꝺ ceruū clamās dixi. Quia
adiutoriū mihi tulisti p deū te cōiuro: semitā mihi
ostende. Ad hāc vocē veluti animal domesticū ad
me declinans angustū ingressus est callem post ter-
gum me semp aspiciens. Sic ergo tres insimul am-
bulauimus dies. Tunc ecce quarta die īmensuz ac
terribilē offendimus draconē mediā distentuz p
viā. Quē vt cervus vidit repente fuga elapsus eua-
sit. Ego interim timore valido perculsus: in terram
cecidi: deinde confortatus in dño surrexi: ac me si-
gno sancte crucis muniens ad draconē dixi. Deū
ōipotentem time: et noli mihi nocere. Tunc ipse ter-
ribiliter de terra se erigens humana me affatus est
voce dicens. Veni benedicte dñi: tu enim es ꝺuus
dei altissimi macharius. Angelus autem sanctus
rapbael figuram et vultum tuū mihi demōstrans p̄
cepitvt ꝓcite tibi occurrerē atq̄ pducerē in locuz a
deo tibi ꝓparatum. Ego itaq̄ quarto die te ꝺ ex-
pectani nihil oīno comedens. ba cvero nocte ī nube
lucidissima te sedentē aspexi: simul et vocē desup au-
diui dicentem mihi. Accelera vt eripias macharium
seruū de qui adest vt tibi predixi. Quapropter sur-
gens sequere me ne repugnes sed veni et locum mō-
strabo tibi vbi dominum debeas collaudare. Ihis
ergo dictis quasi vir iuvenis apparuit: et mecuz ad
speluncaz banc vsq̄ pervenit. Cunq̄ ingressi fuisse-
mus repente euanuit. ¶ Tunc ego peccator in pre-
sentia ꝓsperi duos leones catulos iacentes: ma-
ter autem illoꝝ iuxta illos mortua iacebat. Quā
ego foras eiiciens sepelivi et dominum collaudans
glorificaui. qui tanta in me mirabilia fecit: et de ta-
gravibus angustijs liberauit: ipsos autem leuncu-
los frondes arboꝝ decerpens ac illis porrigens
vt ꝓprios enutrirui filios ficq̄ duos annos īsimul
quiete habitantes compleuimus. Tunc ecce post ꝫ
laqueus diaboli cuius nunq̄ a seruis dei cessat in-
quidia ꝓfuit. Nam die quadam boꝝ quasi septima
e spelunca foras egressus: sole feruescēte resedit: ſic
subito subtile fasciolum et oculis delectabile: iuxta
me in terra positum aspexi. Ego vero in memetipso
cogitans dixi. vnde in hac solitudine fasciolū. Et
stimans tamen quia in veritate esset fasciolū: obli-
tusq̄ ego miserimus me signo crucis munire: quo-
niam quidem sacrosancte crucis signaculum: omnē
inimici eneruat fantasiam ꝺmisi manum et leuās fa-
sciolum reportaui in speluncam: altera nihilomin⁹
die egressus calceos femineos repperi iacentes in
terra sed nec tunc miser ego insidias diaboli aduer-
tens nec crucis vexillo me muniens calceos leuaui
quos in speluncam portans fasciolo iunxi. Tertia
autem iam die iterum exiens dyabolum in decore
vel specie mulieris vestibus preciosis indute stan-
tem inueni. ego vero miserabilis nec sic quidem la-
queos inimici recordans: nec aliquo modo me si-
gnans sed credens inveritate quia mulier esset ao
ad illam. vnde huc aduenisti: aut quis te in hāc ad
duxit solitudinem. Illa continuo flere amarissime
cepit. Tunc ego miserius simul cum illa veluti com
patiendo valde ploraui. Post hec respondens di-
xit: ego miserrima o pater sanctissime filia sum viri
romani: que cum me inuitam ac nolentem despon
sasset inueni cuidaz nobilissimo romano ac dies nu
ptiarum venirent et thalamum ac conuiuium ordi
narent inter nuptias ipsas spōsus meus disparuit.
Cunq̄ turbati omnes huc illuc q̄ eum inquirendo
turbarentur: ego gaudia effecta claz exij et nocte ea
dez iter arripiens: nec itineris ducem aliquo modo
bñs per angustam viā montium ac vallium erran
do bucusq̄ pervenī. Hec ego cum audijssem: et om
nia ita esse credidissem simul et sponsam meam fore
sperans: per manus apprehendi illam: et in banc in
troduri speluncam: lachryme vero ab eius oculis
nullatenus cessabant. Tunc ego miserijs et lachry-
mis eius compatiens: et valde super eam dolens se
dere eam iuxta me feci: simul et glandes illi ad man
ducandum prebui: non enim insidias dyaboli intel
lexi: neq̄ vllatenus crucis me signo munivi: sed si
mul sedentes diutius colloquia habuimus. Tunc
cepi quasi de labore nimio somno igravari: at illa
manibus suis mea omnia membra mulcēdo palpa
uit: et eo amplius somno gravatus sum. Quid mo
roꝝ miser ego qui antea nunq̄ cum femina peccare
consensi: in somnis me petrū perpetrasse cognovi:
nam subito expergefactus e somno quasi cum femi
na discoopertum in terra me iacentem inueni: ipsa
iam vero non apparuit. Tunc infelix ego insidias
dyaboli sero aduertens foras speluncam citius exi
vi: et pectus feriens ingentes lachrymas fudi. Ip
si interea leones qui mecum aderant meum intelli
gentes delictum q̄ citius fugerunt a me. bos autē
cum cernerem fugisse scilicet leones cum luctu ni-
mio ac dolore cepi christi misericordiam devote suo
care: quatenus et mihi penitentie normam ostende
ret ac leones ipos redire iuberet. Nec mora, clemē

tissim⁹ pater qui me ad penitentiam seruare voluit
illos confestim fecit redire leones: mecumq̄ ingres
si in banc speluncam bumum pedib⁹ suis ad vnius
staturam hominis aggregabāt: ego autem bec itel
ligens colloten⁹ ipsam intraui fossam ipsis iperās
leonib⁹: vt in eodem me sepelirent loco. Quod cuz
factum fuisset annos tres sepult⁹ in eadez fossa per
egi. Interea ingēti pluuia descendente rupta est
spelunca desuper caput meum vbi stabam: et lucem
vidi: et foras man⁹ emittens berbas que in circui-
tu super caput erant decerpsi et comedi. Trib⁹ itaq̄
annis evolutis affuerunt leones: et lumen circa me
videntes effodiebant bumum in qua me sepelierūt
ego quidem toto corpore san⁹ egressus sum virtutē
pristinam in me sentiens. Tunc glorificans domi-
num meum iesum christum exiui de spelunca ponēs
q̄ genua mea in terra, xl. dies, et xl. noctes in eodē
immobil⁹ permansi loco collaudans et obsecrās deū
et gratiarum actiones offerens qui tanta misericor-
diarum munera nobis peccatorib⁹ iugiter prestat.
Ibis ergo completis diebus reperti in speluncas: et ec
ce quattuor anguli eiusdem spelunce lumine celesti
resplenduerunt valde: et vidi saluatorem christuz in
scemate viri quasi auream babentem in manib⁹ vir-
gam: ac dulcissona voce mirabilem cantum psonan
tem: vox autem illi⁹ vebemens et fortis quasi mille
bominum audiebatur. Cum vero iam melodie cele
stis cantici explerentur repente vox trib⁹ vicib⁹ in-
sonuit dicens. Amen: et in sempiternum amen. in ip
sa igitur boza egressus a spelūca saluator scādebat
ad etberā: et ecce continuo maxima ignis columna
quasi nubes valida intrauit speluncam et facta sunt
tonitrua et immense cboruscationes: et omnia celivo
latilia ſm ꝓprias audiui voces canere dicentia.
Sanctus sanct⁹ sanct⁹, domin⁹ de⁹. Ego itaq̄ dum
bec cernerem simulq̄ audirem propter visionis ma
gnitudinē territ⁹ valde sum: et in extasi rapt⁹ cecidi
in terram et octo dies ita permansi: tunc nanq̄ ītel-
lexi quia saluator mundi christ⁹ banc ingressus spe-
luncam benedixerit illamq̄ sanctificaverit. Tunc
ego introgressus in eam ꝓ ignorantia ꝓpria ac
negligentia cepi satisfacere collaudās et glorificās
christum saluatorem ac redemptorem nostrū: et crea
torem omnium qui tanta me sustinuit patientia et p
duxit ad penitentiam: et rursus talem mibi demon-
strauit clementiam. Quando autem bec acta sunt:
septez in bac spelunca: etatis vero quadraginta an
nos babebam. ecce nunc vobis velut filijs charissi-
mis omnem vitam meam in veritate enarraui vos
ergo si pugnas vel insidias maligni hostis sufferre
potestis considerate: et bic nobiscuz manete: sin aūt
ad monasterium de quo egressi estis revertimini: et
domin⁹ sit in itinere vestro. Nos autem cum ista a
sancto dei audissem⁹: cadentes in terram glorifica
uim⁹ dominum: qui fecit mirabilia sol⁹: et ad sanctū
seruumq̄ christi locuti sum⁹ macharium dicentes.
Pater beatissime macbari ora pro nobis ad domi-
num: vt ad nostrum remeare possim⁹ monasterium
atq̄ conuersationem tuam sanctaz per omnes chri
sti ecclesias enarrare: credimus enim q̄ dominus
idcirco nos perduxit ad te. Tunc senio: diutius su-
per nos orationem fudit: et fusa oratione benedixit
atq̄ osculat⁹ est nos omnes: et commendauit chri-
sto vt in pace dirigeret viam nostram: deinde tra-
didit nos leonib⁹ illis: precipiens eis, vt transduce
rent nos quousq̄ loca tenebrarum pertransiremus
vbi pidem septem dies: et totidem noctes in tene-
bris iacuimus. Dimissi ergo a seruo christi scō Ma
chario: prospere ad absidam alexandri pervenim⁹:
vbi leones salutates nos ꝓcito gradu reversi sunt
ad seruum dei: igitur faciente christo deo sine angu
stia aliqua nostram ambulauim⁹ viam: et introeun-
tes terram persarum venim⁹ in campum mirabilez
qui vocatur assia: vbi sanctus Mercurius interfe-
cit apostatam Julianum: et ingressi denuo sum⁹ ci-
uitatem kitissefodo: in qua pueri tres requiescunt
non longe a babylone. Post bec tygrim flumē per-
transeuntes: quinto decimo die intrauimus bieru-
salem: et ad sepulcbrum domini nostri Jesu christi
siue per cuncta loca orantes gratiaꝝ actiones chri-
sto saluatori omnium libauimus qui nos sua gra-
tia incolumes seruauit euntes et redeuntes. Inde
igitur egressi: veloci cursu ad nostrum puenim⁹ mo
nasterium et nostrum dominum: ac fratres nostros
omnes in pace et sospitate reperientes per ordinez
que vidim⁹ et audiuimus mirabilia et misericordias
domini: sed et vitam et conversationem beatissimi
Macharij illis enarravim⁹. Quotquot autem bec
audiebant et laudabant et glorificabant et bymnum
dicebant deo patri omnipotenti: et filio eius vnige
nito domino et saluatori nro: necnon et spiritui vivi-
ficatori et illuminatori animarum nostrarum qui tri
nus in psonis vnaq̄ deitate noscatur: vivit et regnat
vbiq̄ deus benedictus et laudabilis nunc et per im
mortalia secula seculoꝝ. Amen.

¶ Finit vita sancti Macharij
romani iuxta paradisum.

¶ Incipit vita sancti Pastbumij.

QVoniam desiderio desidera
sti semper audire que facta
sunt: et nos ne silentio tēpo-
ra peragāmur: idcirco de opi
bus domini tacere non pos-
sumus que in seruis suis in-
desinenter ostendit. Ad pri
mum de sancto Pastbumio
dei seruo: sciendum est quo
ordine eum, dñs ad suam vocare dignatus est gra-
tiam: sicut referentiuz iactauit oratio: qui conuersa
tionis eius ordinem nouerunt. Hec vestre dilectio
ni scriptis intimare curavi: quomodo per rusticos

dñs credentibus in se manifestauit regni sui mysterium. ¶ Erat enim Pastbumius mempheus genere: gentilis natus: ab infantia innocēs ignarus literis: ꝛ ab omni peritia alienus egyptiorum. Ab eorum gentiliū delubris semper extraneus. Fuerat enim restium ꝑparius: nunꝙ se adolescentium gregibus commiscuit: nec publici vsus fabulas aliquādo cognouit: pes eius ad saltandum non est cōmotus. In vita sua nunꝙ de ore eius turpis sermo ꝓcessit neꝙ auaricia in cor eius aliquando ascendit Ad feminam oculos cum adhuc esset in seculo non leuauit: mendacium omni virtute vitauit: discordiā vel odium aduersus proximum suum: neꝙ contra extraneum nouerat. custodiebat pacem in animo suo super omne tempus. ¶ Cum ergo hec ab eo gererentur: ꝛ annorum esset triginta septem: placuit deo eripere eum de corruptione peccatorum: ꝛ ad incorruptionem vite eterne eum euocare. Fertur introisse ad eum angelus domini: ꝛ ipse plectam de spato plectebat. Aitꝙ ad eū angelus domini Pastbumi. At ille ait. Quid est. Et dixit ad eum angel' domini. Quid est in manu tua. Ille ait funis plectarius. Et dixit ad eum angelus domini. Deum excelsum qui habitat in celo nosti? Pastbumius dixit. Domine nescio si est deus in celo. Sum enim rusticus: ꝛ nulla est mihi sapientia. Arti mee inseruio ab infantia mea: ꝛ nihil ab vrbanis hominibus audiui quod discerem: sed ꝛ publicum semper fugi accessum. Dixit ad eum angelus domini. Ora deum ꝛ dabitur tibi sapientia ꝛ intellectus. Pastbumius dixit. Deum non noui orare. Nescio enim quid dicam. Et accepit angelus folium lauri: ꝛ scripsit i eo verba orationis: ꝛ dedit illud Pastbumio dicens Manduca illud: ꝛ erit amarum in ore tuo sicut fel: ventremꝙ tuum implebit obsecrationibus sapientie: ꝛ dabit tibi formam orationis ꝛ sane doctrine. Et accipiens Pastbumus manducauit: ꝛ factum est os eius amarum. Porro venter eius dulcedine impletus est: ꝛ magnificauit dominum valde. Vere autem credimus in eo impletum illud ꝓphete Ezechielis vel Johannis apostoli. Librum de manib' angelor accipientes comederunt ꝛ adimpleti sunt sapientia ad prophetandum. Item angelus domini tetigit labia Pastbumij. Et depulsa amaritudine lingua eius de deo loquebatur ingentia: dixitꝙ ad eum angelus. Pastbumi fige genua tua in terram: ꝛ faciem tuam ad orientem: ꝛ tunc dabitur tibi a deo quēadmodum possis orare. Et posuit Pastbumius genua sua in terram faciem quoꝙ vertit ad orientem ꝛ infusa est ei oratio: ꝛ ait Benedicat te deus omnipotens rex celestis. qui ignorantibus te nomen tuum innotescere facis: per dominum nostrum iesum christum filium tuum nomen tuum efficiens manifestum: vt populum tibi congregaret ex omnibus gentibus adoptiuum. nam volens mundo succurrere labore laboranti: propter generis humani salutem: vnico filio nō pepercisti. per eū ergo te obsecro ꝛ tuam misericordiam: vt mibi ceco verū lumen in tenebris constituto ostendas. Tu enim dñe nosti: quia nullum sciebam omnino sermonem: ꝛ dignatus es donare quod loquerer ad te: ꝛ docuisti me quibus te rogarem. Ex meipso cognosco dñe deus meus: quia vere ceci vident: surdi audiunt: muti ora lingue soluuntur: claudi ambulant: leprosi mundantur. pauperes euangelizantur: peccatores vocantur. Quis eram ego: quia recordat' es mei. In quo prevalet apud te pusillanimitas mea quia requisisti me. Quare nunc peto vt a fordib' me abluas peccatorum naturalis miserie mee que me longo tempore pressit. viuebam enim eruditus a parentibus infideliter more gentilium tanꝙ socius iumentorum. Misisti enim mibi angelum tuum: ꝛ percussisti femur meum: aperuisti aꝙ saxeum pect'. Ueb enim tacenti de te: quia ignis vstione trucidatur i sempiternum. Ecce in breui cognouit: qui nō est gaudium impijs apud te nec peccatoribus leticia post obitum veniet. Nisi ad te conuertentur salui eē nō dicuntur: ꝛ qui non est visum tibi perdere me domine redemptor humilitatis mee ostende mibi in melius: vt in pleno cognoscā dñm ꝛ saluatorē iesum: qui non est alius absꝙ te: qui es benedictus in secula. ¶ Hec oratio sancti Pastbumij prima: ꝙ quam eus introduxit angelus dñi ad vitā fidei requirendā. Erat intentus ex hoc beatus Pastbumius. qui ad eum angelus domini remeare posset: fretus ex hoc orabat: ꝙ esset eus dominus semper visitatur'. Cū autem pauci dies transissent ecce Pastbumius iuxta consuetudinē suam restim torquebat' ex iunco, ꝛ ingressus angelus dñi ad eum ait. Aue inquit Pastbumi. Statimꝙ pauefactus surrexit Pastbumi' Et ait illi angelus. Vis ducam te ad virum sacerdotem dei: qui te baptizet in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti. Et respōdit Pastbumius. Domine mi sancte dei hoc est mibi optabile iocundumꝙ valde: vt in pleno me viam doceas dei: ꝛ que sit pfecta salus operum supernorum. Et apprehendit eum angelus domini invertice capilli capitis eius: ꝛ duxit eum ad quendam noie pascū. sanctū virū ꝛ timentē deū: ait illi: hunc doce que sit via dñi sapientie ꝛ intellectus: ꝛ baptiza eum in noie patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti. Porro sacerdos dñi audiens gratulat' est valde: sed sacerdos non intellexit angelū dei eē: qui introduxerat eum ad se. Statimꝙ angelus in splendida mutatus effigie refulsit in faciem sacerdotis in albis vestibus: vultuꝙ decoro. Tunc christi sacerdos timore perterritus cecidit consternat' in terra: rursusꝙ angelus erexit eum ꝛ ait illi: ne timeas: conseruus enim tuus: ꝛ omnium fratrum tuorum ego sum. Oportuit enim tibi manifestare gloriam dei nostri: vt scias quō hunc doceas verbū domini erudiens eum ſm saluationem eius: vt viuat in eternum cora dño: hec dicens discessit ab eis Pascus aūt episcopus accepto secum Pastbumio docuit eus ieiunare. Cui manū imponens cathecumi

num fecit: atꝙ ita velociter baptizauit: docens eū symbolū sacramenti. Qui mox vt baptizatus ē impletus est spū sancto dixitꝙ hanc orationē. ¶ Gratias tibi ago dñe Jesu xpe qui per spiritū sanctum reconciliare me dignatus es deo patri: ꝛ redemisti me a morte ꝛ a pena eterna: quā non credentes i te ꝓsequunt' peccatoꝝ suoꝝ pōderib' aggrauati. Sūt aūt pcā plūbo grauiora: quib' ego letor extractus: ꝛ de oībus iniquitatib' ꝛ necessitatibus liberatus exulto. Vere enim psonaꝝ acceptio apud deū non est: sed misericordia multiplex. Quō igit indignus ego ad se des accedere creature tue: nisi tu me celesti digito tangeres. Fenū male aridū qō in corpis materia habitare pceperas: velociter mibi voluisti subuenire: inimicū legis tue, q̄ mibi in carne dominabat' subuertens a fordibus aqua spūs sancti regeneratione mūdasti loquit' in me aīa renouata q̄ longo tpe inter oues pditas iacebat abiecta. Acce pto ligno letat' sum quasi noīs magni census: ipe ratoris militi infixo reparat' in gratiā. Quasi mut' accepi vocē loqui cupio filijs tuis: ꝛ bymnū narrare in cōfessione: qui absoluisti captiuū migrantem. Quesisti stultū ꝙ sapientia vtram donasti: egentem ditasti: mortuum resuscitasti: longe positum appropinquare tue manifestati fecisti: alienum a conuersatione israel: socium sanctoꝝ tuoꝝ ꝙ xpi gratia esse voluisti. ¶ Ideo cōfitebor tibi: ꝛ psalmū dicā nomini tuo cum me docueris ordinem psallam tibi ꝛ benedicam nomini tuo in eternum: ꝛ in secula seculorum. Igitur Pastbumius baptismū consecutus litteras nesciebat: sed tantū nomen domini fidei augmento ꝛ robore de die in diem crescebat accendebatur fraterne studio charitatis humilitatis vinculo ad vniuersos colligatus fuerat fratres. Charitatē iugum vehementer amabat. cunctosꝙ fratres qui aderant ecclesie proxima loca inhabitantes sollicite requirebat. Studiose psalmos dicebat cop' vero suum ieiunijs affligebat in oratione quotidie p noctabat. Agrestes delectabat herbas: ꝛ aquā frigidam bibebat. Cilitio super corpus opertum fatigabat per heremum currens vt miserum frangeret corpus asserens esse p̄tij aliquando ab ope si vacasset: verbositatē sermōis cauebat: diuinis libris accōmodabat aurez: iurare oīno detestabatur: mūdum se in oī oratione sua exhibebat: plangere non desinebat. Nā cum frequētia pateret in corpore demonum tentamēta. Ad nota orationum p̄sidia cōuolabat ꝛ ne amplius somno indulgere videret vt mortalia mēbra foueret: paululum super saxa reqescebat vt cum duricia lecturi doloribus ageret corpus: statim ad dei consurgeret opus. Panem enim suum ad mensuram accipiebat ꝛ aquam ad mensuram bibebat. Nunꝙ pleno ventre a mensa recessit nec sitim suam vnꝙ satiauit dicens non est dignus si carnis voluntas esset impleta. Obedientiā vero ꝛ fecit ꝛ docuit. Patientia vero superbos ꝛ iracundos homines humiliter mitigauit. Sed quādo sathanas suggestionibus suis cupiebat ꝓpositū ipe dire oculos in celum leuabat ꝛ statim sanctum ad se esse sibi sentiebat auxilium. Talis eius vitaꝙ ad senectam fuit: qualis ab initio fuit cum bec gererē tur in eo. vt omnino vsꝙ ad extremum suum despiceret corpus: vt siquando infirmitas febriū aut stomachi dolores graui tormento eius' afficerent corpus non dedit indulgentiā morbo infirmitatis: nec calidis vsus est rebus: nec leuiuscula minorauit: existimans ꝙ si corpori calido cibo consuleretur: a domino redemptio anime daretur. Nam si aliqñ valitudo grauis debilia gēua fatigaret ita vt adv̄gilias Pastbumius exurgere non valeret: orando ꝛ psallēdo in stratu suo non desinebat. Si lingua ꝓ siti siccaretur: cordis intima rugiebant. Ne filētio eius' hostis anime dyabolus letaretur. aut in opere dei vir sanctus negligens inueniretur. Sed cum in tā districtiori vita Pastbumius permaneret ad baptizatorem suum perrexit. ꝛ ab eo cōmendatiā orationē poposcit: ꝛ sine aliquo victu beremi postulauit arcbana. ibi multo tempore demoratus: innumeras demonuz infidias pertulit. Sed dominus qui de mūdo venerabilem conuerterat vir: quotidie cor eius armabat: ad sustinendas versutias demonum. Nota igitur facta est sancto Macbario: scilicet beati Anthonij discipulo ꝛ visum est illi abire in beremū ꝛ celebre eius factum est nomen. Nam ides macbarius ab illustri viro Anthonio monachorum fere ꝙn quaginta milia susceperat gubernanda. Eiusdē igitur macbarij exitus de seculo appropinquabat dñico gregi quis post eius excessum magisterij nomie subrogaretur. iquirebatur. sanctus itaꝙ macbari' cū ad sanctū venisset Pastbumiū excepit eū libenter ꝑcipue cui' iam ab angelo famā audierat: nō ergo ille vt bospes: sed eius subtiliter explorare ꝓpositum venerat. Porro macbarij aspectibus Pastbumij complacuit cōuersatio ꝛ eū suadere cepit vt sancti Anthonij anachoritarum principis non grauaret visitare reliquias. Sed cū oī virtute reniteret ꝛ abire penitus noluisset. In somnis Pastbumius fine aliquo cūctamine ire iubetur nam diuine ꝓtra dicere non poterat maiestati. Itaꝙ cuz macbario aggredit' iter multitudinē ꝓgregatōis monachorum que a solo gubernat' Macbario ingressus: de quo sepe diximus: corpus sepelisse magistri: cū spiritus eius vocatus est ex seculo. Qui cū se in extremo vite isti us temporalis aspiceret aduocato ad se sancto Pastbumio ita exorsus ē et. En frater tempus resolutionis mee instat: quapropter audiens bonū testimonium de te: finem senectutis mee debilitatis supposui gressibus ad perueniendum vsꝙ ad te. Nunc igitur bene fecisti venire mecum. Suscipe ergo paterno amore gregē dei ad regendū. Noli ꝙre re qō tibi vtile est: sed qō multis vt salui fiant ne ergo neges suscipiendi bonoris gratiam mercedez a domino recepturus tempore opportuno. Tunc sanctus Pastbumius pedibus eius prouolutus ait

Charissime pater: quomodo mihi tam magne multitudinis curam imponis: rustico homini litteras nesciēti? prouide igitur ex bis meritum hominē qui possit cum sollicitudine tantas animas regere populoz. Tunc macharius ait pastbumio excusationes non audio neq causas recipio: bi enim omnes sub tua ditione manebunt: nec alius est tante abstinentie vir qui possit istius populi gubernare animas ac sollicite ptractare: et vt certius dicā dilectissime frater: te electiōe sua dom⁹ designauit ad suscipiēdū huius ministerij locū. nequaq ergo celesti poteris contradicere iussioni nibil ex boc pastbumius locutus est macbario sed duz eius verba secū in animo volueret macbarius emisit spiritu statim q populoz ingēs turba intēte ad funus currunt ipsa psallētium multitudo: diuersis bymnoz vocibus quasi vno ore laudes deo canebant donec corpus ad sepulcbrum deducerēt bumandū. nemo tamē vebemēter dolebat eo q sanct⁹ macharius tam velociter monasteriū relinqueret: quoniā dom⁹ si milē ei pastbumiū gregi suo magistrum puiderat. Trib⁹ ergo dieb⁹ post sancti macharij decessum orabat pastbumius vt acciperet de celo fontē doctrine p iesum in spiritu sancto: vt posset tantam populoz militiam docere prudētiam. Tertio igit die venit ad eum ꝑm consuetudinē: qui eum conueterat angelus et locutus est ad eum et constituit eū monasterioz doctorē et principē in eum locū a quo macharius recesserat: deditq ei formaz spiritualium ꝓceptoz et abijt. Porro pastbumius congregatis fratrib⁹ cunctis aperiens os suū locut⁹ est eis dicens. Audite filioli verbum quod dom⁹ locut⁹ est vobis: preclaram ꝓceptoz iusticiam et charitatis regulam sensib⁹ nostris volens infundere: paterna enim voce loquor ad vos: in nomine domini nostri iesu christi: et spirit⁹ dei nostri. accepi enī formaz de manu angeli: vt dicaz vniuersa que acciderit sensui meo ad vestram edificationē. ¶ Intēte igitur ꝓbete aures: deus ipse mādauit quod de ore meo procedit. Prima est enim mandati consideratio: in omnib⁹ vos obedire maioribꝰ. Secūda mādati est subiectio vt in timore casto seruiatis domino. Tertia positio est vt temperanter et pie et iuste viuatis in boc seculo. Quarta mandati ratio: vt corpa vestra affligatis p omnia: quo possitis acquirere animarum salutē domare ieiunijs mortificare carnem quia bec est delectatio bonoz operum. Quinta constitutio oratioi frequenter instare sicut et apostolus indesinenter orare nos iubet. Orantes quippe semp ac ieiunantes et fidei dona in memoria mētiz tenebim⁹ infixa vt possim⁹ scaturiētiū demonū superare naturam. Sequitur aliud gen⁹ erroris in quo maius est animē dānum: superbie malus p omnia est cauēdum: bec angelū in primordio mūdi de celo deiecit: et nouim⁹ supbiam originē esse peccatoruz. Ad quaz excludēdam de cogitationib⁹ nostris deum semp precemur: vt donetur nobis forma bumilitatis. Accedit et alia infestatio mortis in corpore: si de seculari vitioz causa monachoz sollicitet quēq. Funiculum vero charitatis ante omnia intervos babete: fide continua in spe manētes: quoniaz ad regnū dei eternū festinatis. Cura ergo disciplineq monachoz perfecta est dilectio. Hec vincula charitatis et pacis exornant sine auaricia. Igitur in dilectione sincera modus sufficiēs est ꝓsentibus et qui inuicē diligunt: et filij regni vocabuntur. Perfecti inuicē diligētes ipsi sunt qui manducāt panez in regno dei sine macula. Perfecti ergo eritis si mūduz sacrificiū charitas in odorē suauitatis zelo succedat. Baudebit enim dom⁹ iesus in vobis: quia feciſtis fideliter qđ ipse mandauit. Ista prima legis in monte syna ordinatio bec ad Moysen data est. Diliges inquit dominū deum tuuz ex toto corde tuo: et ex tota anima tua. Secūdo diliges proximū tuū sicut teipsum. Nacat enim dilectio dei nisi iūgatur et proximi. plenuz ergo ꝓceptum veritatis vt maneat in sensu: indiuidua est regula charitatis. Tūc ergo dilectio beata erit in pleno: si colla obedientie posueritis propositō. Obedientia quoq in cōgregatione laudatur. Nibil vobis proderit filioli si diligitis inuicem et non vultis inuicē obedire. Dilectio sine obediētia cū est faciet criminosum conscientie egrum. Quomodo enim gramē semmales impedit fruct⁹: sic inobediēs homo frustra ieiunat: et orationis nullū recipit fructum. Igitur qui in vno esse concupiscūt et viuere mēte cōmuni, dispo suerunt: bi consilijs maioꝝ⁹ inseruiant. Quicquid ex consilijs processerit patiū hoc faciat qui procul est. Quicūq frater oneris quippiaz collo suo portauerit: nec quidē sustinet de humero suo onus extare. Si abbas ꝑsens fuerit reperiēs aquam scatiuz siue germinantē: et ꝑter abbatis consiliū diuerteris ad bibēdum: aut alterius fratris te cōcomitantis eti am iuniozis peccatū feciſti: quia ꝑter benedictionē aquam potasti. q si calor solis exarserit et volueris bibere et abbas te domando ꝓbibuerit: si vel mēte murmuraueris: deliquisti. Deinde si invia calcaueris spinaz donec abbas ꝓceperit educēdā: procul ab inuicē contextas vites sternite. Cum ad dormiēdum seceditis inter socium cubitus babeatur vn⁹: ne dum ad inuicē proximant corpora nutriant libidinis incētiua. Porro negocium noctis propter lucifugas demones et noctipetas: in spirituali opere pagatur. Exprectis autē nulla de secularib⁹ causis donec ad gallicantuz fraternarū orationum cōmunis boza succedat alterius vocis cantus alterum non excitet ad orandū: sed cuz suum pect⁹ tundere ceperit qui primuz experrectus est prouocet etiaz ille qui dormit exurgere. Sepe enim sathanas cuz somno animā captā nocturnis luoluit tenebris: vt ab orationis patrocinio separata fit operāte diabolo socio tenebrarū. Ideo dico vobis filioli vigilate: quia nescitis qua boza fur veniat animarū. Studete igitur complacere deo. cōuersationē. habētes

spiritalem. Diuina mandata in dilectione dei cū sapiētia legis ꝓcepta tabulis cordium vestroz⁹ fint: nec quidem amplius sapiatis q simplicitas confirmat scripturaruꝝ dei. Multi autem de deo aliter sentientes, exciderunt ex dilectione dei et proximoruz suoꝝ. Qui ergo huiusmodi sunt audiant Baruch prophetā dicētem. Si enim vidēs populi sui dilectionē fraternitatis esse incoruptam: inter cūctos facit eos amicicie dei fieri socios. Quoniā qui diligūt deum ꝑm boni operis gloriam inuicē in operib⁹ bonis irritam faciunt vitam istius mundi prophanantes quicquid ex diabolo cogitationum malarum in cordib⁹ dei seruoꝝ quoniam cupiūt anachoritarū ꝓfrui vita: si corpus abdicant adbuc in terra positi iam celestia delectantur: nibil terrenuz prorsus exquirant vt viam secularium tenebrarum causas conculcantes ac prosternētes. Verū quia celestibus regionibus apti: vos satis placere conuenit creatori virgines mente et corpore permanentes fructus fidei et limen sermonis q maxime conseruantes: nephas est enim vt monachum quis cō prebendat in modico vel in maximo. Irreprebēsibiles enim nos esse apostolus docet: vt sermo noster in gratia sale sit conditus scilicet condimento quo nos Euangelista condiuit dicens. Vos estis sal terre. Od peto vt non in vobis euanescat ne forte cū euanuerit: extra congregationem multitudinis foras proijciatur: linguis inimicoꝝ quotidie conculcandum. Hoc autez obsecro filioli: ꝑm formam que mibi data est de manu angeli: fugere vos linguam detrabentium iniquoꝝ: qui mordaci dentetietiaz sine causa ecclesie christi insultare festinat. Dissentiones quas babetis inter vos proijcite ab inuicem: scientes dominum nostrum non esse dissentionis deū: sed pacis. Si qua igit scandala inimico suggerente frater habet aduersus fratrez propter obediētiam fide extante dimittat quoniam ego non ex me loquor: sed ex deo qui in manu nuncij suidocuit me. Et si ex obediētia ꝓbueritis bospitalitatem peregrinanti: ex precepto domini facitis. Si fieri potest nullo pacto miles dei debet irasci: non solum ad socios: verumetiaz ad extraneos. In quocunq negocio nullus secularium seruuz dei audeat iudicare: quia inter te et illum distat. Nō patiaris coniugatum iudicio tecum contendere: melius est enim monacho fraudem et iniurias sustinere: q audiaturvox militis in clamore. Nō decet monachum causa pecunie esse negociatorem: sed celestium bonoꝝ lucra mercantem. Predicet verbū salutis: animas inuitet ad celum: ad nibilum deducat seculi desiderium. Corpus enim christianuz exultat: maxime serui dei tyrannum fraudatorem animarum diuine virtutis oratione expugnat. Od si terroꝛes aliquos intulerit: currat ad auxiliū crucis: statim ille recedet: versutia eius crebris orationib⁹ et ieiunijs deuincitur. Filioli: quid ad vestram pertinet curam: si aduersus vos conueniant demonum castra? Potestis et vos multis adiuuari agminibus angeloꝝ. Sed cum demonum caterue crescere ceperint: oculos vestros ad celum leuetis discētes. Domine iesu christe adiuua ifirmitatē meā. Tunc sermo vobis prophete Heliseī cōueniet aduersus eos qui de Samaria comprebēdere eum venerant qui terrēti se puero suo respondit. Aperi oculos serui tui: et videat q plures sunt nobiscum. Statim ergo ad adiuuandum vos angeloꝝ dei legiones aduenient qui fidei vestre auxilium ꝓbeāt. Hec sunt filioli mandata: quevt pusillanimitas cordis munief⁹ vobis de diaboli certaminibus exꝑlanaui. Nolo autē ea que nobis ipso immittēte acciderūt: silētio ꝓterire: vt et vos possitis malicijs eius resistere. Quadam die in monte sedēte mibi ingēs vellut militum turba occurrit. Quos dum oculis cernerē venientes a lōge sat bane angelos statiz esse cognoui. Ego autē exposito omni terroze: genibus prolutus bumo: vt secederent orabam dominuz invocans redemptorem. Tunc ergo turba que venerat velut stipula que a vento rapitur nusq comparuit. Gratias ergo egi domino per iesum christuz dominum nostrum q meo certamini finē imposuit cito: et orationē meam illico exaudiuit. Multas ita q insidias passus sum: et ex omnib⁹ me eripuit dominus. Unde et vos filioli constantes estote: quia mitis est dominus ad liberandum nos. Amate ergo dominum: odite malignum: et deus misericordie erit vobiscum: vt possitis eius insidias euadere. Amen.

¶ Finit vita sancti Pastbumij.

¶ Prologus in vitam. B.
Onuffrij beremite.

Eati igitur Onuffrij vitaz inter grecoꝝ cōmenta scriptā nuper reperi vt quondam a venerabili prudentissimo viro scilicet gregorio: ipsi⁹ gesta narrante cognoui. Hanc Papbuncius vir quoq sanctissim⁹ greco sermone. R exterxit ab exordio. Quem ego secutus a greco transtuli in latinum: vtpote largiēte dño: eius ꝓbabilis vita ꝑm vires meas manifestata: admirationē legētib⁹ ꝓbeat imitationē. Nō ppendite queso mei sermonis rusticitatē: sed tantis laboris animo revolvite lōganimitatē: quā vir deo plenus patienter sustinuit: dum mundane vanitatis gloriam spreuit: et celeste regnum districte viuēdo sibi mer et bereditauit.

¶ Incipit vita et conuersatio beati Onuffrij beremite.

digitum pastbumij. mag. amachario monstrate.

ꝓcepta monachis abeo data.

ad deum semper recurrēdū in necessitatibꝰ.

Beate memorie Papbuncius quedam cogitationū ⁊ actuū suorum secreta taliter reserauit dicēs. Quodam vero die dum ego Papbūcius sol⁹ tacituſcꝫ sederē cogitaui in coꝛde meo ꝙ deserta peterem: ⁊ vniuersa loca sanctoꝝ monachoꝝ: pieꝫ conuersationis habitum lustrarem: ac qualiter deo ministrarent considerarē. Unde factum est vt tacitus iter arriperē: ⁊ in beremum cursu desiderabili properarē. Panes itaꝫ cū aqua exigua mecum portaui: ne deficerē a laboꝛe itineris cepti. Quarto nāꝫ die peracto: alimēta que mecū vexi defecerunt: meaꝫ membra nullo victu refocillata vires ꝓdiderunt. Moꝛtuꝫ diuina illustrante gratia moꝛs imminēs ablata est: assumptiſcꝫ viribus iter arripui: atꝫ dies alios quattuoꝛ nihil gustando peregi. His itaꝫ completis nimium fessus humo prostratus: iacui velut moꝛtuus. Extemplo quoꝫ celesti⁹ consolatus adiutoꝛio assistere mihi vidi virum: gloria mirabilem: splendoꝛe terribilem: pulcbꝛitudine laudabilem: magnitudine proceruꝫ: aspectu preclarum. Quem vt aspexi vehemēter ob stupui: sed tamē ille vultu placido accessit. nūc manus: nunc labia mea tetigit mibiꝫ vires potenter restaurauit. Continuo letus surrexi: deoꝫ fauente per solitudinem extinde. xvij. dierum cursum direxi quousꝫ ad locum: quem domin⁹ mihi famulo suo indigno prouidebat ostendere: peruenī illic: ⁊ ab itineris laboꝛe cessaui. Igitur dum fessus requiescerem: ⁊ ꝙ peregre profectus essem excogitarē: virum procul aspectu terribilem vidi in modum bestie pilis vndiꝫ circūseptum: tanta scilicet illi capillorum prolixitas erat: vt coꝛpus illius ipsoꝝ diffusione tegeretur. Pro vestimento quoꝫ foliꝭ berbisꝫ vtebatur: quibus subteriora renum tantūmodo cingebat. Tali viso bomine nimio perterritus sum terroꝛe: animatus vltraꝫ credi potest timoꝛe ⁊ admiratione: quoniam tam mira forma meis oculis nunꝫ ostēdebatur in bumana specie: quid facerem ignoꝛaui: sed quantum valui fugam petij: monteꝫ propinquum concito cursu ascendi: ibiꝫ tremefactus coꝛrui atꝫ me sub frondium densitate a facie illius abscondi: multa dans suspiria. Defecer⁹ eram pene etate ⁊ laboꝛe abstinentie: dic vero duxme cernebat in monte iacentem voce nimia exclamauit ⁊ dixit. Uir dei descende de monte: noli timere: ego enim sum bomo passibilis tibi similis. His itaꝫ consolatus verbis mentem recepi: moꝛꝫ descēdi: ⁊ ad virum sanctuꝫ pueni: atꝫ pedibus eius me timidus prostraui. Ille quoꝫ me probibēs ante se iacere: surge inquit surge: tu es enim dei seruus: vocaris Papbuncius sanctoꝝ amicus. Statim surrexi: ⁊ ꝙ nis fessus tamē letus ante eum sedi: iam feruēti desiderio quis ipse: vel qualis eius esset vita: cupiens dinoscere: dicens. Ecce votum adimpleuit: qui me ꝓ banc beremū direxit. En artus mei fatiscētes: aliquod sentiunt solatium: sed mēs fitibūda nō adbuc inuenit refrigerīū. Idcirco te senioꝝ coꝛde deuoto depreco: atꝫ p illū ob cuius amoꝝem buius solitudinis deserta babitas te contestoꝝ vt vnde fis: aut quomodo voceris: seu qui buc aduenieris: aptis mibi verbis denūcies. Etenī vir dei recognoscēs ꝙ libēti aio suꝰ laboꝝis auditus dixit mibi. Quoniā te frater dilecte auida mēte vite mee longas erumnas velle scire video repetere me tibi nō dubites bas ab exoꝝdio. Ego ix⁹ inmeritus vocoꝝ Onuffrius: ⁊ ecce non minus sunt ꝙ lxx. anni ꝙ in boc deserto laborioſe vixi. Cum ferisigitur conuersatus sum crebrius: ꝓ pane comedi iugiter berbarum fructus in montibus: ⁊ in spelunceis ⁊ in vallibus meū reclinaui miserabile coꝛpus. Tot annis neminem nisi te solum asperi: alimētum a nullo bominum sumpsi. Uerūtamē in monasterio bermopolim dicto nutritus eraꝝ: in prouincia Thebaida nominata: vbi simul pene centum monachi degebant. Poꝛro vita illoꝝum talis extitit vt amoꝛe ⁊ actione equanimiter omnes viuerēt: ⁊ vno coꝛde ⁊ vno spiritu iugo ac discipline sancte regule colla submitterēt: atꝫ fluctus bui⁹ seculi omnino non formidarent. Quicquid vni cūctis placebat. Oꝛen te sancta: fide pura: cbaritate perfecta: ante deuꝰ incedebant: cui die noctuꝫ omni mansuetudine: ⁊ patientia ministrare non cessabant. Tanta bis erat taciturnitas cum abstinentia vt nullus audeꝛet nisi cū iusta interrogationevel recto respōso redere verbū. Ibi quoꝫ paululū sancte doctrine ab adolescentia suscepi: ibi regularib⁹ noꝝmam a fratrib⁹ didici a quib⁹ amabiliter diligebār ab bis qua liter instituta mandatoꝝum dei seruare deberem diligēter instruebar: profecto vitam beati patris nostri Helye venerabiles fratres meos audiui frequenter laudare: qui se in beremo in tanta abstinentia ⁊ oꝛatione studuit affligere: vt maximam virtutē a domino ꝓmeruisset accipere: ⁊ igneo curru transuectus: spiritus sancti dona que babuerat discipulo impartiri: ac adbuc longeuus senioꝝ: moꝛtis penaꝝ nonvidere. Insup ad buius exemplū beatū baptistam Jobannē ꝓtulerūt: qui in noui testamēti series clarissimus effulsit: ꝙ que plurima annoꝝum spacia diuino mancipatus officio coꝛpus suum macerauit: donec in Jordanis vnda mundi redemptoꝛē baptizare dignus existeret: atꝫ ipsuꝫ dei agnuꝫ esse digito, demonstrauit. Ego vero cum talia eos recitantes audirē: dicebam illis. Quare seniores mei vitam ⁊ miracula eoꝝ obstupescitis: aut curilloꝝ facta tam assidue cōmemoꝝatis? An sunt vobis foꝛtioꝛes qui desertum babitāt an leniores? At illi respondētes dixerunt. Filī foꝛtioꝛes nobis sunt quia sine adiutoꝛio bumano, viuunt. Nos itaꝫ alter ab altero conspicimur pariterꝫ diuinum officium a nobis celebꝛatur. Si quādo cibum cupim⁹ paratum reperimus: si quando infirmitas, aut aliqua coꝛporis imbecillitas irrepserit statim cura fratrum cum omni sollicitudine nos adiuuat. In edificijs lucide constructis babitamus: in quib⁹ ⁊ ab estu solis cooperti sumus: ⁊ ab inundatione pluuie ⁊ a turbine venti: ac tempestate manemus defensi monachi quippe qui in deserto sunt: nibil consolationis nisi a deo reperiunt. Si quando angustias aut tribulationes perpessi fuerint: vel cum diabolo antiquo bumani generis inimico pugnare ceperint: quis eis astat? A quo adiuuantur? Sed quibus bumanum deest solatium: constat eos babere diuinum. Et si esuriūt quis eis panem dabit. Si sitiunt quis eis aquam tribuit: vbi panis ⁊ aqua non erit. Maximus labor in desertis locis esse non dubitatur vbi nibil necessarium reperitur. Primuꝫ ergo quando in solitudine diffiniunt babitare in dei timoꝛe certant firmiter stare. In fame ⁊ siti: in laboꝛe ⁊ passione coꝛpora sua cruciant contra diabolicas insidias viriliter dimicant: ⁊ vt vincant contra tela nequissimi ignea: gladijs spiritalibus pugnant. Antiquus etenim hostis totius inuētoꝛ iniquitatis: studet eos subuertere ⁊ in consortiū malicie sue implicare: atꝫ de bona voluntate quam inchoabant retrabere: ⁊ mētes eoꝝ mundanis voluptatib⁹ iterum irretire: vt in opere cepto fatiscāt pfistere. Omnipotens ergo deus qui non derelinquit sperantes in se: circundat eos armis sue potentie vt dos incursio satbane nō valeat prosternere quos pregit celsitudo diuine misericoꝛdie. Quapropter ad eos angeli dei iugiter mittūtur ac per man⁹ illoꝝ quecūꝫ necessaria crebrius eis administrant. Aquam de petra bauriunt: quod interpretat⁹ cbꝛistus. Scriptū est enim. Sancti q̄ sperant in domino babebūt foꝛtitudinem: assument pēnas vt aquile volabūt ⁊ non deficiēt: currūt ⁊ gressus eoꝝ non labūtur. Et alibi. Qui sitiūt de superno fonte conduntur ⁊ berbarum folia in oꝛe eoꝝ tanꝙ fauus mellis dulcescunt. Si autē aliquando diabol⁹ aduersus eos colluctatur ꝓtinus surgūt: man⁹ suas ad dominū expandūt: ꝓces ante diuinam maiestatem fideliter fundūt mox auxilio celesti subleuantur. ⁊ dolosi iacula inimici penitus destruuntur. Non intelligis fili qualiter in psalmo legitur. quoniaꝫ non in finē oblīuio erit pauperis: patiēcia pauperū non peribit ineternum. Et iterū. Exaudiuit eos dominꝰ in die tribulationis: ⁊ de omni angustia liberauit eos. Enimuero vnusquisꝫ ꝓpriam mercedem accipiet: ꝓm suum laboꝛem. Beatus est enī vir q̄ semper est pauidus: ⁊ voluntatem dei in bac p̄senti vita ⁊ fragili studiosus agit. Certissime scias o fili quoniam angeli dei sanctis ac iustis viris quotidie famulanꝰ: atꝫ virtute superna coꝛpoꝛa ⁊ anime illoꝝ iugiter illuminanꝰ. Tali denīꝫ ratione ego pauper Onuffrius a sanctissimis patrib⁹ in meo monasterio subtiliter instruct⁹: cepi tacita mēte tractare ꝙ gloriosa felicitate perfruūtur in celis qui certamina laborioſa ꝓpter amoꝛē domini toleraꝛant in terris coꝛ meum ardebat: mens mea desiderabiliter feruebat mūdi gaudia penit⁹ spernere: patrieꝫ celi ex totis virib⁹ appropinq̄re: sicut psalmista edocet dicēs. Mibi autem adberere deo bonum est: ⁊ ponere in domino deo spem meam. Eūꝫ bec sollicitus excogitarē: nocte silenter concitus surrexi paruū panē mecum detuli cū exiguis legumīnib⁹: vt vixꝫ vsꝫ in quartam diē sufficeret sicꝫ ex dei dispensationē ⁊ eius pietatem profect⁹ sum vt mibi ostenderet mee babitationis locum. Egredīēte autē me de monasterio in montana veni in desertū cogitaui vt manerem ibi. Continuo lumē splēdidū ante me quasi obuians mihi vidi. Quo viso valde timui. Idcirco quoꝫ putaui me debere ad monasteriū regredi vnde exiui. Ex templo nempe de radio ꝓclari luminis vir aspectu pulcberrim⁹ accessit ad me ⁊ dixit mibi. Noli pauescere: ego enim sum dei angelus tibi ad custodiendū ab ortu tuo prouidentia diuina destinatus: vt iubente deo tecū manerē: ⁊ te in banc beremū ducerē. Perfect⁹ esto: bumilis incede coꝛā dño: cum gaudio labora: coꝛ tuū in omni custodia ꝓserua: viue sine querela in bono ope pseuera. Ego vero te nō derelinquā donec animā tuā in p̄sentia summe maiestatis offeraꝝ. Hec eremus locus est mibi angel⁹ iter inceptū mecū comitatus. Pergebam⁹ ita simul sex miliaria vel septem ⁊ ad quandam venim⁹ spelūcam nimis decoꝛam. Appropiauivolēs scisciari si forte quispiā intus maneret: Sed dum consuetudinem monachoꝝ clamare cepi: benedictionē bumillime petij. Inde virū sanctissimū exire vidi: quē prostrat⁹ bumotenus adoraui. Ille vero manus suas mibi poꝛrexit: de terra me eleuauit: osculum mibi pacis tribuit atꝫ dixit. Tu es enim frater meus beremitice coopatoꝛ: vite: o fili ingredere. Deus tibi concedat: vt timoꝛ eius in te permaneat. opus tuū in illius conspectu complaceat. Statim cū eo specū introiui dieſcꝫ plures apud illum pausani, opera eius cupiens discere ⁊ solitariā babitationem curiosius inuestigare. ipse quoꝫ vt meum desiderium agnouit consiliū bonoꝛabile mibi ꝓbuit, ac qualiter insidias diaboli superare deberē verbis cbaritatiuis gratanter patefecit. Trāsactis itaꝫ q̄busdam diebꝰ: alib⁹ admonuit me verbis dicēs. Fili surge mecū perge, interioꝛa deserti debes intrare ⁊ in alia spelūca sol⁹ babitare, ibi sviriliter dimicas oīa demonioꝝ tentamēta superes. Idcirco vero deus in boc deserto vult te pꝛobare. si mādatis eius fideliter velis obedire. Fidelia omnia mādata eius cōfirmata, in seculū seculi facta in veritate ⁊ equitate. Uir etenim sanct⁹ bec dicēs surrexit mecū ⁊ in interioꝛa deserti, iter quattuoꝝ dierū pꝛexit. Quinta namꝫ die deuenimus in locum qui Calidiomea dicit, ibi palme propinque erant. Tūc vir dei inquit. Ecce fili vide locū quez dominus tibi ꝓparauit ad manēdum. Fuit aūt ille mecum spacium triginta dierū edocēs me seruare cautā dignitatem: doctrinam dei mandatoꝝum. Quibus itaꝫ

peractis oratione sua sancta domino me commẽdauit: et separatus a me ad propria remeauit. Per singulos vero annos solitus erat me visitare: ac quasi industria et simplicitate deberem viuere diuinis alloquijs non cessabat admonere. Quodam autez tempore iuxta consuetudinem ad me veniens: iter verba salutationis prostratus in terram corruit, dominoq; remittens animam obdormiuit. Quod cuz viderem nimis suz contristatus et deuolutus humi lachrymis obortis vberrime fleui. Corpus eiꝰ mox accepi: et secus Calidioneam terre commendaui. Dum autẽ ego papbuncius a viro sanctissimo onuffrio: rationis huius loquelam audirem: inq; ad eũ. Pater sancte laborem esse non modicum iam sentio: quem pro nomine domini tolerasti in hac heremo. Vir sanctus respondit. Mihi frater crede dilectissime: in deserto sustinui vt sepius putarem me morte separari. Absq; eram multotiens viteq; valitum in corpore sentirez remanere. Per diẽ estu et igne solis ardentis vrebar: roze et pruina infectus fame et siti defectus. O quanta et qualia passus suz qualia expertus sum. Non sufficit: neq; quempiam decet plagas ac labores enarrare quos homo mortuus pro dei viuentis amore debet tolerare: reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum: cuius diuitie sicut non augentur: ita nequaq; minuẽtur, per quem enim famem: sitiz et frigus et estuz: atq; multigenarum cruciamenta molestiarum sustinui: potens est cum diuitijs celestibus inter angelorum cateruas me consolari alimenta vero spreui corporalia: vt dignus acciperez spiritualia Sancti enim angelus quotidie panem mihi afferebat: et aquam pro mensura ministrabat: vt corpus meum confortaretur ne deficeret: et iugiter in laude dei perseueraret. Arbores palmaz ibidem constitute erãt que duodecies in anno dactilorum fructus germinabant. Quos per singulos dies colligens: pro pane edebam mixtos herbarum foliis et erant in ore meo tanq; fauus mellis. Sicut in euangelio legit. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo qd procedit de ore dei. Frater papbunci: si implere studes voluntatem dei omnia tibi necessaria preparãtur ab eo. vnde ipsa veritas admonet dicẽs. Ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis: aut qd bibatis: neq; corpori vestro qd induamini. scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Querite primum regnum dei et iusticiaz eius: et hec omnia adijcientur vobis. Cumq; hoc a beato viro Onuffrio intentus auscultarẽ mirans in sermonibus et actibus ac laboribus illius diu. Pater benigne die dominico vel sabbato communionem percipiebas ab aliquo. At ille respondens ait. Omni die dominico et sabbato angelum domini paratum inuenio sacrosanctum corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi secum deferentem de cuius manu mihi preciosissima donantur munera: viteq; mee salus perpetua. Verum etiaz omnes qui vitam spiritualẽ ducunt in heremo monachi: tali participãtur gaudio. Ibi vero sancti heremite qui hanc solitudinem habitant: si forte aliqñ videre hoiem desiderant: illico in celum ab angelo deportant. visionẽ illic aĩe in stolarum fulgentiũ sicut sol in regno patris eorũ ibi multitudinem contemplantur angelorum suasq; animas cetibus mixtas beatorum. Quare omnes qui in agone contendunt: tota mente: toto corde, totis viribus in bono opere feruent: quatenus gloriaz celestis patrie cum christo et cum sanctis mereantur possidere. Ista deniq; omnia venerando onuffrio narrante: cognoni iuxta summitatem ipsius montis celli vbi obuiauit mihi. Ita videlz gaudium meum impletum est vt omnem aduersitatem: quam in itinere toleraui: traderem obliuioni. Credo inq; pater: inter felices me deputari: quia videre te et opa tua egregia ꝓmerui. Verba tua nimis pulchra omni dulcedine mellita: ita mei penetrant cordis intima: vt possim dicere cum psalmista. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel et fauum ori meo. Qui ait: fili mecum vade: locum mee habitationis conspice: parcamus paululum verbis: continuo surrexit: preiuit: secutus sum. Duxit me secum quasi trium miliariorum iter: venimus Calidioneã in spiritalem locum arboribꝰ palmaz gratanter ornatum ibi preces dño fudimus: eisq; repletis in terram sedimus in diuinis altercantes eloquijs. Sole iã iamq; ad occasum verso: vidi panem positũ cũ aqua exigua. vir eteniz dei sentiens me fatigari dixit mihi. Profecto fili cerno te periclitari nisi cibuz capias. Surge ergo et comede. Cui inq;, viuit dñs et benedictus deus meus in cuius conspectu existimus: non manduco neq; bibo donec charitate pura pariter cibũ sumimus. Igitur vix eum coegi, vt faceret qõ volui. Verumtñ vt meũ agnouit desiderium: panẽ fregit: tribuit mihi: mãducauimꝰ et saturati sumus: nobisq; fragmẽta fuerũt edẽtibꝰ. Noctez illã insomnẽ pene duximꝰ: diuinisq; laudibꝰ inmorati sumus. Mane facto post horã oronis videbã vultum eius ita in pallorẽ mutatus quid ei acciderit q̃ fiui ab eo, qui ait non expauescas frater papbunci: qñ omnipotens deꝰ recto itinere in hanc solitudinẽ direxit te: vt honorifice sepelias me: atq; corpus meũ cõmendes terre, hac eteñ hora anima carnis vinculis absoluit: atq; ad creatorẽ suũ in celeste regnũ deportatur. Frater amantissime Scio nãq; desiderium tuum: quando redieris in egyptum memorare mei in presentia fratrum tuorum et in conspectu oium christum colentium. Hec est postulatio mea quam impetraui a domino deo. Si quis oblationẽ ob amorem nominis mei ante conspectum dñi nostri ihesu christi immolat: ab oi tẽtatione dyaboli et a vinculo prauitatis humane liber existit: atq; cum sanctis angelis in regno celorum eterne hereditatis capax fiet. si quis oblationem non valet offerre: vt pre copia redimere ille ꝑ amorem meum in nomine dñi elemosynam pauperi tribuat: et ego orabo pro eo

in conspectu dei: vt dignus celestibus vita superna perfrui valeat. Si quis enim oblationem nec elemosynã potest offerre: pro charitate mea incensuz domino deo nostro in odorẽ suauitatis accendat: et ego rogo pro eo vt gaudiũ perẽne possideat. Cui inq;, pater mi ne irascaris si loquar: si incẽsum nec quis habet: nec facultatis aliquid vnde placare potest: vt tamẽ tua benedictione non careat in quacunq; tribulatione te inuocat. Tunc ille respondit. Si quis pauper in deserto vel in aliquo alio loco oblationem aut elemosynaz seu incensum non habet ad immolandũ surgat et manus suas ad dominuz extendat ter dominicã oratione ideſt pater noster pro me cũ intenta mente et in nomine sancte trinitatis psallat. Ego vero pro ipso ad dominũ intercedo: vt vite celestis mereatur particeps fieri cuz omnibus sanctis dei. Iterũ dixi ad euz. Domine si dignus essem: aut si donis gratie tue mihi liceret post obitum tuũ locũ istum libentissime obtinerez. At ille ait. Nequaq; tibi fili conceditur: nec idcirco misit te deus in peregrinationez istius solitudinis: vt hic obtineres locum habitationis: sed cum iustis qui in deserto sunt gratuleris et intimare ea studeas mundo que cognouisti in heremo. In egyptũ perge: ibi esto vsq; ad finẽ vite tue opus boni perfice: et accipies coronaz perpetue glorie. Hec cum homo dei loqueretur: aduolutus sum pedibus illius dicens. Pater charissime enim quia quicquid petieris a deo dabit tibi deus propter immẽsum labozẽ certaminis longissimi: quo corpus tuuz afflixisti. lxx. annis pro nomine domini: prebe ergo mihi, munera tue sancte benedictiõis: quatenus tibi in virtute efficiar similis: et tua intuẽtione spiritus meus dirigatur: et in futuro tecum participare merear. Qui mox e contra respondẽs protulit ista. Papbunci ne contristeris: petitio tua tribuente domino erit stabilis. Sta in fide: viriliter age oculos cũ mente ad deum erige: in mandatis cor roborare: bonum facere impiger contende: et vitam eternam apprehende. Protegant te angeli dei: et conseruent te ab omni consilio prauitatis: vt purus ante deum et immaculatus in die sui examinis inueniaris. Post hec surrexit et ad dominũ lachrymas orauit: genua flexit: atq; subito dixit. In manus tuas deus commẽdo spiritũ meum. Cumq; hec dixisset: lumẽ splẽdidus corpus eius obũbrauit: et in ipsius claritate luminis anima sancta carne soluta est. Repete vero vocẽ angelorũ multorũ audiui laudantiũ deum: vt discessu sanctissime anime sancti Onuffrij: terra scilicet angelicis canticis resonantia, gaudium ineffabile astris intulerunt: per que celestes exercitus animã militis inclyti celis inuexerunt. Odor oculi mei fletu profluunt: interiora gemitus pduc̃unt: lachrymarum riui manarunt: planctus mei miseri Papbunci exuberant: illud flebilis planxi: quem vix inueni: diutius habere non potui. Deinde tunicã meã ꝑ dimidium scidi: vna parte iduitus sum: in alteram collocaui corpus beatum et sepeliui illud in sepulchro quod excisum erat de petra. Tunc videns me solũ remanere: iteruz cepi lugere. Ita merens surrexi: specuq; illius habitaculuz intrare volui. Deniq; me astante: ipsa spelunca cecidit cum magna ruina: et palme radicitus erute simul procubuerunt. Cognoui itaq; ego, Papbũcius q̃ non esset volũtas domini: me in illo loco habitare: secessi inde: et in egyptuz redij ibiq; ecclesie rexi que vidi et audiui. Sanctus igitur Onuffrius obijt mense Junio. die. xj. i. tertio idus eiusdẽ mensis. Ibi beneficia eius ꝓstantur vsq; in ꝓsentẽ diẽ: ad laudem et gloriã domini nostri iesu christi cui est honor et potestas in secula seculorũ. Amen.

¶ Explicit vita sancti Onuffrij.

¶ Incipit vita beati Abrahe heremite.

si sciretis: quanta sanctis in celestibus bona parata sunt: & que tormēta maneāt eis qui a virtutis itinere deuiarunt: & cognita veritate non in ea digne versati sunt: summis virtutibus eterna supplicia vitantes hereditatē illam beatā: que dei famulis promissa est: festinaretis adipisci: quam nemo nisi malus ac perditus fugit ac negligit: quia quid admittit penitus nescit quē, iamq; respicere oportet & terrenis absolui cupiditatibus: vt mala preterita deflendo iugiter indulgentiam domini consequatur: & sic ad meliora conuersus iter suum dirigat: quatenus in exitu vite letus existens: ad celestem regem cuz magna laude pueniat: quando terrestre hoc babitaculū deserens: anima ad cognitionē sue substātie properat. quando celestibus sociata virtutibus ad patrē luminū puenire festinat. Quid extollitur homo per vanā gloriaz. Quid erigit puluis. Quid superbit terra & cinis. Plangamus nosipsos potī' dū tēpus babem': ne cū fuerit expleta singulis determinata dilatio: tunc inueniamur tēpus penitētie exposcere: quando iam accipere non meremur. In hac enim vita nobis peccata deflere pmissum est in inferno autem a sancto Dauid propbeta dictū est: quis confitebitur domino. Nimis anima illa probabitur infelix: & omni lacbymarū fonte plā gēda: que seculo renuncians iterū seculi actib' implicatur: & inutilibus dudum curis exuta rursuz redit ad dura seruitutis obsequia. Et ideo charissimi fratres: ab boc instabili mundo: & post paululū transituro: ppetuam beatamq; vitā nobis non patiamur auferri. Vereor autē & totus penitus intremisco: ne carnis nostre parentes vsi seculi reb' & vite psentis occupati negocijs: qui putant nos deseruisse mundi mala: & ab binc iaz vita frui perpetua: suo nos iudicio cōdēnent: dicētes nobis. Quomodo lassati estis in semitis nostris tantis obstasti miserijs. Eruta nāq; taz magna tristicia vobis etiam mero: accessit & penis nostris vester ignis adiectus est. Rami quippe vestri fructus ferunt inutiles: nec fructus quos in flore monstrauerunt: ediderunt. Sed & illud propbeticuz: & si vobis ingerant: expauesco. Ideo in depredationē venerunt: derelicti facti sunt & abominabiles: & corona capitis eorum sublata est. Ciuitates ad austruz site clause sunt: nec est qui aperiat eas. Tollatur igitur impius: ne videat gloriam dei. Hec cogitantes fratres mei totis certemus viribus ne ab boste superemur. Ille semper insistit vt perimat: nos sollicite vigilemus: ne quod absit: eius fraude perimamur. Ante omnia pze oculis babeamus vltimū diē: & momētis singulis eternoz dolorū supplicia formidemus. His enim causis anima se consuescit agnoscere: corpusq; ieiunijs ac vigilijs deprimens: ipsa in meroze luctuq; continuo perseverat: donec spiritus sancti calore succensa: superne contēplationis mereatur auxiliū: & a contagijs eruta terrenis diuinis iugiter eracietur alloquijs. Alias etiam qui semper bec cogitat: puritatem mentis obtinet. humilitatem cordis acquirit: vanam gloriam respuit: omni seculari prudētia carere contendit. Philosophetur ergo charissimi fratres: anima spiritalis quotidie aduersus crassam carnis sue materiā omniq; circūspectione cum ea taliter agat: quatenus ad meliora sibi cōsentiat. Et cum vespere puenit ad stratum singulis mēbris corporis sui dicat. Donec simul simus: obedite mibi suadenti que recta sunt: mecumq; domino cū alacritate seruite. Manibus suis dicat. Veniet tempus quādo iactātia nostra cessabit: qñ pugillus amittetur: iracūdia nō erit: qñ palme que ad rapinas extēse sunt quiescēt. Pedib' dicat. Erit quando ad iniquitatē non valebitis prorsus occurrere: quādo prauitatis itinera nō poteritis intrare. Cūcta quoq; membra sua similiter alloquatur: & dicat eis. Anteq; mors nos abinuicē dirimat: & separatio que de peccato primi hominis accidit impleat: certemus fortiter: stemus perseueranter: viriliter dimicem': fine tempore atq; pigricia domino seruiamus: vsq; dum rursus veniat & temporales abstergens sudores nostros ad immortalia nos regna pducat. Fundite lacbrymas oculi: demonstra caro tuam nobilē seruitutem: collabora mecum in precibus quibus deo confiteor: & ne cum requiescere vis atq; dormire perpetua nobis cruciamenta conquiras. Et ideo vigila semper in operibus tuis: quia si ea sobrie geseris: bonorum, tibi retributio copiosa perueniet. Quod si negligeris tormentorum genera miseranda succedent: & tunc audietur vlulatus anime deflentis ad corpus. Heu me quia colligata sum tibi: & propter te penam perpetue condēnationis accipio. Si bec intra nos assidue tractem': efficiemur vero templum domini & spiritus sanctus babitabit in nobis: nec vlla nos sane poterit vlterius circūuenire versutia. Super decem milia quoq; pedagogorum magistrorum doctrinam timor domini per cogitationes buiuscemodi nos erudiet: prudentesq; constituet: & quecunq; humano sensu non valemus attingere: bic nobis spiritus sanct' inspirabit. Haz quid oremus: vt beatus ait apostolus: sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat p nobis gemitibus inenarrabilibus. Sed ne vos multum laborare cogamus: buic terminum sermonibus nostris imponimus. Deus pacis & gratie confirmet vos atq; corroboret i timore suo fratres. Amē. Hec dicens fine mora discessit: & commendans eos domino profectus est.

Qd̄ Pachomi' in spū meruit scire secreta boim.

Cumq; pergeret ad monasteriuz: cui cognomen erat tbabēnēse cum theodoro & cornelio ce: erisq; plurimis fratribus: substitit parumper in itinere velut interrogans aliquem de quodā secreto negocio: & cognouit in spiritu vnum de mā

datis que prefixerat in monasterio fuisse neglectū. Preceperat enim qui in pistozia ar e labo: abāt: vt si quādo facerent oblationes nibil loquerētur supuacuuz: sed apud seipsos salutaria meditarētur eloquia. Vocauit ergo theodoruz qui ipsius monasterij curā gerebat: & dixit ei. Vade secreto: sollicitus inquire quid fratres sero cuz oblationes facerent sunt locuti: & quicquid deprebēderis ad me referre curabis. Qui pergens diligēter inuestigauit omnia: & ea que didicit sancto nunciauit. Qui dixit. Nūc existimant fratres: q; inditiones quas eis dimus seruandas humane sint & nesciūt: quia pro contemptu etiaz minimi mandati magnum periculum negligenti maneat. Nōne septez diebus israel filētium circa biericotinam ciuitatē concorditer tenuit: deinde tēpore constituto populus exclamans protinus cepit: & ita p̄ceptum dei: q̄q̄ datum per hominē nulla dissimulatione contempsit. Nunc ergo deinceps monachi precepta nostra custodiant: vt boc eis peccatū negligentie remittatur. Si q̄dē & nosipsi que alijs indicimus: omni sollicitudine custodiamus. Tunc ingressus monasterium post orationem venit ad fratres qui psyatos operabantur: sedensq; cuz eis cepit ipse texere. Transiens autem puerulus qui cōstitutus erat ad obsequium eius: q̄ septimanaz faciebat intendit texētem beatū Pachomium & dicit ei. Non bene pater operaris: alio modo abbas Theodorus intexit: & mox surgēs ait ad puerum. Ostende mibi fili quomodo texere debeam. Et cū didicisset ab eo: sedit rursus ad opus suum mente tranquillus: & in boc facto superbie spiritum comprimens. Nam si sm carnem quātulūcūq; saperet: nequaq̄ pueri monitis acquiesceret: sed potius increpasset eum q̄ vltra etatem loqui presumeret.

Diabolus ostendit se pachomio.

Alio vero tempore cum se remouisset ab omni conspectu: & in secreto suo moraretur: introiuit ad eum diabolus babitu simulato: & ex aduerso consistens: aue inquit Pachomi. Tunc ipse reuelante sibi spiritu sancto visionem rēnuens inimici cogitabat intra se atq; dicebat. Aduentus christi tranquillus est: & visio eius omni timore libera: & gaudio plena est. protinus enim & humane cogitationes abeunt: & desideria eterna succedunt: ego autem nunc turbatus varijs cogitationibus estuo: Et continuo surgens accipiens crucis se muniens extendit manus suas vt ipsum comprehenderet. Et erufflans in eum dixit. Discede a me diabole: quia maledictus es tu: & visio tua & artes insidiarum tuarum: nec babes locuz apud famulum dei: & factus veluti puluis: cellam eius molestissimo fetore complenit: ita vt ipsam cōfunderet beremum voce magna proclamans. Bo do te lucratus essem: & sub mea potestate redegissem: sed p̄celsa est virtus christi. Ideo debeo tēptare vos in omnibus. Verūtamen quantum possum vos impugnare non desinā: oportet enim me opus meum sine intermissione implere. Pachomius vero confitebatur domino confortatus spiritu sancto gratias agens ei: de miris erga se beneficijs atq; muneribus.

Quod virtus diaboli ostensa est Pachomio.

In boc etiā monasterio quadam nocte cum theodozo deambulās subito procul intuitus est grādem fantasiā multa seductione ita cōpositā Erat enim in babitu mulieris excedētis omnē humanā pulcbitudinē ita vt forma eī' ac dispositio & visus exponi nō posset: bāc vidēs etiā Theodorus turbatus est valde: & vultus eī' imutatus est. Quē venerabilis senex vidēs nimiū formidare: cōfide in dño ait o Theodore: ne aliquatenus erpauescas. Ibet dicēs stetit' in oratione: supplicās dño vt stupēda illa fantasia: diuine maiestatis potentia solueret. Cūq; simul orarēt: cepit illa prima fieri: quā p̄cedebat plurima de monū multitudo. Cū ergo p̄ces suas Pachomius explicasset illa veniēs ait ad eos. Quid supfluo laboratis: dum ptra me nibil agere possitis. Ego nāq; potestatē accepi a domino tēptare quos volo. Et interrogauit eaz pachomius dicēs. Quid vis es se: vel vnde venis: aut quē tēptare tu queris? Que ait: ego sum diaboli virtus & mibi caterua demonū subiecta est. Ego suz que semina in terra p̄cipito: & caligine mortifere voluptatis involuo. Ego iudam quoq; decepi: ab apostolatus deieci fastigio. Et te igit o pachomi experti a dño: & ipugnare nō cesso: nec possum āplius opprobria demonuz sustinere: q̄ vniuersis ipugnationib' ac plijs meis supior extitisse monstreris. Nullus enī me ficut tu fine viribus reddidit. Nā iuuenib' & senibus: necnō & pueris doctrina tua me subdidit: & vt ab eis penitus conculcarer effecit: tantū cōgregās ptra me exercitū monacborum: & muro ierpugnabili: dei timore circūdās ita vt ministri mei non valeant ex vobis quēq̄ sua multiplici fraude seducere. Hec nobis omnia ptingunt: propter verbum dei factum bominem: quivobis potestatem tribuit: nostram conculcare virtutē Et Pachomius ait. Quid igit? Ne soluz sicut dicis temptare veniste: an non alios. Et ait: & qui tui sunt similes. Iterū sanctus vir interrogauit eaz dicēs. Ergo & Theodorū? Illa rñdit: & te & theodorū expetiui: & potestatē accepi tēptare vos: sed apprope vincere vobis penitus nequeo. Et iterrogātibus eā: cur nō possit id agere: rñdit. Si vobiscū pugnauero nō paruā vobis vtilitatē cōmodi ministrabo: maxime tibi o Pachomi: qui ad tātā celsitudinē puenisti vt corporeis oculis: gloriā dñi dign' fis ba-

bitus intueri. Sed nunqd in ppetuuz cum tuis monachis habitabis: quos nunc ꝛ oratiõnibus protegis: ꝛ erboꝛtatiõe coꝛoboꝛas. Erit tẽpus post obitũ tuũ quãdo inter eos ꝓut libuerit debachaboꝛ: ꝛ agã de bis quecũqꝫ placuerit mihi. Tu nãqꝫ facis vt nũc a tãta monachoꝛũ ꝓgregatione cõculcer. Et sanctus vir. Unde scis inquit infelix. Quia foꝛsitã post nos meliores erunt: qui xp̃o sincera voluntate seruiẽtes. eos qui ad disciplinã domini cõfugiẽt: ꝛ doctrinis spiritualibus imbuent: ꝛ pijs exemplis edificent. Noui ait illa ꝙ contra caput tuũ mõ mẽtitus sis. Tunc Pachomius ait: tu mẽdacij principatũ geris: naz p̃scire nihil oĩno ꝓuales. Hoc enim solius dei est. ꝛ maiestatis eius ac p̃scientie ꝓprium cuncta ꝓnoscere. Que respõdit. Scõm p̃sciẽtiã qui dẽ: vt dicis: nihil penitus noui cõjciẽdo tamẽ plura cognosco. Et Pachomio sciscitãte: quomodo cõ ñciat ait illa. Ex p̃cedẽtibus: que sunt euentura cõfidero. Et vir sanctus ait ad eã. Quõ cõjcere possis exprime? Et illa: ois ⁊inquit⁊ rei principiũ ꝓcessu tẽporis ad cõcitũ tendit augmentũ. Deinde ad detrimentum demergitur. Sic ergo ꝛ de diuina hac vocatione conjcio que inter initia sua celesti robora ꝓfidio signis ꝛ pro digijs validisqꝫ virtutibus creuit. Cum igitur senescere ceperit opꝓobrioꝝ minuetur incrementis: aut tẽporis diuturnitate lacescens: aut negligentie coꝛpoꝛe deficiens. Tũc igitur aduersus buiuscemodi potero ꝓualere. Sed ꝛ nunc opus meum est supplantare quos possum. Magnos viros temptare non desino. Cui Pachomius ait. Si vt dicis magnos temptare, viros non desinis: proꝓriumqꝫ opus tuum: animaruz perditionẽ esse ꝓfessa es: vtpote que cunctos excellis in malicia dõmones: dic quomodo aduersus dei famulos nunc non potes ꝓualere. Et illa. Jam tibi ⁊inquit⁊ ante predixi: ex quo mirabilis incarnatio xp̃i facta est in terris: nos sine viribus ꝓrsus existere: ita vt ab bis qui credunt in nomine ei⁹ illudamur vt passeres. Uerũtamen ꝛ si infirmi sumus redditi: non vsqꝫ adeo gerimus ocia: vt quos nõ possumus decipere molliamur. Nunqꝫ quippe quiescimus aduersari generi vestro serentes malas cogitationes in animabus eoꝝ qui contra nos decertare contendunt. Et si nobis titillantibus annuere eis ex parte aliqua senserimus: tunc amplius nequissimas cogitationes immittimus: ꝛ diuersarum voluptatum incendia ministramus: et ita p̃liantes acerrime subintram⁹ eos: nostreqꝫ potestati subjcim⁹. Si vero viderimus ea que suggerunt a nobis eos econtrario non solum non suscipere: verum nec libenter attendere: fide que in christo est vigilanter et sobrie se munire: sicut fumus dissipatur in aere: sic ab eoꝝ cordibus pellimur et fugamur. Nõ omnibus etiam viribus nostris permittimur cum omni homine congredi: nõ omnes possunt, nostros impetus sustinere. Nam si concederetur nobis pasim cõtra omnes tota nostra foꝛtitudine depugnare: multos possem⁹ qui nunc tuo tuentur labore decipere. Sed quid agimus quia inuantur precibus tuis et virtute ac potentia crucifixi muniunt. Tũc sanct⁹ Pachomius voce magna cũ gemitu dixit ad eaz. O indomitabilis nequitia vestra: que nunqꝫ aduersus gen⁹ humanum seuire desistit: donec iterũ diuina virtus ideſt dei filius de celis aduenies: ex integroꝝ cõsumat et ꝓdat. hec dicẽs: increpauit cateruã demonũ sub noĩe xp̃i. Que mox dissipata est et ad nihilũ dissoluta. Mane aũt facto: conuocans Pachomi⁹ oẽs fratres q̃ vel sanctitate vite vel antiquitate tẽporis eũ p̃cedebãt: exposuit eis cuncta q̃ viderat a malignis spiritib⁹. Jnsinuauit ẽt ꝙ epistolas suas absentib⁹: muniẽs eos in disciplina atqꝫ timore domini: et instruẽs ꝓuidẽter: vt in nullo prorsus fantasijs demonũ, cedant nec insidiarũ multiformia p̃stigia extimescant. Qui videtes et audientes que ꝓ diuinam gratiaz ab eo miracula gerebãtur coꝛoboꝛati atqꝫ solidati fide: cum omni alacritate laboꝛẽ continẽtie sufferebant.

Quod Pachomius sanauit quem scoꝛpio percussit.

Interea alicuius fratris qui patientie senis emulus et imitato: erat cũ staret ad oratiõnem: percussit scoꝛpius pedem. et adeo virus infudit vt vsqꝫ ad coꝛ eius dolo: exciuteret: et spiritũ paulomin⁹ exalaret. Qui sic affect⁹ extremo cruciatu: nõ tamen se cõmouit a loco suo donec finiret oratio: ꝓ quo statim Pachomius ꝓces xp̃o fudit: et pristine sanitati restituit.

Quod infirmitas coꝛporis quãdo ꝙ proficit ad salutem.

Theodoꝛo quoqꝫ grauis passio capitis inflicta doloꝛes acerrimos excitabat. Qui cum rogaret Pachomium: vt eũ suis releuaret oratiõnib⁹: ait ad eum. Putasne fili ꝙ alicui contingat doloꝛ aut passio aut aliquid huiusmodi sine permissione dei. Idcirco in doloꝛe sustine: et in humilitate tua patientiam habe. et quando voluerit dominus tibi conferet sospitatem. ꝙ si ꝛ diutius ꝓbare dignatur: esto gratus vt fuit perfectissimus ꝛ patientissimus Job: qui multas tribulationum ꝛ cruciatuz tẽptationes excipiens dominũ benedicebat. Et sicut ille: tu quoqꝫ ꝓ doloꝛibus tuis maioꝛem requiẽ a xp̃o ꝓcipies. Bona quippe est abstinẽtia: ꝛ in oratione pseuerãtia: tamẽ infirmus ꝓmiũ magnũ adipiscit: cũ lõganimis ꝛ patiẽs inuenitur. Et q̃ nobis de magnanimis viris sermo ꝓcessit: necessarium reoꝝ vnius adhuc viri tolerantiam: que cuncta laudẽ transcendit humanã: proferre in medium ꝓ vtilitate multoꝝm.

De patientia zacbei monachi.

Achbeus quidã monach⁹ post longũ cõtinẽtie tẽpus: regio moꝛbo coꝛreptus: sequestratã a fratrib⁹ habuit cellaz: tota vita sua pane tantũ ꝛ sale contẽtus.

Semp aũt ꝓsyatos opabaꝰ tantãqꝫ ꝓtritionẽ ꝓpter dominũ habuit vt sepenumero funiculos introqũs cõpungerenꝰ man⁹ ei⁹ ꝛ sanguinis guttas efflueret: intantũ vt ex ipso ope magna viri tolerãtia monstraret. In tanta igit infirmitate coꝛporis constitutus nunqꝫ fratrũ collectã deseruit: sz ad explẽdas oẽs diurnas orationes sollicite conuolauit. Nunqꝫ dormiuit interdiu. Cõsueuerat aũt ꝓ singulas noctes ꝓuisũ caperet somnũ quedã de scripturis meditari: toraqꝫ mẽbra sua xp̃i signaculo muniẽs: glorificabat iugiter dominũ, ꝛ ita paulũ quiescebat. Deinde circa noctis mediũ surgẽs vsqꝫ ad matutinas oratiões alacriter permanebat. Huius aliquãdo man⁹ quidã frater inspiciẽs: opis nimietate atqꝫ violẽtia foꝛtiter sauciatas: ꝛ respersas sanguine: dixit ei. Quid ita pater durissimo laboꝛe te discrutias: maxie tali infirmitate depressus An forte metuis ꝙ apud deum cõtrabas offensam vel ocij crimẽ icurras: si nõ sedulo fueris operatus. Scit dñs ꝙ pateris ꝛ q̃ nemo tãtis tribulationib⁹ afflict⁹ vllũ valet opus attingere: p̃cipue tu q̃ nulla necessitate ꝓstringeris. Nã si peregrinis ꝓpter deũ sufficiẽtiaz vsqꝫ largimur: quãtomagis tibi tãto patri cũ deuotione seruiamus. Ad quẽ ille respondit. Impossibile ẽ mibi nõ opari. Et frater ait. Si boc inquit tibi placet: saltẽ manus tuas oleo perunge: ne tantũ sangu⁹nẽ ꝓfluẽtes in laboꝛe deficiãt. Qui ꝓfilio acquiescẽs. fecit qõ boꝛtatus est eũ: ꝛ intãtuz vulnerate man⁹ eius grauate sunt: vt nequaqꝫ posset sufferre cruciat⁹. Ad quẽ visendũ beat⁹ Pachomius veniẽs ait. Putabas frater ꝙ te oleuz posset iuuare. Quis ꝛo te coegit ita sedulo laboꝛare: vt sub ꝓtextu opis in boc vilibili oleo magisqꝫ in deo spẽ poneres. Aut nũquid impossibile est sanare te. Aut ignoꝛat egritudines singuloꝝ: nostrisqꝫ cõmonitionib⁹ idiget. vel despicit nos. qui est natura misericors. Sed vtilitatẽ cõsideraãs animaꝝ nostrarũ finit ad momẽtum pati tristiciã vt tolerãtie perpetua ꝓmia largiat. Sup ipsuz igit omnẽ curã nostrã sollicitudinemqꝫ iactem⁹. ꝛ quãdo voluerit vel quo modo iudicauerit. ipse terminuz doloꝛib⁹ nostris beignus imponet. Qui respondens ait. Ignosce mihi venerabilis pater. ꝛ oꝛa ꝓ me dominũ. vt ꝛ boc mihi delictum remittere ꝓ sua pietate dignetur. Asserebant autem plurimi de boc sene: ꝙ per annũ integrum fleuit: post biduanum ieiunium parum cibi percipiens. Hunc sanctus Pachomius monachis proponebat velut exemplum bonoꝝ operuz firmamentumqꝫ virtutum. Ad quem etiam eos qui erant in meroꝛe positi dirigebat quia ꝛ babebat cõsolatoꝛium verbum: sicut nullus alius. Quivsqꝫ ad finem foꝛtiter decertans in senectute sancta: ꝓ doloꝛibus tantis eterna solatia recepturus migrauit.

De obitu sancti Pachomij.

Certus itaqꝫ Pachomius ꝙ talentum sibi creditum: nunqꝫ prorsus absconderet sed omnibus ꝓdigãs ꝛ hunc ꝛ alios ꝙplurimos perfecte conuersationis ad christuz ante se premiserit. diem festum leta mẽte celebrabat: super tantis ac talibus fructib⁹ a domino sibi cõcessis de quib⁹ noster bic sermo qꝺ diu ꝓductus est deo gratias refero. Post beatissimum vero paschalis festi diem multis fratribus ad dominum premissis ad postremum ipse quoqꝫ beatus Pachomius infirmatus est ꝛ ministrabat ei Theodoꝛus cuius sepe meminimus. Et quãuis esset toto coꝛpoꝛe attenuatus ac debilis faciem tamen babebat bilarem atqꝫ fulgentem. ita vt ex boc quoqꝫ videntibus pie mentis ac sinceritatis conscientie sue monstraret indicia. Ante duos ergo dies sancte dormitionis sue conuocans vniuersos fratres ait ad eos. Ego quidem charissimi viam patrum securus ingredioꝛ. Jam video me a domino protinus euocari. Uos ergo memẽ tote verboꝝm que a me frequenter audistis: ꝛ vigilantes in precibus sobrij estote in operibus vestris. Nulla sit coniunctio cum sectatoꝛibus miletj vel arrij seu christi preceptis aduersantibus. Cum illis autem conuersamini qui deum metuũt ꝛ possunt prodesse vobis in conuersatione sancta et animabus vestris prestare solatia. Ego iam deliboꝛ ꝛ tempus mee resolutionis instat. Eligite igitur ex vobis fratrem me presente. qui post deum prefit omnibus curamqꝫ vestrarum gerat animarum. Quantum vero mea discretione perpendo petronium ego ad boc opus idoneum dico. vestrum autem est quod expedit vobis: eligere. Receperunt ergo ꝛ boc obedientissimi filij consiliuz patris. Erat enim Petronius potens in fide. bumilis in conuersatione. intellectu prudentissimus. bonis moꝛibus. discretione ꝓfectus. Pro quo precem domino sanctus Pachomius fudit. quia et ipsum in monasterio cognomento tbino bostyoꝝm egrotare compererat. Cui licet absenti cunctam fraternitatem commendauit in domino mittens ad eum protinus vt veniret. Et signaculo christi se muniens atqꝫ angelum lucis q̃ fuerat ad se directus. aspectu intuens bilari. sanctam reddidit animam. xiij. die mensis cbon ꝑm egyptios. quod est iuxta romanos ad septimum diem. Jduum maiarũ. Cuius venerabile coꝛpusculum. discipuli eius sicut decebat ꝓ moꝛe curantes totam noctem super illud durere peruigilem. psalmos bymnosqꝫ canẽtes. sequẽti ꝛo die sepelierunt

cum in monte vbi fuerat constitutum. Illi autez q̄ missi erant ad sanctum petronium cum deduxerūt adhuc infirmitate ipsa laborantē. Qui paucis diebus totam fraternitatem gubernans: & hic in pace defunctus est: relinquens post se virum iustum & acceptissimum deo Hesiseum nomine. Hec igitur nos ex multis eorum meritis descripsim⁹ pauca & ex magnis pauca digessim⁹: nō vt illis bonor aliquis præstaretur: nec enim fas est eos nostris indigere præconijs: quibus sufficiens est eterna laus & indeficiens gloria: quam coram christo & sanctis angelis ei⁹ adepti sunt: & plenius cum suis corporibus in resurrectione omnium consequentur. Fulgebunt enim sicut sol in regno dei q̄ glorificātes se glorificare testatus est: sed vt nos emulatores eorum pro nostris efficiamur viribus: cum vitas eorum preclarissimas agnoscentes: eas imitari christo donante contendimus: precibus semper adiuti beatorum patrum patriarcharum: prophetarum: apostolorum: martyrum: omniumq̄ sanctorum per quos omnipotens & clemens de⁹ noster beata & coeterna & consubstātialis & inseparabilis trinitatis pater & filius & spiritussanctus glorificetur iugiter & collaudetur: qui ipsi debet oīs laus & gloria in secula seculorum. Amē.

¶ Explicit sancti Pachomij vita.

¶ Incipit de Christiano monacho.

Uidam cenomanensis nomine Christianus: iuuenis cōuersus est in heremitoriū quoddam in archiepiscopatu turonensi quod dicitur gastinetum: vbi cum fortiter tentaret ca carne sua affligebat se: in quadragesima ieunabat & abstinens se ab omni potu: preter vnus diem in septimana. In hyeme stabat vestitus in aqua frigida vsq̄ ad collum: disciplinam sibi dabat vsquequo virge dirumperētur. Quod cum quadam die hoc faceret: & se cedisset vsq̄ ad sanguinem audiuit vocem a parte occidentis dicentem. Nil prodest tibi quod facis. Iste deus quem inclamas non dabit tibi quod petis: sed conuertere ad me & auxiliabor tibi. Quod ille audiens intellexit vocem esse inimici. Et cum orasset deum vt auxiliaretur sibi contra temptationes: proposuit aggredi peregrinationem ad diuersos sanctos. vt ita finiret vitam suam peregrinando. Et cuz diu hoc cogitasset accepto baculo egressus est nudis pedibus. Et cum venisset ante quandam ecclesiam: flexis genibus rogauit deum: vt daret ei bonum consilium: virq̄ ab oratione surrexerat: & ecce sensit fetorem magnum per quod intellexit dyabolum astantem: qui ei suggerebat relinquere habitum religionis & locum suum: & gratias agēs domino de tali signo reuersus est ad fratres suos. Hic aliquando in festo sancti stephani dormiebat ad maturinas. Et cum legeretur illa lectio vbi legitur: lapidauerunt Stephanum expergefactus ad hoc verbum: reprehendit se de somnolentia dicens. Ube mihi quia sic dormio ad obsequium dei. Iste sanctus non dormiebat quando lapidabatur: & pro persecutoribus orabat & ego miser debueraz rogare istum sanctum martyrem vt oret p me: & post hoc cepit intentissime vigilare & rogare sanctum Stephanum vt oraret pro se. In crastino cuz esset in refectorio anteq̄ aliquid gustaret venit vox ad eum dicens. Tu intendis ad terrenas escas: & non cogitas de glorioso protomartyre qui orat pro te. Tunc aperti sunt oculi eius & leuans oculos in celum vidit martyrem orantem pro se sicut vox ei dixerat. Quod cum vidisset statim surrexit & petijt locus secretum in quo oraret & dixit. Sancte Stephane: quas tibi gratias agam de hoc tanto bñficio tuo: Nihil habeo propium quod tibi dem. Sed tamen hoc do tibi q̄ammodo p amore tui nō induar lineis. ſz laneis trī: quod & fecit: ¶ Hic cū postea moneret ceteros: vt in bono proposito peristerēt: narrabat dicens. Eraz aliquando in castineto iacens in loco pleno paleis in solario quodam: & cum vellē repausare sentiebam nescio quid quod se mouebat sub renibus meis. Dixi quoq̄ hoc magistro meo: sed illa motio non quieuit. ¶ Quadam autem die inspirante mihi domino: recepi euertere paleam lecti mei: & euersa palea cum nil inuenirem: leuaui vnuz de asseribus solarij sub quo inueni vnum pedulem & in eodem magnam massam denariorum. Quos cum inuenissem relictis illis cucurri ad magistrum nostrum & confessus sum quid inuenissem. Ille iussit mihi vt afferem illos ad se. Quod cum feci̇ssem omnes fratres iussit congregari: qui omnes excōmunicauerunt illum qui hoc fecerat. Quod cuz audisset carpentarius quidaz dicit se hoc fecisse: & petiuit veniam humiliter correctionem p̄mittēs. Magister autem indulsit ei: & iniunxit ei penitentiam. Sed denarios male acquisitos retinere noluit imo diuisit eos pauperibus & egenis.

¶ Explicit vita sancti Christiani monachi.

¶ Incipit prefatio in vitam sancti Johannis elemonis epi Alexādrini: alis elemosynarij appellati.

Cogitante me ac diu tacite solliciteq̄ mecum considerante: q̄d in domo dei commodius ac dignius operari potuisset: ne ea videlicet presumerez: que mihi ex ministerio credito commissa non sunt. Nec rursus illa arriperem. que ingenioli mei vires excedunt secundum illud Salomonis. Hel inuenisti: comede quod sufficit tibi ne forte satiatus euomas illud. Et alibi. Altiora te ne quesieris: & fortiora te ne scrutaris fueris. Ecce subito quidam strēnui ac studiosi viri me cohortari voluerunt: vt in latinum sermonem verterem Leontium de vite resiuis Johannis Alexādrini antistitis: quem greci propter multiplicē compassionem quam erga omnes possidebat merito et absolute eleymona ideſt misericordem appellant: quatenus tantus vir non tantum sermone greco: verūetiam latino eloquio pollentibus vtilitati esset & commodo. Quapropter quia me dignum ad tantum opus atq̄ ydoneum minime perspeni. Leuaui oculos meos in montes: vnde veniret auxiliū mihi. Sicq̄ solatia patrum: & orationes adhibens tam proficuum virum nō passus sum celare latinis. Sed licet membranas inciderim: & cedulas preparauerim: nō tñ būc in codicē ausus suz redigere antеq̄ a dominatione vestra. O miles beate: licētiaz adipisci promerui. Necq̄ enim satis est: vt absq̄ vicario dei: absq̄ clauigero celi: absq̄ curru tauriga spiritualis israelis: absq̄ vniuersali pōtifice: absq̄ vnico papa: absq̄ singulari pastore: absq̄ speciali patre: absq̄ te omnium arbitro: aliquid consummetur: aut diuulgetur. ¶ Tu enim tenes claues dauid Tu accepisti claues scientie. In arcba quippe pectoris tui tabule testamenti: & manna celestis saporis requiescunt. Tu enim quod ligas: nemo soluit: quod soluis nemo ligat: quod aperis nemo claudit quod claudis nemo aperit. Uicem namq̄ in terris possides dei. ¶ Cum autem hunc beatuz in latinū verterem eloquium: nec grecorum idiomata: nec eorum ordinem verborum sequi potui vel debui. Nō enim verbum e verbo: sed sensum ex sensu excerpsi. Sed nec latinas regulas vsquequaq̄ seruare curaui dum tantuz intentio mea illo tēderet: ex quo vtilitas nasceretur legētibus. Qua de re angelice domine: non personam tantillitatis mee intuens: non astutiam inuestigans. non verborum faleras requirens: sed potius pio cordis oculo: profectum legentium prenoscens: vt tantus vir tanq̄ exēplar & speculuz sit omnibus vestra apostolica autoritate trāslationez banc si vestro arbitrio placet firmate: si displicet emendate: dum mō latinitas se tanto nō doleat esse sale priuatam: quo grecia se gaudet opime conditam. Suscipe ergo sanctuz a peccatore interpretatū: & noli attendere per quem translatus sit sed quis translatus sit. Necq̄ enim propter fistulam plumbeam aquam limpidissimam despicias: necq̄ propter spinas que producunt rosam que producitur spernas. Custos vero & amator tuus: quando voluit Pharaoni & nabuchodonosor iniquis regibus somnia quibus futura prenoscerentur ostendit. & Caypham impium quod expedebat protulit: q̄n imo quādo voluit a fine loq̄ articulata ꝟba p̄mſit. Salue presul amate deo: per secula salue. Totius atq̄ orbis papa beate vale.

¶ Finit prologus.

¶ Incipit narratio sancti Leontij episcopi neapoleos cypriorū insule in vitam sancti Johannis eleymonis alexandrini episcopi.

Ntentio quidem vna est nostra quoq̄ & eorum qui ante nos fuerunt studiosorum: & sanctorū virorum. super presenti memorabilis y iuuite narratiōe. i. vt in omnibus quidem imitatio pia & vtilis fiat. gloria autem & magnificentia sancte & adorande trinitati referatur: & in hoc sicut & in omnibus que semper in generatione & generationem propria luminaria ostendit: ad illuminandos qui in tenebris & in umbra mortis sedent peccatores. quoniam vero amici christi non valde miramur qui ante generationez nostram fuerunt viri qui deo placita conuersatione vixerunt. Sed de dyabolica operatione illos sermones semper dicimus ad alterutrum: quia sub viris: qui ante nos fuerunt: non erat iniquitas hominum multiplicata sicut modo: vt p̄dixit diuina scriptura: eo q̄ abundauit iniquitas refrigescit charitas multorum: ideo non valemus ad eorum consurgere meritum. ¶ Huius rei gratia ad presentē sancte huius vite narrationem ex parte venimus ostēdere etiam diebus nostris volentes: & propositum suum cogentes excellentiores nobis demonstrari: & angustam & arctam viam posse incedere & obstruere os loquentium iniqua: & animę nostros intellectꝰ vitare. Jam quidem & alij ante nos optima atq̄ excellentissima de hoc admirabili viro & summo sacerdote Johanne philosophati sunt potentes existentes in opere & in sermone. Dico enim Johannem & sophronium dei cultores & amatores virtutuz: & pietatis propugnatores: attamē q̄uis tales essent de dignitate & merito studij viri istius: & ipsi omiserūt & idipsum perpessi sunt: quod nōnulli studiosi a grecole vineam vberem & fructuosam vindemiantes. Nam relinquunt vtiq̄ ex fructu benedictionē etiā nolentes se retro sequentibus egenis eligentibus ideſt colligentibus racemos invineā ex quibus sumus & nos minimi. Nam & omnes sancti isti: q̄uis omni fortitudine sua fructiferam banc oliuam que in domo dei vt ait psalmista. Plātata est ꝓpter multiplices reuera oliuas que in ea sunt zelo dei vindemiare studuerunt attamen lauit eos multus olim fructus domino dispensante. Nostram ergo vilem & frigidam alacritatem suscipite. vt duo vidue minuta non enim illis detrabentes. necq̄ qui possim⁹ eorum a deo donatam sapientiaz imitari iusti gesta scripture tradere festinauimus. sed primo quidē velut intelligimus. non iustum esse ea que possunt vtilitatem audientibus facere. silentio occultare. ne & nos incidamus in iudicium serui illius qui talētuz

in terra abscondit. Secundo autem vt in hac narratione nostra correctiores & delectabiles hystorie cõscribantur: que scripte non sunt ab optimis viris: in laudibus sanctissimi reuera atq; beatissimi Johannis. Deinde vero quia sapientes & potentes in sermone: amatores hystorie erant: sapienter & sublimiter materiam depinxerunt: quod maxime & peramplius erexit nos ad presentem sollicitudinem: vt eo qui ineſt nobis pedestri: & formi humilicq; characterе enarremus: vt possit & idiota & sine litteris ô bis que dicuntur proficere.

¶ De zacharia & de natiõe menne: & q̃ iste sanctus omnino non iurauerit.

CUm peruenissem Alexandriaz ego indignus ad amplectandos sanctos et victores martyres: horum & Johãnẽ & eorum iocundis epulis & refectione frueremur conuenientibus & colloquẽtibus ibidem quibusdam viris venerabilibus atq; philosophis & disputaremus de scripturis & de anime institutione: venit ad nos quidam peregrinus petens elemosynam. Dicebat enim se nuper de captiuitate persarum ereptum. Accidit igitur vt nullus de consedentibus inueniret ur: habens oboluz aut nummum. Unus ergo de consedentibus habebat illic astantem mercẽnarium callide datorẽ accipiẽtem tres tantum nummos per singulos annos: habentem vxorem & duos filios. Cumq; recessisset qui petebat prosecutus est eum ingeniose: & abstulit a se quam ferebat cruciculam argẽteam: & dat ei dicens se non habere aliud aliquid vsq; ad filiquam vnam in vita sua. Ego igitur de hoc quod acciderat: immo quod gestum videram: per gratiam dei inuentus sum considerare quod fecerat: & compunctus enarraui statim prope me sedenti: menne nomine viro industrio & timẽti deum: qui & erat ordinans dispensationem sanctissime ecclesie sub nobili & beatissimo Johanne patriarcha. Qui cũ me intuitus esset admirantem ac laudantem eum qui elemosynam fecerat: dixit mihi. Ne mireris eo q̃ ex traditione & doctrina huiusmodi actionis operator extitit. Et dicente me ad eum quomodo ꝓpter charitatem prodest hoc mihi ipse respondẽs ait. Bãctissimo ter beato patriarche nostro ministrãs permansit Johanni: & tanq̃ filius proprius patris industriam suscepit: dicente sancto ad eum. Humilis zacharia esto misericors & verbum promissionis habe ex deo per infirmitatem meaz: quia neq; inuita mea neq; post mortem deerit a te deus: quod seruauisq; hodie. Oblatas enim benedictiones mittit ei deus sed non dimittit quicq̃ quod nõ statiz det pauperibus: prope modum constringens & in nihilum redigẽs domum suam. Q̃ ultoriens in exultatione inuenerunt eum quidam dicentẽ deo sic: aut tu mittẽdo: aut ego dispergendo videbimus vero quis vincat: liquet enim quoniaz tu diues domine & vite nostre ministrator es. Porro autẽ quãdo iuxta euentum non habet ad horam aliquid quod det a se petenti: contristatus dicit ad tabernarium aur ad alium negociatiorẽ da mihi vnum tremissez id est tertiam partem solidi auri: & seruiam tibi vno mense vel duobus: vt vis: & vbi vis: quoniam esuriit & val de qui in domo mea sunt. Et sumens dat egẽ tirocinium vt nemini dicat. Cum ergo sensisset me idem dei cultor mennas tanq̃ euangelium audientez se dicit mihi cum compunctione. In hoc miraris domine iam si inuenisses sanctum patriarcham q̃d faceres. Ajo ei. Quid amplius viderem. Tunc dixit mihi. Crede per indulgentiam dei ipse me fecit presbyterum & vicedominũ sanctissime ecclesie: vbi in eo opera: vniuersam pene naturam excedentia. Et si dignatus fueris in seruilia mea bodie veniendo sanctificare nos: enarrabo tibi gestaq̃ ipse inspector eorum factus aspexi. Cumq; hoc dixisset tenui manum & erexi eum: apprehẽdensq; duxit me in a deo seruatam domum suam. Itaq; cũ voluisset nobis mẽsam dignatus apponere dixi ad eum. Non iustum est o domine anime cibũ relinquẽtes: corpus ante animã reficere. sed magnũ cibum qui non perit sumamus: & post modũ corpori necessitatem ꝓstemus. Cuz ergo cepisset vitã sancti fine mẽdacio recitare: primũ inquit & precipuũ bonuz eius fuit quoniaz omnimodis non iurauit. Petij igitur chartam & attramẽtariũ: & que dicebantur per ordinem annotabam.

elemosyne gen tũ in sistebat zacharias.

¶ De stipendijs pauperum quos dominos appellauit.

ROmotus ergo & i throno residẽs in amica xp̃i magna ciuitate Alexãdria decreto diuino veraciter: & nõ ex hominibus neq; p boues hoc primũ forte factũ ꝓmuz oibus demõstrauit. Mittẽs em̃ mox dispẽsatores: & eũ qui dicebaf sup pacẽ dixit coram oibus ad eos in honorabili secretario. Non iustũ est o fratres ante alterius cuiusq̃ curã habere: q̃ xp̃i. Omni vo multitudine que conuenerat audito verbo compuncta ac sustinẽte: dixit iterũ ille beatus. Euntes ergo p totã ciuitatẽ cõscribite mihi vsq; ad vnũ omnes dominos meos. Illis aũt nõ intelligẽtib⁹ q̃ hi dñi essent: sed rogãtibus dicere & mirãtib⁹ qui nam patriarche dñi existerẽt rñdit rursus angelicũ illud os & ait. Quos vos egenos & mendicos vocatis: istos ego dominos & auxiliatores ꝓdico. Ipsi enim nobis vere & auxiliari & celoꝝ regnum donare potẽrũt. Et cuz hoc multa velocitate vidisset factũ xp̃i imitator: ꝓcepit eis p singulos dies stipẽdia tribui & p ppxium dispensatorẽ prebere eis sufficientez necessitatem: plus autẽ erant q̃ septem milia quingẽti. Tunc quasi pastor verus & non mercenarius cuz

deo dicebat zacharias videbis tu mittẽdo aut ego dispgendo

sacrosancto ouili: & cum conuenientibus sanctis viris episcopis ad ecclesiam sanctam pergẽs cõsecratus est diuino iudicio.

¶ Quod equam mẽsurã & pondus statuerit.

AUstum vero est & hoc gestoruz eius non postponere bonum. In crastinũ enim iterum mittẽs per totam ciuitatẽ eosdem dei amicos yconomos & cancellarios: & reliquos quibus erat dispositio ciuitatis credidit non permisit mensuram qualemcunq; vel põdus paruum & magnũ in tota ciuitate: sed omnia in vna campana: ideſt iusta & equali statera: modio & arta: ideſt mensura modios tres continens: & tertiaz partem modij vendere & emere contestabatur scribens in subscriptione sua: conditionem per omnez regionem habentem formam hanc. Johannes humilis & exiguus seruꝰ seruoruz dñi nostri: omnibus sub paupertate nostra degentibus: quicq; ab eo dez domino nostro regimini subesse noscũtur. Hec egregio beato Paulo: per eum qui in eo loquebatur: christo iubente: & omnibus legez ponente obedire ꝓpositis vestris & subiacere eis ipsi enim peruigilant quasi rationẽ ꝓo animabus vestris reddituri. Credit tantillitas mea verbo diuino obedientes: vos suscipere petitiones nostras: vt ex deo: & nõ ex homine. vnde hoc sciens moneo charitatem vestraz vt nequaq̃ i quopiam vestrũ appareat huiuscemodi ꝓuaricatio. Deniq; vt ait diua scriptura: statera magnã & paruã odio habuit deus. Si vero quis apparuerit: post ꝓsentẽ subscriptiõis nostre ꝓditionẽ. istius modi crimẽ icidẽs: vniuersas facultates suas indigẽtibus nõ volẽs fine mercede apponet. Ergo vt dignum memoria & hoc ipm publicum preceptum bic ponere curauimus.

¶ Quod munera accipientes coxerit.

RElatum est autem aliquando huic diuinitus sapiẽtiaz consecuto q̃ perxenia ecclesie rectores emptas psonas acciperent: circa dispositiones captiuoruꝫ. Quod nihil negligens conuocauit omnes: & neminem penitus exasperans: superaurit mercedes: que eis prius dabantur: ponẽs verbum quatenus munera a quolibet omni modis nõ acciperent: quoniam inquit ignis cõsumet domos munera accipientium. Extunc igitur per gratiam dei abundauerunt domus eorum: ita vt quidam ex eis additam sibi mercedum quantitatem dimitterent.

¶ Quod licentiam & confidentiã se adire volentibus dederit.

IScens vo aliquãdo iter ille terdiues: q̃ q̃dã iniuriã paterenf ab aduersarijs suis: & volẽtes adire eum: timore cãcellarioꝝ & ecclesie defensoꝝ atq; ei astãtiũ ꝓhiberenf ꝓfidxrauit tale q̃d deo acceptũ negociũ: & quarta & sexta feria publice ponẽs sellã & duo scãna: sedebat ante ecclesiã: colloquẽs quibusdaz strẽnuis viris: aut sancta euãgelia pre manibus tenẽs nullũ tanti obsequij appropinquare sibi ꝓmittens: excepto vno defensore ecclesie: licẽtiã & ꝓfidẽtiã dare festinãs se adire volẽtibus quib⁹ & ꝓsertim q̃ digniũ erat p ecclesie defensores faciebat: & ꝓcipiebat vt nemo eoꝝ gustaret quousq; ordinarẽt capitulũ: & audiẽtibus dicebat. Si nos homines existentes ꝓmissionẽ semp ꝓo petitionibus nostris habemus ingrediẽdi domũ dei: & petitiones nostras facere ei videlicet intractabili ac omni creature superueniẽti: atq; operam damus: quo ꝓces nostre impleanf: necnõ & rogamus eũ vt non tardet: sed illud ꝓbete dictuz protinus exclamamus: cito anticipet nos misericordia tua dñe: quomodo putas nos ꝓseruoꝝ rum nostroꝝ petitiones: cum omni festinatione debem⁹ peragere: memores domini dicẽtis: in qua mẽsura mensi fueritis remetietur vobis: per ꝓbete vocem iterum perbibentis quemadmoduz perfecisti erit tibi: vna ergo dierum simili modo hec mirabilis procedens: & in solito loco presidens vidq; ad horam quintã & nemine accedente mestus et conlachrymans recessit. nullo autem audente eum interrogare causam meroris sanctus Sophronius ait ad eum secreto. Illic enim erat tunc. Que causa est dei curator: retinentis animum tuum: sanctuz tristicie. Omnes quippe nos repente contristauit. Qui dixit ei mansueta voce. Hodie humilis Johãnes qualemcũq; mercedẽ a quopiam non habuit neq; christo ꝓo innumeris peccatis eius aliquid obtulit. sicut nec aliquãdo. Cui sanctus Sophronius diuinitus inspiratus respondit. Hodie enim intellexit causaz ob quam isdẽ tristabaf patriarcha. Hodie vero gaudere & letari oporet beatissime. Veraciter enim beatissimus es ita pacificãs a christo creditum tibi gregem. vt nullam habeat contra proximum suum litem aut dubietatez. sed velut angelos sine litigio & sine iudicio homines esse fecisti. Ille autem vere ꝓmittis pastor credens q̃d dictum erat verum esse oculos in celum extendens dicebat. Gratias ago tibi deus: quia & immeritaz pusillanimitatem meam. sacerdotio fungi: & me exiguum & peccatorem sacerdotem tuum vocari: & pascere rationabilem gregez dignatus es. Hodie vero pusillanimitate omni deposita: gaudium in humilitate multum illi affuit. Hunc vero vt quidaz aiunt in hoc imitatus est & constantius qui post Eraclium imperatorẽ extitit: cuius & filius erat.

domin audiva debẽt suos subditos.

dolet q̃ nullg ad eum petes accessit.

¶ Qõ eos qui a persis fugerãt benigne suscepit.

Dius ſancti patriarche tẽporibus aſcendentes perſe captiuarunt ⁊ depredati ſunt ſyriam. Itaq; pene omnes qui effugiebant man⁹ perſarũ: ſine deo: ad nomẽ bu⁹ ter beati tanq; ad portũ ſine fluctu accurrebant, ab eo⁊ ipſi ſuffragio⁊ ſuſceptione pfrui poſtulantes. Quos beatus iſte boſpitio recipiebat ⁊ cõſolabatur. Non tãq; captiuos ſed quaſi naturales veraciter fratres. Continuo ergo plagatos q̃dẽ ⁊ infirmos: in; xenodochijs ⁊ noſocbomijs: ideſt egenorum domibus fecit recumbere p̃cipiens curam eis ⁊ medicinã gratis impẽdi. Et tũc recedere: qñ vnuſquiſq; eorũ propria volũtate vellet. Illis vero q̃ ſani ⁊ egeniveniebant ad rogam: maſculis quidẽ ſingulas ſiliquas dabat mulieribus autem ⁊ puellis tanq; infirmioribus mẽbris binas. ¶ Veniẽtibu⁹ ergo quibuſdaz indutis ornamẽtis aureis ⁊ dextra libus: ⁊ querentibus elemoſynam referebãt de eis patriarche: bi quibus erat roga credita. Ad quos beatus ille torno oculo ac ſeuera voce vſus quãq; mitis eſſet ⁊ viſu bilaris dixit. Siquidem bumilis Jobannis iuſmo cbriſti diſpẽſatores vultis eſſe diuino p̃cepto ſine calliditate obedite dicenti omni petenti te tribue. Si autẽ venientes curioſe inueſtigaueritis deus curioſorum miniſtrorum non indiget neq; bumilis Jobannes. Si enim que dãtur mea exiſterẽt ⁊ mecum nata eſſent fortaſſe bene in meis tenax exiſterẽ. Si vero que dantur dei ſunt: vtiq; in ſuis preceptum ſuum cuſtodiri vult. Si autem ex incredulitate ⁊ modica fide illud timetis: ne forte multitudo eorum quibus dantur ſuperet introitum pecuniarum ego veſtre puſille fidei communicari nõ patior. Etenim ſi beneplacito dei actũ eſt: vt eſſem ego indignus diſpẽſator eius muneris ſi totus mũdus cõgregaretur alexandrie elemoſyne indigẽs immẽſos tbeſauros dei nõ anguſtabũt neq; ſanctam eccleſiam.

¶ De elemoſyna que in ſimilitudine puelle apparuit.

Cumq; illos dimiſiſſet vniuerſam q̃ circũdederat iſtos defectionem ⁊ modicã fidẽ ſcindẽs loquebat bis qui ei conſedebãt ⁊ admirant de data ei a deo cõpaſſione. Cum eſſem inquiens adbuc in cypro: iuuenis quaſi annorũ quindecim vidi vna noctium in ſomnis puellam quãdam cuius ſpecies ſupra ſolem ſplendebat: ornatam ſupra omnẽ bumanum ſenſum que venit ⁊ ſtetit ante lectũ meum ⁊ pulſauit me latere. Expergefactus vero vidi eam in veritate ſtantem ⁊ extimaui eam eſſe mulierẽ: figura igitur crucis ſignatus dixi ei. ¶ Que es tu? ⁊ quomodo auſa es intrare ſup me dum dormirẽ: babebat ⁊ coronaz de oliuarũ ramis ſup caput ſuum. tũc illa bilarivultu ⁊ ſubridẽdo dixit mibi. Ego ſum prima filiarũ regis. Cũq; bec audiſſem ſtatim adoraui eã. Tũc dixit mibi. Si me poſſides amicam ego te ducã in cõſpectu imperatoris. Etenim nemo babet poteſtatẽ apud eum ſicut ego. Ego quippe feci eum in terris bominẽ fieri ⁊ ſaluare bomines. Et bec dicens diſparuit. Ego vero in memetipſum reuerſus intellexi viſionẽ ⁊ dixi. Credo cõpaſſio ac elemoſyna eſt: ⁊ ideo bz in capite ex oliue folijs coronã. Etenz vere citer compaſſio ⁊ benignitas erga bomines deum carne veſtiri fecit. Statim ergo veſtiui me ⁊ nullius domus mee excitãs in eccleſiã abij. Erat eñ ianuarius. Et cũ trẽ obuiã fratri frigore vexato: expoliaui me indumẽto caprino: ⁊ dedi ei: dixiq; intra me. Ecce in boc ſciã ſi vtiq; ẏa eſt viſio quã vidi tandemoniaca. Et veritate teſtãte nondũ eccleſiã cõprebẽderã: ⁊ ſubito obuiat mibi quidã albis indut⁹ ve ſtimẽtis; ⁊ dans mibi ligaturã cẽtum nũmiſmatum dicẽs. Accipe bec frater: ⁊ diſpẽſa vt vis. Ego aũt p̃gaudio ſtatim bec ſuſcipiẽs reuerſus ſum volens reddere ei ligaturam illam: quaſi nibil indigens: ⁊ amplius non vidi aliquẽ. Tunc dixi veraciter non eſſe fantaſiam. Et illa vero boza: ſepe dabam confratri aliquid ⁊ dicebam videbo ſi mittat deus mibi vt dixit cẽtupla. Et cum tẽptaſſem dominũ male faciẽs ⁊ ſatiſfactus eſſem diuerſis modis per eas res dixi. Ceſſa miſera anima: tẽptãdo intẽptabiles Tot igiẽ certitudines babẽte ex deo bumili anima mea. bi increduli fortaſſe bodie venerunt: ⁊ me in deficiẽtiam ſecũ cadere borrantur.

¶ De peregrino qui eum tẽptauit.

Drione exiſtẽte eadẽ populi multitudine in ciuitate q̃dẽ peregrinoz videẽs tantã cõpaſſionẽ eius voluntẽptare eũ: ⁊ indutus veſtimẽta vetera adiit eum euntẽ ad viſitãdos q̃ in noſocbomio. i. in infirmaria. iacebãt. Bis eñ p̃ bebdomadã vel ter ibat illuc. Et⁊ dixit ad eũ. Miſerere mei qñ captiuus ſum ego. Dixit dator. Da ei ſex nummiſmata. Deinde cuz bec accepiſſet vadit ⁊ mutat babitum: ⁊ obuiat ei alium de ⁊ procidit ei dicens. Miſerere mei quia coactor. Dicit denuo patriarcba dator. Da ei ſex nummos aureos: cum vero iſſet: dicit ille diſtributori ad aurem illius patriarche. Per orationes tuas domine idem ipſe accepit ſecundo. Fecit vero ſe ipſum patriarcba tanq; neſciret. Venit itaq; tertio iterum accipere: ⁊ tetigit dator patriarcham qui aurum ferebat ſignificans q̃ ipſe eſſet. Tunc reſpondit ei dei amicus ille veraciter miſericors. Da ei quodecim nummiſmata ne forte cbriſtus meus ſit: ⁊ tentet me.

¶ De Nauclero ⁊ de argento de ſtanno facto:

Nauclerus quidam peregrinus dãna p tulit: ⁊ accedens buic beato viro: rogabat eum multis lacbrymis: vt compateretur ⁊ ei ſicut omnibus alijs. Prẽcepitq; eum accipere quinq; libras auri. Cunq; accepiſſet bas abiens emit antecbam: id eſt arcbam: ⁊ miſit in nauim. Deo p̃ acciditvt extra fozum naufragium pertuliſſet: nauim vero non perdidit. Acceſſit iterum ad eum de bona eius voluntate preſumens ⁊ dixit. Miſerere mei vt deus mundi miſerus eſt. Cui ille patriarcba dixit. Crede frater niſi miſcuiſſes pecunie eccleſie illas pecunias q̃ tibi remanſerant nullatenus naufragium pertuliſſes. De malis babuiſti eas ⁊ perdite ſunt cum eis: ⁊ que fuerunt ex bonis: verum precepit denuo dari ei decem libras auri denuncians ei ne commiſceret eis alias pecunias. Emens preterea anrbecaz: ⁊ nauigans vno die vento valido flante proiectus eſt in terram ⁊ omnia perdidit ⁊ ipſam nauim ⁊ nõ ſunt ſaluate; niſi anime tantum. Voluit ergo prẽ cõfuſione ⁊ anguſtia iſdem nauclerus necare ſeipſum ſed deus qui ſemper ſaluti bominuz prouidet reuelauit boc beato patriarche. Et cum audiſſet quod acciderat ei; nũciat ei venire ad ſe nibilominus dubitans. Tunc aſperſit ſe puluere ⁊ tunicam ſcindẽs indecenter accedit ad eum. Cunq; vidiſſet eum in tali babitu ille ſanctus redarguit eum ⁊ dixit. Odi ſereatur tui dominus benedictus deus credo ei q̃ ab bodierna die nequaq̃ naufragium incidas vſquequo mozaris: boc vero tibi contingit eo q̃ ⁊ ipſa nauis tua ex iniuſticia eſſet poſſeſſa. Deo⁊ ergo iuſſit tradi ei vnam magnam nauim plenam frumẽto. viginti milia modiozuz de illis nauibus que ſanctiſſime eccleſie ſubiecte miniſtrabant. Quam recipiens exiit ab alexandria: ⁊ affirmabat ipſe nauclerus aſſeuerans viginti diebus ac noctib⁹ vebemẽti vento nauigauimus non valentes omnino ſcire quo iſſem⁹: neq; per ſtellas: neq; per loca: excepto q̃ gubernator videbat illum patriarcbam ſecuz tenentem temonem ⁊ dicentem ſibi. Ne timeas bene nauigas. Igitur poſt viceſimam diez apparuimus in inſulis britanie: ⁊ deſcendentibus nobis in terram inuenimus illic famem magnam. Cuz ergo diriſſemus primo ciuitatis q̃ frumentum portarem⁹ dixit. Bene deus addurit vos. Quicquid vultis eligite: aut per ſingulos modios nummiſma vnũ: aut eiuſdem ponderis accipite ſtannum. Elegimus itaq; dimidium fic ⁊ dimidium fic. Rem autem vadit dicere ſermo inexpertis munerum dei incredibilez quidem ⁊ ſine fide: bis vero qui experientiam miraculi eius babent credibilem atq; acceptam. Naz preterea alexandriam cum gaudio reuerſi quieuimus in pentapoli ⁊ aſportauit nauclerꝰ de illo ſtãno vtvenundaret illud: babebat itaq; illic antiquũ ſocium in negocijs petentem ex eodem ſtãno. Dat ei in ſacco quinquaginta libras. At ille volens probare ſpeciem ſi bona eſſet: ſoluit illud in igne ⁊ iuenit argentum primum. Putauitq; ſe eſſe tẽptatum ⁊ retuliti ei ſaccum dicẽs. Deus indulgeat tibi. Nũ quid inueniſti me impoſtorem: id eſt iniquum ergate: quia argentum p̃ ſtanno dediſti mibi. Expauescens vero de ſermone illo nauclerus dicit. Crede: ego p̃ ſtãno illud babeo. Si vero ille qui fecit de aqua vinum ipſe per orationes patriarche fecit ex ſtanno argentum nibil mirum. Et vt ſatiſſiat: veni ad nauim ⁊ videbis cetera iſtius; metalli ſocia: qõ accepiſti. Aſcendentes itaq; inuenerunt ſtannũ argentum optimum factum. ⁊ non eſt peregrinum miraculum: o philo xp̃i. Qui enim quinq; panes multiplicauit ⁊ rurſus aquam egypti tranſmutauit in ſanguinem: ⁊ virgam in ſerpentem tranſmutauit: ⁊ tranſtulit flammam in rozem multis ſanctis: faciius et boc tã glorioſum miraculũ opatus ẽ: ⁊ten⁹ ⁊ famulũ ſuũ ditaret: ⁊ nauclero miam ſuã p̃ſtaret.

¶ De diuite qui in paupertatem ceciderat.

Dominus qui diuitias i tēpore quo dā beato Job abstulit: fecit simile ⁊ huic omni bonitate pleno sancto patriarche Johanni. Nauib⁹ enim sanctissime ecclesie sue cōprehendētibus violētā hyemem in loco qui dicitur adbira, piecerunt omnia sua que naues portabant: erant vero omnes naues simul. Erat autez summa multa valde entbecarum suarum: habebāt enim tanta vestimenta ⁊ argentum: ⁊ alias res altiores: vt cōputaretur pondus quod iuit in pditionem quātitatis centenariorum triginta quattuor. Plus enim erant q̄ crediderint naues capientes per singulas decem milia modiorum. Uenētibusvero Alexandriam ⁊ pergentibus statim reliqui creditores ⁊ primi naute ecclesiam confugerūt. Sanctus vero hoc audiens ⁊ causaz propter quam fugerant: mittit eis verbum manibus suis scriptuz habens ita. Dominus dedit fratres: dominus vt voluit abstulit sicut domino placuit: sita factuz est: sit nomen domini benedictum. Esite filij nihil ex hoc veriti: dominus enī sollicitus erit de crastino. Ascēdit itaq; pene dimidium ciuitatis in secretū die autem altero volebant consolari nobilem istum: ipse vero preoccupans cepit omnibus dicere. Nequaq̄ o filij ⁊ fratres causa nauium difficultatis tristemini: nam humilis Johannes [credite] inuentus est culpabilis. quippe nisi extollentiam habere nullo modo hoc ferrem. Sed quia extollebar in bis que dei erant ⁊ existimabā q̄ magna opera facerem: dans que hominum erant: hoc mihi euenit. volens ergo deus vt hoc intelligerem ista permisit. Elemosyna enim non vigilantem plerunq; in extollentiam eleuat inuitus vero casus humiliat sustinentem. ait enim diuina scriptura. Paupertas virum humiliat. ⁊ iterum Dauid hoc sciens: dicebat. Bonum mihi q̄ tu humiliasti me: vt discam iustificatiōes tuas. Dum enim malorum factus sum obnoxius: quia dationez per vanam gloriā perdebā: ⁊ quoniaz per vitium meum perdite sunt tante pecunie habeo nunc iudicium animarum que in arcto sunt. Ueruz dilectissimi qui tunc tempore iusti illius Job fuit deus: ⁊ nunc idem ipse est: qui non propter egestatem meam sed ob indigentium necessitatem nō derelinquet nos. Ipse enim dixit: non te deseram neq̄ derelinquam. ⁊ rursus. Querite primum regnuz dei: ⁊ iusticiam eius: ⁊ hec omnia adijciētur vobis. Volentes ergo consolari eum ciuitatis habitatores: vt dictum est: ipsi magis inuenti sunt ecōtra consolationem ab eius beatitudine recepisse. Nimis ergo breue tempus preterijt et in duplum restituit deus, et nouo nostro Job facultates: ⁊ iterū erat ipse magnanimus circa misericordiam: fortasse autē ⁊ religiosior q̄ antea fuerat.

De ministro cui duas auri libras dedit.

O extremam paupertatem, peruenienti cuidam de domesticis ministris propria manu iste sanctus vt nullus sciret duas libras auri dedit ⁊ audiens ab accipiente: quoniam hec accipiens domine vlterius non habeo vultum intendendi in honorabilem ⁊ angelicam faciem tuam vere dignum laude: vt sapiens locutus est verbum. Nonduz inquiens sanguinē meum pro te frater effudi sicut mandauit mihi dominus meus iesus xp̄s.

De duce qui mutuum dare distulit.

Strictus quidam ab bis qui pensionez exigebant: cum non haberet quod daret erat enim regio in magna difficultate: eo q̄ fluuius nilus p̄m consuetudinem non irrigaret aquis terraz: ipse abiens deprecatus ē ducem quēdam magnatorū vt mutuas sibi daret q̄nquaginta libras auri: ⁊ dicebat se dare pignora si vellet dupla. Repromisit ergo dux dare ei ad presens vero distulit. Exactoribus vero constringentibus eum vadit ⁊ ipse ad portum a quo cuncti recipiuntur: videlicet ad mitissimum ⁊ dignum admiratione patriarcham. Et nondum pene propriam necessitatem ei narrauerat dicit sanctus ad eum. O fili si volueris: ⁊ quo vestio: indumēnto. Eteniz cum admirabilibus suis bonis ⁊ hoc possidebat: q̄ non poterat videre aliquem de necessitatibus lachrymantem ⁊ nō statim se proprijs rigaret lachrymis. Unde ⁊ mox petitionē volentis ab eo mutuuz accipere adimpleuit. Et sequēti nocte vidit dux q̄ staret sup altare quidaz cui offerebant multi oblationes: ⁊ pro vna quaz ponebant accipiebant cētū pro ipsa de altari. Erat añ ⁊ patriarcha post tergū eius. Jacebat ergo vna oblatio ante eos i vno scāno ⁊ dicit quidā duci. Vade domine dux accipe oblationem illaz ⁊ offer ad altare: ⁊ tolle pro ea centuz oblationes. Illo vero pigritante cucurrit patriarcha: licet post eum staret: ⁊ tulit banc ante euz ⁊ obtulit: ⁊ accepit sicut oēs centū de altari. Euigilans itaq; non poterat discernere somniuz. Misit autem ⁊ adduxit euz qui volebat mutuuz accipere vt presentaret ei: ⁊ cū venisset dixit ei dux. Accipe quod petisti mutuum. Respondens ille dixit ei. Ante tulit mercedez tuā dominus patriarcha. Etenim te diu differēte compulsus sum ad illuz tanq̄ ad portū cōfugere multa enim erat vis inquietudinis exactoruz. Cum ergo audisset hoc dux ille: statim recordatus est somnij: ⁊ dixit. Vere bene dixisti ante tulit mercedem tuaz: ante tulit enim ⁊ veb illi qui vult facere bonum: ⁊ differt ⁊ enarrauit omnib⁹ somniū quod viderat.

nō differamus bene agere.

De mulicre que a genero suo iniuriam patiebatur.

Dergente aliquãdo illo viro sancto ad templum sanctorum victoriosorũ martyrum cyri ⁊ Johannis in gloriosa eorum memoria orationis gratia: exeũte eo portam ciuitatis suscepit eum mulier procidens ⁊ dicens. Uindica me: qm̃ iniuriã patior a genero meo. Quibusdã ergo de obsequio eĩ qui habebant cõfidentiã apud eũ dicẽtibus: quia cum reuersus fueris: cãm eis facies. Respondit sapientissimus. Et quõ deus orationem nostraz suscipiet si ego istam postposuero? Quis mihi spondit vt viuam ego in crastinum: ⁊ ibo ad christum ꝓ ea rationem redditurus. Et non recessit de loco illo: vsque quod satis ei erat: fieri faceret.

¶ De sanctis videlz Johanne ⁊ Sophronio.

AD voluntatez igitur memorabilis huius que tota in deo erat milit ei deus viros sapientes: ⁊ semper memorãdos Johannem ⁊ Sophronium. Consiliarij enim erant veraciter bonis quibꝫ [tãꝑ patribus] discrete obediebat: ⁊ gratias agebat tanꝙ constantibus. Maxime ⁊ viriliter agẽtibus militibus: pro pietate religionis. Etenim sancti spiritus virtute freti: ⁊ cum seuerianis ac ceteris circa regionem existentibus immundis hereticis: sapientia sua ac disputationibus pugnam habentes ⁊ conflictum multa quidem castella: plurescꝫ ecclesias: similiter ⁊ monasteria ab ore talium bestiarum tanꝙ boni pastores euellere studuerunt ꝓpter qõ ⁊ maxime plurimum honorabat sanctos hos illeuere sanctissimus.

¶ Sermo eius contra percussorem.

SI vero alicubi aliquem durum ⁊ inhumanum ⁊ percussorem circa ꝓprios seruos sentiebat ille beatus hunc primum cõmonebat ⁊ cum multa lenitate rogabat dicens. Fili venit quidem ad aures peccatrices meas ꝙ ex operatione inimici modicum durius circa ꝓprios pueros tuos feraris: sed rogo ne des locum ire. Non enim vt percutiamus eos dedit nobis bos deus: sed vt seruiant forte asse vero nec propter boues sed vt sustententur a nobis ex quibus deus prestitit nobis. Quid enim mihi dic: ⁊ dedit homo ⁊ emit eum: qui ad imaginẽ ⁊ similitudinez dei creatus honoratus est. Nunqd enim tu dominus eius aliquid plus illo possides in proprio corpore: manum aut pedem vel auditum siue animaz. Nunquid non similis est tibi per omnia Audi luminare gloriosum. Paulum dicentem: quot quot in christo baptizati estis: christum induistis. Non est iudeus neq; grecus non est seruus neq; liber: omnes enim vos vnum estis in christo. Si ergo equales sumus in christo adunicez equales efficiamur. Etenim christus formaz serui assumpsit. docens nos non superbire contra conseruos nostros. Unus est dominus omnium in celis habitans ⁊ humilia respiciens: non despexit sublimia: sed humilia respicit. Quantum enim ⁊ aurum dedimus: vt honorificatum ⁊ emptum eum sanguine diuino: ⁊ dominico: nobis seruitute subiiciamus [propter eum celum: propter eum terra: propter eum stelle: propter eum sol: propter eum mare: ⁊ que in eo sunt] extantem: quia ⁊ angeli ei ministrant: propter eum christus seruorum pedes lauit: propter eum crucifixus est: ⁊ cetera omnia propter eũ passus est. Tu autẽ eum qui a deo honoratur inhonoras: ⁊ [quasi non sis eiusdem nature] non parcẽs feris. Dic obsecro: velles quotiens culpas vt mox redderet tibi deus. Nequaq; dic quomodo oras quotidie dicens Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris? His ⁊ bis simili verbis: de inhabitante in se thesauro: monens hunc absolut ⁊ nisi didicisset istum emendatum preparabat ⁊ instruebat seruum afflictum: vt fugam arriperet ⁊ vẽditionem peteret: ⁊ hunc comparans iustus: statiz liberum statuebat.

¶ De puero orphano quem ditauit.

AUdiens aliquando cuiusdã elemosynatoris puerum orphanũ derelictum parentibus ipsius morientibus: ⁊ in multa paupertate conuersari hunc: dicebant enim hi qui in testamento patris eius inuenti sunt testes q̃ non dimisit ei domine pater eĩ moriens vsq; ad vnum nummisma. sed habens decem libras auri adducit eum ipsa hora quando testamentum scribebat: ⁊ dicit ei. Has decem libras habeo fili mi quid vis dimittam tibi istas: an dias meam dei genitricem curatorem: ⁊ prouisorez Puero vero eligente sanctam dei genitricem: precepit dari cuncta pauperibus. Et ecce inquiunt sanctissime in multa inopia consistit: nocte ac die domuz domine nostre non deserens. Cum ergo hec audisset a scientibus sanctus dic: nemini aliquid dicẽs: adducit quendam tabellionez: ⁊ narrabat ei rẽ dans ei terminum vt nulli crederet quam precepit eaz facere rem dicens ei. Uade ⁊ in veteribus cartul' scribe testamentum nomine theopenti ⁊ fac in eadem carta me ⁊ patrem pueri consobrinos fratres: ⁊ vade ⁊ dic inueni. Scis frater ꝙ genus existens patriarche: non debueras ita in paupertate versari: ostende ei cartam ⁊ dic. Qm̃ si erubescis: ego ordino causam tuam apud patriarcham: ⁊ vide quid tibi dicet. Cũ ergo omnia que iussa sunt ei a patriarcha tabellio fecisset venit ad eum dicens: q; pact' est puer mihi: vt ego loquar causam suã domino: ⁊ magnas gratiarum actiones referebat mihi. Dixit vero sanctus. Uade ⁊ dic ei quia locutus sum patriarche. Et dixit: quoniam ⁊ ego scio: q; habuit cõsobrinus meus filium: sed ex vultu hunc non recognosco. Bene ergo facis adducens hunc ad me. Adducens ergo eum fac portare ⁊ cartam secum. Cum vero peruenissent: tulit eum secreto ille iustus: ⁊ cepit deosculari eum ⁊ dicere. Bene venit filius consobrini mei. Ditauit igitur eum eiqꝫ proꝛez tradidit in alexãdria: ⁊ domum ⁊ omnia quibꝫ opꝫ habuit donauit ei: demonstrare festinans quoniaz non derelinquet dominus sperantes in se.

¶ De impostore qui viginti libras auri mutuo accepit ab eo.

APpetermisse autẽ ⁊ hui' mandati curã habẽs hic admirabilis legẽ ponentis: volenti mutuare a te ne auertas aliquãdo: mõ phibuit aliquẽ huiusmodi ab eo suffragiũ postulantẽ. Unde hoc sciẽs quidã malign' ⁊ impostor. petijt ab eo vt sibi mutuas daret viginti libras auri. Erat aũt de bis q̃ dicunt gallodromij. Ballodromij dicunt magones discurrẽtes ⁊ fraude decipiẽtes. Cõtemnẽs ergo sanctũ: quem admodũ ⁊ alios multos docebat: quia nihil mihi dedit. Quesierunt itaq; ecclesie pastores ⁊ ordinatores: vt in carcerem hunc mitterent: ⁊ publicarent eius substantiam. At imitator dicentis estote misericordes sicut et pater vester misericors est: qui solem suum oriri facit super bonos et malos: ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos: nequaq; istis consensit vt eum affligerent. Illis autem turbantibus contra eum vtpote qui patriarche illuserat: ⁊ dicentibus ad eundem sanctum: non iustum est: domine: vt quod merito pauperes acciperent hoc luxuriosus accipiat. Respondit econtra ille pater beatus dicens. Credite fratres: quia si extra voluntarem meam acceperetis aliquid ab eo: duo mãdata transgredieminí: ⁊ vnum adimplebitis: quando ⁊ ad pauperes data fuerit huiuscemodi quantitas. Unum quidem: quia apparebitis impatiẽtes circa dandum: ⁊ efficiemini alijs forma mali. alteruz autem quando non obedientes eritis domino deo dicenti ab eo qui abstulerit tua ne repetas. Expedit ergo o fili. vt efficiamur omnibus exemplum patiẽtie. Etenim apostolus dicit. Quare non magis iniuriam sustinetis? quare non magis fraudem patimini. Et bonum est quidem veraciter fratres. omnipetenti dare. excelsius autem ⁊ honorabilit' etiã non petenti. Ei autem qui aufert vestimentum siue voluntate a nobis dare ⁊ tunicam angelice vere nature imitatio. immo diuine est. Ex bis enim que habem' dominus precepit benefacere proximo. Bonum inquit facies fratri tuo. iuxta quod possidet manus tua. non ex bis que ex lite ⁊ contentione et ab iniuria auferuntur.

ĝ imrarcerates alios ꝓpria recupãda

¶ De abbate vitalio.

SEnex quidam magnus quasi annorum seraginta. audiens tales res beati voluit temptare eum. si posset verbis suaderi. ⁊ ad scandalum facile inclinare. ⁊ vt contingit si consẽtiret aliquem. Et habitans primus in monasterio abbatis seridenis. exijt ⁊ venit Alexandriam. ⁊ sumit conuersationem hominibus quidem reprehensibilem. sed deo gratam. qui dat [vt ait Dauid] singulis ꝓm̃ corum eorum. Ingrediens itaq; ciuitatem scribit omnes que note erant meretrices. ⁊ cepit laborare opuscula ⁊ accipere per singulos dies siliquam vnam. Cum ergo occumberet sol inanducabat ⁊ intrabat ad vnam meretricum ⁊ dabat ei ereos nummos. ⁊ dicebat. dona mihi noctem istam ⁊ noli fornicari. Et manebat iuxta eam nocte illa obseruans eam ne fornicaretur. Stabat q̃ a vespere in vno angulo cellule vbi dormiebat mulier psallens et orans pro ea. et mittens genu flexiones vsq; ad auroram. ⁊ exiens precipiebat verbum illi q̃ nulli diceret actionem eius. Ita agebat semper quousq; vna earum manifestauit vitaz eius q̃ non vt fornicaretur intraret ad eas. sed vt saluaret. Orauit senex ⁊ cepit mulier a demonio vexari vt per illam cetere timerent ⁊ non manifestarẽt eum omni tempore vite eius. Dicebat ergo quidam ei que a demonio verabat. Quid est. Red didit tibi deus quoniaz mentita es. vt fornicet' em ingreditur pessimus iste ⁊ non ad aliud aliquid. Jam enim ⁊ sanctus Uitalius [hoc eniz nomẽ erat ei] volens hominum gloriam fugere. ⁊ animas a tenebris reuocare dicebat audientibus cunctis cuz laboraret in opere. ⁊ solueret vesperi. Eamus modo domine. olim dona talis expectat te. Ubi erat ergo ordo ipsius. multis ergo criminantibus ei dicebat. Nunquid ego non vestio corpus vt omnes. Aut monachis solis iratus est deus. Uere ⁊ ipsi homines sunt vt omnes. Dicebat itaq; ei quidam. Accipe tibi vnam mulierem abba. ⁊ muta vestimentum tuum vt non blasphemetur deus per te. nec baptizes iudicium que scandalizantur animarum. At ille respondebat eis iterum. dicebat ergo se demonstrare quasi iratum vere non obaudiam vobis ite a me. modo nihil aliud faciam vt vos non scandalizemini nisi accipiam mulierez. quatenus curam habeam domus ⁊ faciam malos dies qui vult scandalizari. scãdalizetur. ⁊ det frontẽ in pariete. Quid vultis ex me. Nunquid iudices constituti estis a deo. Ite de vobis curam habetote. vos pro me nõ reddetis deo rationem. Un' est iudex. ⁊ sancta dies iudicij qui singulis reddet ꝓm̃ opera eorum. Dicebat autem hec clamans. Quidam ergo ecclesie defensorum hec multotiens audientes ab eo referebant quod fiebat. De' vero sciens ꝙ nollet ille sanctus offendere abbatem Uitalium duxerunt coz. ei

pp scãdalum nõ dimisit ꝙ pg.

exemplũ ꝙ sãte ad meretrices intrabat.

ne crederet eis. Recordabatur enim ante memoratī eunuchi: sed increpauit vehementer qui cōtra virū alius abbatem accusationem ei afferebant dicens ad eos. Quiescite accusare monachos. An nescitis quid circa sancte memorie Constantinum imperatorem actum fuisse conscriptiones que de eo legūtur contineant. Quoniam [ait] quidam non timentes deū cum celebraret secūda synodus in nicea ceperunt cōtra se dare in scriptis: famas turpes beato illi imperatori: quidā clerici existētes quidā monachi: ad facie adducēs sanctū dei cōstantinū accusatorem ⁊ accusatum vtrunq; audiuit. Et cuz inuenisset multas talium criminatorum veras esse accusationes: incēdit omnes que date sunt in scriptis malas opiniones dicens. Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem deiectant aliquem eorum qui monachico habitu circūamicti sunt peccantem: clamidē meam explicarē: ⁊ cooperirē eū: ne ab aliquo videretur. Nam ⁊ in seruum dei illum videlicet eunuchū ita putastis. ⁊ misistis me extra viam: ⁊ feci anime mee peccatū magnū ꝓfundens ergo eos multū abhorruit. ¶ Seruus autem dei vitalis a propria operatione non cessabat. Deprecabatur ergo vt q̄busdam post mortem eius in somnis manifestaret deus de se: vt imputaretur in peccatum bis qui scandalizabantur in eum: eo q̄ rem quam agebat dicerent scandalo esse plenam: ⁊ non haberet homo peccati indicium ex ea quicquid locutus fuisset. Oultas igitur de talibus mulieribus ad compunctionem induxit hec operatio eius: ⁊ maxime quando videbant eum nocte extendentē manus ⁊ orantē ꝓ vnaquaq; earum ꝓpter q̄ quedam earū a fornicatione cessabant: quedā vero accipiebāt viros ⁊ pudice ꝓuersabant: quedā vero ⁊ modis omnib⁹ mundum relinquētes: singularem vitam ducebāt. Nullus tamen sciuit vsq; ad eius dormitionem: q̄ ipsi⁹ admonitione ⁊ oratione impudice mulierculē a fornicatione cessarent. Unde quadam die exeunte eo a prīa talium mulierum diluculo obuiat ei quidam homo immundus intrans ad fornicandum cū ea: ⁊ cū vidisset sanctū Vitaliū ex ea egredientē dedit ei alapam in faciez dicens ad eū. Usq; quo pessime illusor christi: non emendas te ab his nequitijs tuis. Qui dixit ad eum. Credo mihi accipies alapam a me humili vt tota Alexandria colligatur ad clamores tuos: nondum breui tēpore transacto dormiuit cum pace in cellula sua sanct⁹ Vitalis: nemine sciēte omnino. Habebat essi valde pusillā cellulā super locum qui dicebat porta solis. Unde ⁊ plerunq; cum collecta celebraretur iuxta cellulam eius in ecclesia matre: conuenientes quedam mulierculārū harum ad alterutras dicebant. Eamus eamus: iterum abbas Vitalis⁹ collectam habet. Et venientibus eis: curabat eas. Igitur dormiente eo: vt predictum est: in propria cellula ⁊ nullo sciente: mox quidam demon tanq; ethyops deformis astat ei: qui dederat alapaz abbati Vitalio: ⁊ dat ei alapaz dicēs. Suscipe alapam quam misit tibi abbas Vitalis⁹. Et cadens statim cepit spumare. Congregata est igitur sm prophetiam Vitalij: pene tota Alexandria: in violentiam quam patiebatur a demone: et maxime quia sonitum dare ei alape audierunt quidam quasi ad vnius iactum sagitte. Post aliquantas vero horas: in mentem rediens is qui patiebatur: scidit vestimenta pectoris sui: ⁊ cucurrit ad cellulam clamans ⁊ dicens. Culpam feci tibi serue dei Vitali miserere mei. Cucurrerunt vero cuz eo omnes audientes. Cum peruenisset ad cellulā sancti: exist iterum demonium iactans eum omnibus aspicientibus. Et cum ingrederentur intro bi qui cum eo cucurrerant inuenerunt sanctum stantē in geniculis suis: ⁊ orantem: ⁊ domino animam tradentem: et in pauimento scripturam huiusmodi. Viri alexandrini nolite ante tempus aliquid iudicare: quousq; veniat dominus. Confitebatur vero et homo qui a demonio verabatur: quod sancto fecerat: ⁊ quod dixerat sanctus ei. Recitata sunt ergo beatissimo Johanni patriarche omnia que circa sanctum Vitalium acta sunt ⁊ descendens cum clero: venit ad corpus sancti Vitalij ⁊ cum vidisset supscriptionem dixit. Vere hanc humilis Johannes per deū euasit: vti naz alapam quam accepit qui patitur ego accepissem. Tunc itaq; omnes fornicarie: et que abrenunciauerunt ex eis et viros susceperant cum cereis ⁊ lampadib⁹ precedebant eum flentes et dicentes: perdidimus salutem et doctrinam. enarrabant enim iam conuersationem eius omnibus ⁊ quoniam non propter turpem rem ad nos intrabat: ⁊ quia nunq; aliquando vidimus eum super latus dormientem: aut vnam ex nobis tenentem manu sua. Et reprehendentibus eas quibusdam ⁊ dicentibus: quare hec non omnib⁹ dicebatis. Sed scandalizabatur in eo tota ciuitas. Enarrabant iam capitulum quod circa eam gestum est que a demonio vexationem sustinuit: ⁊ quia hoc timentes tacebamus. Sepulto ergo eo cum multo honore: permansit is qui ab eo corrector et sanus factus est: faciens memoriaz eius. Post modum autem ⁊ renunciauit seculo ingressus monasterium abbatis seridonis in gazam et suscepit cellulam abbatis Vitalij sm fidem et in ea permansit vsq; ad mortem suam. At sanctissimus patriarcha multas gratias egit deo: quia non permisit eum peccare in seruum suum Vitalius. Multi autem multum extunc in Alexandria profuerunt sibi: ⁊ hospitio recipiebāt monachos ⁊ muniebantur vt non condemnarentur aliquis ab eis que viderant. Fecit autem ⁊ sanitates post mortem honorabile nomen sancti Vitalij per diuinam gratiam: cuius orationibus det nobis dominus bonam conuersationem: ⁊ misericordiam in die: quando manifestabit abscondita hominū ⁊ manda faciet consilia cordium.

monachi et sacerdotes ꝓpter ꝓsa di et nō ꝓsan di sunt

meretrix redimitas ꝙ ꝓtit.

datur alapa sto Vitalio.

¶ De eo qui conuicia patriarche inferebat.

Recipiens aliquādo dari cuidam petenti elemosynā decē nummos ereos tantū: conuicia patiebat ab eo in facie atrociter ille beat⁹ quia nō ōderat ei quo tquot voluit. Dis aūt qui de obsequio erant querētibus cedere eum qui cōuiciabatur: increpauit eos vehementer patriarcha dicens. Sinite eum fratres habeo ego seraginta annos blasphemans ꝓ opera mea christum: ⁊ vnum conuicium non portabo ab isto. Et cepit datori soluere sacculuz vt finaret pauperem tollere quantū vellet preciū.

¶ De interrogatione circa elemosynatores.

Si vero aliquādo audiebat sapientissim⁹ quoniā elemosynator est talis adducebat eū i bylaritate seo: suz: ⁊ dicebat ei. Quō fact⁹ es elemosynator: naturali ter: an teipsuz cogens. Unde quidam eorum qui ab eo interrogabant, verecūdati occultabāt: q̄daz aūt dicebant ei. Propter quod vnus interrogatus a sancto respondit ita. Crede mihi domine: quia nihil do aut facio boni. Uerūtamē ipsuz quod facio ⁊ prebeo ex quibus orationes tue largiuntur: ita facere affluent. Eram prius valde immiserico: s ⁊ crudelis ⁊ semel dāna pertuli ⁊ in subtilitatē deueni cepit cogitatio mea dicere mihi: vere si esses elemosynator: non relinqueret te deus. Statui ergo ꝓ singulos dies statim dare quinq; ereos nummos pauperibus ⁊ cum cepissem dare statim satbanas prohibebat me dicens. Vere quinq; nūm isti sufficiunt domui tue ad bolera: aut ad balneum ꝓpiēduz et statim tanq; si de faucibus natorū meorum priuarem eos nihil dabam. Cuz vero vidisse: quod superarer a vicio: dico puero meo per singulos dies furare me, nesciente quinq; nummos ⁊ da elemosynaz. [Sum ego enim trapezeta domine]. Ille vero benefaciens: cepit furari denarios. Erat autez aliquando ⁊ filiqua. Cum ergo vidisset: quia benedicebamur: ⁊ diuitijs abundabamus: cepit et tremisses furari ⁊ dare. Semel itaq; admirans benedictiones dei dixit ei. Vere multuz profuerunt fili quinq; nummi illi: volo ergo vt des decem. Tunc dicit mihi et puer subridendo: vade ora pro furtis meis. Nam vere bodie non haberem⁹ quem manducassemus panem: sed si est fur iustus: ego sum. Tunc ergo dixit. quoniaz tremisses dabat: ⁊ filiquas ⁊ iaz ex fide illius: assueni domine et alio dare. Edificatus ergo sanctus valde dixit ad eum. Crede mihi: multas conuersationes patrū legi: tale aliquid non audiui. ꝙ hō ꝙdaz elemosynarius fuit ⁊

¶ De principe qui maliciam seruabat in alterum.

Alicias reseruantē quendam industrium: contra aliuz principem audiens hic magnus Johannes: monuit eū sepe: ⁊ suasit ad concordiā ⁊ non potuit euz conuertere ad pacē. Semel ergo mittit ⁊ adducit eū sanctus quasi pro republica: ⁊ facit missas in oratorio suo. Nullū habens secum nisi ministrum suum. Cū ergo sancta benedixisset patriarcha: ⁊ orationē dominicaz inchoasset ceperunt dicere tantū tres illi pater noster. Et cū peruenissent ad sermonē quo dicit: dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nostris: inuit domestico patriarcha vt taceret. Siluit vero et patriarcha: et remansit princeps solus dicens versum. Dimitte nobis sicut ⁊ nos dimittimus. Et statim conuersus sanctus: dicit ei mansueta voce: vide in quali terribili voce dicas deo: quoniā sicut ego dimitto ita ⁊ tu dimitte mihi. Et tanq; ab igne statim cruciatuz ferens predictus princeps cecidit in faciem ad pedes sancti dicens. Quecunq; iusseris domine faciet seruus tuus. Et reconciliatus est inimico suo extunc cuz omni veritate.

¶ Quid erga quēlibet superbū agebat.

Superbū autez si videbat aliquem beatus hunc quidē non arguebat in facie: quādo aūt eū i secreto suo sedentem videbat afferebat de humilitate sermones: vt p tale magisterium sensuz percuteret superbuz ⁊ modestum faceret dicens ita. Viro: dñi mei: q̄ modo non recordatur misera anima mea humilitatis quā demonstrauit nobis super terraz apparens filius dei: sed situmesco: ⁊ extollo: super fratrē meū si fuero modicuz aut pulchrior: eo aut dignior: aut gloriosior: aut principatum officij cuiuscunq; habuero non intelligens diuinam vocem que dicit discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem animabus vestris: neq; sanctorum voces cogitans quoniam quidam terram: quidam cinerē quidā vero vermem ⁊ non hominē: quidā aut impeditioris aut tardioris lingue se nominabant: ⁊ quia Esaias quando deum videre meruit: vt capit homo: tunc immunda labia se habere pronunciauit. Quid enim non sim humilis. Nonne de luto factus sum vnde sunt et lateres. Nonne omnē quaz puto habere gloriam: vt flos feni marcessit. Dis ergo ⁊ huiusmodi verbis sapientissimus quasi de se dicens eum qui languorem inflationis ⁊ superbie habebat cauterio comburens prodebat. Intelligebat enim is qui vulnus habebat q̄ de eo patriarcha hec intimaret.

ꝙ supbiā et supbos ꝙ sideratio.

¶Sermo eius ad bumilitatis exemplum.

ET hoc frequenter ille a deo bonorat⁹ afferebat in mediū ad bumilitatis argumentū dicēs. Quod si cōsideraſſem⁹ et cogitaſſemus dei misericordiā ⁊ bonitatem nec in celos ſubleuarem⁹ oculos nostros: ſz ſemp in bumili babitu ac prudentia degerem⁹. Ut enim prꝛeteream qualiter non exiſtētes vt eſſemus produxit nos factor ⁊ peccato et inobedientia deceptos: iteruꝫ viuificauit ⁊ proprio ſanguine redemit a morte: ⁊ omnem terraꝫ ⁊ ipſum celum in obſequiuꝫ dominū ſubdidit: ſed ⁊ nunc qualiter peccātes non diſſipat: ſed longanimiter magis expectat immobilis illa natura ⁊ patiens ille oculus: ⁊ nobis plerūq; blaſphemantib⁹: ipſe cōſolatur ⁊ blanditur per miſerationem ſuam deſurſum pluuias ꝓpter vitam noſtram tribuens. Quātos malos operarios pgētes vt occidant aut furent regit vt non capiantur ⁊ puniant: quantos exiſtētes in pelago vt prędent obuiantes ſibi naues: ⁊ occidant qui in eis ſunt non permittit in profundum demergi: ſed imperat mari ne abſorbeat eos: expectans conuerſionem malicie ipſorum? Quanti peierant corpus ⁊ ſanguinem eius ſacroſanctum: et patitur et longanimiter agit: non reddēs eis hic aliquid difficile quantos in itinere latrocinantes nō tradit in cibuꝫ obuiantibus ſibi beſtijs: quantos euntes concaua terrarum ⁊ itineruꝫ ſeditiones operantes protegit: vt non conſumant⁹ a cuſtodientib⁹ canib⁹: vel etiam hominib⁹. Et me interdum aut cum meretrice recūbente aut cum his qui ſe inebriant: aut cum turpia loquentib⁹ conuerſante aut ſcelere quolibet⁹ ſeculi huius implicato: apis quidem circunfertur: ⁊ valles ⁊ alueos circuit querens colligere mihi fructū: vt dulce fiat mihi guttur quod feda et iniqua pronunciat: vna autem feſtinat per calorē maturari vt repleat os: ⁊ letificet cor: quod factorem ſuū prꝛeuaricatum eſt. Flores inuicē ſe ꝓoccupant vt delectēt oculos: qui fornicationibus ⁊ alienis mulierib⁹ ad luxuriam innuunt: ficus turbatur quatenus perueniat vt repleat manum per magnitudinez: ⁊ os per dulcedinem: qui tenet ⁊ baſiat alienam mulierem. Talia ergo inquit opera fratres agentes: et tales retributiones accipientes a benigno deo qualem debueramus babere prudentiam cōſiderantes nouiſſimam noſtraꝫ ⁊ borridā mortem. Multuꝫ enim de memoria mortis ⁊ exitu anime diſputabat ſemper ille beatus: ita vt frequenter quidam ad eū ſupbo ſcommate intrarēt: ⁊ ridentivultu ⁊ inconſidero oculo: ⁊ exirent bumili more ⁊ compuncta facie zlachrymantib⁹ oculis. Propter quod ⁊ dicebat. Quia ſ⁹ exiſtimo ego bumilis ſufficit ad ſalutem aſſidue ⁊ dolenter cogitare: ⁊ ſollicitudinez habere de morte: quoniam nemo nobis in bora illa compatietur. aut comitabitur ex vita iſta niſi opera bona noſtra. Et quomodo angelis venientibus ⁊ properantib⁹ turbatur tunc anima ſi inuenta nō fuerit bene ꝑparata. Quomodo roget vt addak ſibi modicum tēpus vite. Et audiet. Tēpus enim quod exiſti bene non conſumpſiſti. Et iterū dicebat talia de ſemetipſo. Quomodo bumilis Jobannes tranſire poteris beſtias arūdineti: quando obuiabunt tibi exactores. Ueb qualis timor ⁊ tremor obtinet animam tunc rationem ponentem: tātis exquiſitorib⁹ amaris ⁊ immiſericordib⁹. Et enim ſanctus iſte in memoria ſemper retinebat: q; ſancto Symeoni qui incolumis ſtetit per reuelationem factum eſt notum quia ſ⁹ ait exeunte anima e corpore obuiant ei cum aſcenderit a terra in celuꝫ chori demo-
3 num. ſinguli in proprio ordine. Obuiat ei chor⁹ demoniorum ſuperbie inueſtigat eam ſi habeat opera eorum. Obuiat ei chorus ſpirituum detractionis aſpiciunt ſi aliquando oblocuta ſit ⁊ penitentiā nō egerit. Obuiant iterum ſuperius demones formicationis. ſcrutantur ſi recognoſcant in ea voluptates ſuas. Et quando a terra uſq; ad celum miſera anima poſitura rōnem peruenerit ſeoſuꝫ ab ea ſancti angeli ſtabunt ⁊ non adiuuabunt eam niſi bonitates ſue. Hec conſiderans hic nobilis perterritus pro tali bora: ⁊ ſollicitus factus eſt ferēs in memoriam ſancti bylarionis eloquium: cum e vita egreſſurus eſſet formidauit: ⁊ dixit anime ſue: octoginta annos o bumilis anima habes ſeruiens chriſto: ⁊ times exire. Et: quia miſericors eſt deus. Et di-
3 cebat ſibi patriarcha. Si is qui octoginta āuos ſeruiuit chriſto ⁊ mortuos ſuſcitauit ⁊ ſigna fecit: timuit amaram illam boram. quid habes tu bumilis Jobannes dicere aut facere: quando obuiaue-rint in faciem tuam crudeles illi: ⁊ immiſericordes exactores ⁊ exquiſitores? Aut quantam poteris rationem reddere ad eos qui exquirunt de mendacio ad eos qui de detractione: ad eos qui de crudelitate: ad eos qui de auaricia: ad eos qui de memoria mali: ad eos qui de odio: ad eos qui exquirunt de periurio. Et dicebat. Deus in eis increpa: nam omnis fortitudo hominum eis reſiſtere non valet. Tu domine da nobis ductores ſanctos: angelos qui cuſtodiant ⁊ gubernent nos. Multa enim eſt contra nos eorum inſania: multus tremor: multus timor: multum periculum pelagi aeris: ⁊ mundi huius.

¶Si enim de ciuitate in ciuitatem ſuper terrā ambulantes deprecamur eos qui nobis ductores ſunt ne in ꝑcipitia cadamus: aut in agreſtium ferarū ꝓcas: aut in flumina infinita: aut inacceſſibiles ⁊ inuios montes: aut in latronum manus: aut in beremum incomprebenſibilem aut inaquoſam ⁊ pertransmus: quot ductoribus fortibus ⁊ diuinis cuſtodibus opus habemus: pergentes longa via bacterna videlicz que ex corpore eſt egreſſio: ⁊ ad celi aſcenſio? Hec ſunt ſapientia plene beati ad ſe et ad omnes doctrine: hec ſunt eius quotidiane cure ac meditationes.

¶Quid fecerit pro eis qui poſt euangelium lectum ſtationem deſerebant.

MUltam autem ⁊ de ſancta ſtatione curam babebat: ⁊ ſollicitudinez demonſtrabat. Una enim dierum: volēs multos reſecare: vt non egrederētur poſt ſolutionem ſancti euangelij de eccleſia: ⁊ ocioſis ſermonibus pro oratione vacarent: q̄d fecit. Reliquit mox poſtq̄ lectum eſt ſanctum euāgelium eccleſiam: ⁊ ipſe exijt ⁊ ſedit cum turba: omnibus vero obſtupentibus: dixit ad eos iuſtus. Filij vbi oues illic ⁊ paſtor. Aut intrate intro ⁊ ingrediar aut manete bic: ⁊ bic manebo. Ego ꝓptervos deſcendo in ſanctam eccleſiam: nam poteram facere mibimet miſſas i epiſcopio. Semel ergo ⁊ bis fecit hoc ipſuꝫ ſcema ille beatus: erudiuit in hoc plebem magnifice ⁊ emendauit: timebant enim ne iterum idipſum ſcema faceret eis ille ſemper memorandus.

¶Loqui in eccleſia non permittebat.

QUi autem in ſacrario omnino non permittebat: ſed in conſpectu omnium foras mittebat eum dicens: ¶Si quidem vt orares veniſti buc in hoc mentem tuam ⁊ os tuuꝫ vacare exopta. Si vero ꝓpter locutionem: ſcriptum eſt: domus dei domus orationis vocabitur: noli ergo eam facere ſpeluncam latronum.

¶Quod nec in monachica vita: nec in clero moratus eſt.

QUo autem erat admirabilius ſanctiſſimi huius patriarche: quoniaz nec monachicam vitam ducens: neq; in clero moratus in eccleſia: ſed ⁊ femine legitime dudum coniunctus: ita tenuit vigorem eccleſie ab ipſo initio quo patriarcha conſecratus eſt: ⁊ in talē ſublimitatem eraltatus eſt: vt multos beremitarū ⁊ in arcta vita degentium ſuperaret.

¶De hoc q̄ ſtatuit duos ordines monachoꝝ.

VOlens autem nec huius boni expers eſſe videlicet monachice vite connumerationis ſtudet rem talē. Congregans duos ordines monachorum: ſtatuit eis omnem vtilitatem ſuam: ⁊ faciens eis cellulas in duobus oratorijs ſancte dei genitricis ⁊ ſancti Jobannis: que ipſe a fundamentis edificauerat dicens de amātiſſimis monachis ita. Ego poſt deum vtilitatem corporalem veſtram procurabo: vos autem ſpiritualis babetote mee curam ſalutis. Veſpertina ⁊ nocturna vigilia mibi apud deum imputetur quicquid ꝙ in cellulis veſtris officij feceritis: ꝓ veſtris ſit animab⁹ Hoc autē fecit volens ſollicitiores efficere dei amicos monachos. Unde ⁊ permanſit deo talis grata conſtitutio ordinum: ⁊ ad ſimilitudinem monaſterij ex bis ciuitas pene viuit in diuerſis locis perigiles bymnodias: deo referentes.

¶De euitanda communione bereticorum.

ET hoc beatus iſte ita omnes docebat ⁊ conteſtabatur dicēs nullatenus aliquando bereticorum cōmunionis immo coinquinationis participemini ēt: ſi omni vita veſtra ex aliqua impulſiōe vel neceſſitate cōmunionē catbolice eccleſie nō inuenientes ſine cōmunione permanſeritis. Si enim ait vtorem corporalem legitime poſſidentes: ⁊ i regione aliqua longinqua abſq; illa tempore multo morantes relinquere banc ⁊ alij copulari a deo ⁊ legibus prohibemur: ſi vero hoc egerimus punimur. Quomodo putas deo per rectam fidem ⁊ catholicam eccleſiam coniuncti: qui ſ⁹ ait apoſtolus ſponſaui vos vni viro virginem caſtam exhibere xpō ⁊ ſanctam fidem adulterauimus per cōmunionez bereticoꝝ in futuro ſeculo tormenti quod expectat bereticus ſ⁹ rimus facti participes. Cōmunio enim ſ⁹ ait ideo dicitur eo q̄ cōmunē faciat ⁊ firmet communicantē quibus cōmunicat. Ne igitur queſo ait o filij buiuſmodi oratorijs applicetis.

¶De eo quod non condemnauit aliquem.

CUm omnib⁹ bonis ſuis ⁊ hoc beatus hic poſſidebat dico videlicet q̄ ſ⁹ dictum eſt non condemnaret proximum: nec condemnantes reciperet. Dicam vero eius ⁊ doctrinā de hoc omnibus proficuam. Juvenis q̄dam rapiēs monachā fugit cōſtantinopolim: hoc dicēs: iuſtus triſtis fact⁹ eſt vſq; ad mortē. Tēpore aliquo tranſacto: conſedente eo vna dieruꝫ in honorabili cimiliario cū quibuſdā clericis: ⁊ ſermonē aſe vtilē mouēte: venit in medium ⁊ memoria iuuenis: qui ancillā dei rapuerat: ⁊ ceperunt qui cum ſancto ꝓſedebant anatbematizare talem iuuenem tanq̄ q̄ duas aīas pdiderat: ſuā videlz ⁊ ſanctimonialis. Cōpeſcuit ergo ⁊ reſecauit eos beat⁹ dicēs. Ne ſic filij ne ſic: nā oſtēdā vobis: q: ⁊ vos duo peccata facitis: vnū q: trāſgredimini mandatū dicentis: nolite iudicare vt nō iudicemini. Deinde q: ne ſcitis certius ſi adbuc peccent ⁊ ſi nō peniteant.

¶Legi enim vitā patris aliquid tale bīnē: q: in ci exēplus ne Jn uitatem quādaz duo monachi abierunt in miniſte- diuersis alijs.
riū. Et cū tranſiret vnus ꝑ locū clamabat eivna fo-

nicaria:dicens. Salua me pater vt christus meretricem:ille vero hominum confusionem omnino nō curans:dixit ei. Sequere me. Et tenens eam p manus eius exijt publice de ciuitate omnibus aspicientibus. Facta ē ergo fama quia abbas accepit mulierem dñam porphiriam ſita enim vocabatur mulier.] Pergentibus ergo eis vt mitteret eas in monasterium inuenit mulier in vna ecclesia pueruz in terram proiectum:t sustulit eum vt nutriret illum. Itaq; post annum quidam venerunt in patriā vbi erat abbas t porphyria:que fuerat de meretricib' t videntes eam habere puerulum dicunt ei: veraciter bonum abbati pullum genuisti. Nondum enim sanctuz scema acceperat. Euntes ergo qui viderāt eam tyrum:inde enim abbas tulerat illaz diffamauerunt:quia genuit de abbate porphyria:t nos vidimus puerulum oculis nostris similantez ei. Quā do ergo cognouit ex deo abbas obitum suuz dicit dōne pelagie. Sic enim mutauit nomen eius quando tradidit ei sanctum scema. Eamus tyrum: quia habeo illic responsum:t volo vt venias mecum. Illa vero non valens contradicere ei secuta est eum: t venerunt ambo:habentes t puerum septez annorum existē tem secum. Cum ergo egrotasset abbas in infirmitate ad mortē:ascenderūt ad visitationē eius de ciuitate vsq; ad centum aias:t dicit. Afferprunas. Itaq; cum venisset thuribulum plenū prunis tulit t euacuauit eas in vestimentum suuz t dixit. Credite fratres. q; sicut deus rubum custodiuit incombustum ab igne: sicut nec banc tunicam meā incenderūt prune iste ita nec ego agnoui peccatum mulieris:ex quo natus sum. Et omnes mirati sunt:q; non ardebat vestimētum ab igne t glorificauerunt deum habentem occultos seruos. Ex occasione autem domne pelagie quondam meretricis alie fornicarie secute sunt eam abrenunciantes mundo cum ea pergentes in monasteriū eius. Seruus autem dei monachus:qui totonderat eā postq; satisfecit omnibus tradidit deo spiritum in pace Ideo[ſequit]dico vobis o filij:ne precipites ad cōdemnanda t iudicanda fitis aliena. Multoties enim peccatum fornicationis vidimus pniamvero eius quā fecit occulte non aspeximus. Sic est cum furtum facientē quendā videmus suspiria vero ei? t lachrymas quas producit deo nescimus. Et q̄dē habemus eū quasi furem aut fornicatorem aut piurum apud deuz vero fortitan recepta est occulta ei? penitentia t cōfessio:t est ab eo precios⁹. Omnes igitur admirabātur super doctrina industrij pastoris huius atq; magistri.

¶ De duobus clericis calciamenta facientibus.

Duobus clericis calciamenta faciētibus t iuxta se laborantibus vnus q̄ppe habebat filios multos:t vxorem t patrem t matrez ſ egacabat vero ecclesie sine intermissione t oēs post deuz arte alebat suā. Alter autem ꝑ uis doctior esset illo:eo q̄ non permaneret ecclesia:sed etiam dominicis diebus laboraret:nec seipsum tantum nutrire valebat. Inuidebat ergo iste vicino suo:t vna vice non sufferens inuidiaz dicit ei cuz ira. Unde diues factus es sic. Ego vacās plus arti mee q̄ tu in paupertatem deueni. Dicit vere ei alter volens facere cum vacare ecclesie. Inueni precium in terra:t inde paulatim diues fact⁹ suz sed si vis semper vocabo te t veni mecum:t quicq̄d inuenerimus accipies dimidium. Cum ergo acquiesceret ille t sequeretur eum euntem ad ecclesiaz sine intermissione benedixit ei deus:t ꝺiuitem fecit euz. Tunc dicit ei ille bonus consiliarius vidisti frater vnum mendacium ꝓpter deum quantum pfuit anime tue t substantie tue. Crede mihi inuenieba aliquando in terra[vt existimasti] gratia precij: is quoniam dixit dominus querite primo regnuz dei t bec omnia adijcientur vobis. Idcirco occasionē feci tantum vt deducerez te t ecce non fine cā laborasti:sed inuenisti t superinuenisti. Hoc igit dicens sanctus patriarcha:fecit illum bonum consiliariuz presbyterum tanq̄ dignum:erat enim lector.

¶ De vocatione eius ad dominum.

Quidem hactenus antememorat⁹ dei cultor mennas qui fuerat vice dominus sancte ecclesie alexandrinoruz magne ciuitatis enarrauit nobis. Dicentibus vero nobis in predictis in quoz capitulo:q̄ multa spirituali dilectione patriarcha t niceta patricius admuicem colligati essent: dignum indiciuz talis exbibitionis presens exhibit capituluz Quando permittēte deo pro peccatis nostris futurū erat vt traderetur alexandria fine deo persis:reminiscens bonus pastor dicentis:cum persecuti vos fuerint in ciuitate ista:fugite in aliaz fugam arripuit in propriam patriam:videlicet in cyprum in ciuitatem suam:vnde occasione accepta ꝑ fatus niceta patricius dicit ad sanctum. Obsecro si inueni gratiam ante te:ne dedigneris fatigari vsq; ad regiam ciuitatez t bene acceptas p̄ces tuas donare pijssimis imperatoribus. Ille vero multe si dei viro consentiens obediēs ad hoc factus ſē deo t voluntati eius:t ad se quantum bonorem datur⁹ erat circa beatum ostendere volens. Fatigata igit naui multipliciter a vi ventoꝝ in qua sanctus cū patricio erat t in profunduz pene iam mersa:videt sepe memoratus patricius t optimates t qui cū eo erāt:vna nocte in qua tempestas facta est patriarcham modo cum pauperibus per nauim vbiq; circuncurrentem:modo autem iterum cuz eis manus in celum extendentem:t ab alto adiutoriuz abstrabentem. Cunq; interdum peruenisset ad ascendentes: vidit expergefactus a deo vocatus hic quendam eunuchum chorusc antem forma: aureum sceptrum in dextra manu tenentem: assistentem sibi t

qualr̄ mortuꝰ ē bt̄g Johānes hclemn⁹ (mat⁹

dicentem. Veni iubeo rex regnantium querit te. nihil ergo statim negligens aduocat patricium niceta:t dicit ei cum multis lachrymis. Tu quidez o domine:ad terrenum imperatorem me vocasti: sed preueniens celestis ante vocauit supremum exiguitatem meam. Et retulit ei eunuchi:immo angeli visionez:que apparuerat sibi. Bauisus ergo t tristis factus idem gloriosissimus vir impedire sanctū nō potuit. Abunde vero sanctis eius repletus oratiōnibus:t imperatoribus bas deferens cū multo bonore redire ei in cyprum iussit.

¶ De testamento quod fecit beatus Johannes eleymonis.

Adueniente ergo in propriaz eo ciuitatem que amathunta vocabatur testamentum proprium scribere:cito ministris suis precepit. Velociter vero t sine dilatione chartam t chalamuz presentantibus:precepit sacrum illud eos scribere sic. Johannes seruus propter eam vero que superposita est mibi sacerdotij dignitatem:dei gratia liber. Gratias ago deus tibi. quoniam exaudisti me pro misera anima mea:rogantem bonitatem tuam ne inueniretur morienti mibi nisi vna tremissis. Inueniente enim me in honorabili episcopio sancte ecclesie alexandrinoruz magne ciuitatis quam per idulgentiam dei suscepi quando in ea consecratus sum circiter octoginta centenaria auri t que strauerūt mibi ab amicis christi pene numerum hominis trāscendunt in memet mentem colligens t cognoscēs hec omnia dominatoris omnium esse festinaui ea que dei erant deo dare. Unde t qō remansit mibi ꝺ tremisse dei t hoc existens iubeo dari bis qui sunt dei. O gloriosa res:o deuotionem sancti. Non intēdit sicut debuisset suis:quod patiuntur multi qui in diuitijs sunt:qui dei dona aut ex iniustitia collecta tanq̄ propria t tanq̄ si ea secum ferre possint: thesaurizant. t non large egenis prebent sed illa q̄rebat:que semper manent t aliquando non minuūtur. Unde sine mendacio repromissionibus non est fraudatus:qui asseuerat ex persona dei: quoniaz q̄ glorificauit me glorificabo. Vere enim magnifice glorificauit sanctum hunc qui in suis bonis glorificauit dominū semper. Non eīn ferens nobilis hic temporali vita sua conquiescere sancta t digna laude que egit:zenodochia gerontbochomia atq; monasteria a fundamentis edificans:t choros sanctorum monachoꝝ statuens incessabilem vere iusticie memoriam possidet:per ea que celebrantur i eis bona opera quod eniz de bis qui mala agunt:t successores proprioꝝ malorum post mortem in vita hac relinquunt ait diuinus Paulus apostol⁹:quoniam quoꝝdam peccata manifesta sunt precedētia ad iudicium:quosdam autem t subsequuntur. De quibus vnus t iste existit:t quoniam non fabulaneq; ad gratiam est quod dictum constat testimonium nobis perhibebat plane quod mox in pretiosa eius dormitione gestum est prodigium. Trasdente enim eo t commendante propriam animam in manu domini:vt ait alicubi sacra littera: iustoꝝ anime in manu dei sunt t banc ei vt sacrificium immaculatum offerente:cum condendum esset honorabile eius corpus honorifice t cum congruo sacerdotum ritu in quodam oratorio sancti miraculoruz factoris tyronis. fit quoddaz tale signuz glorioſuz Jacebant in quodam tumulo vbi t iustus hic reponendus erat:duoꝝm quoꝝdam episcopoꝝ qui ante eum dormierant sancta veraciter corpora: que t in natura examini interim degentia tanq̄ si viua essent reuera equalem sanctoꝝm bonorem tribuerunt. Cum enim beati corpus inter duos illos episcopos ponendum esset bonorantes summuz pastorem pastores t multam eius fiduciam apud deum reuerentes t mirantes simul dei iussionez:tanq̄ viua corpora sua separantes in medio sacrum hūc susceperunt:bonorem t ipsi ei preceptione dei sicut a deo bonorato offerentes:t omnibus statim ostendentes que a deo ei donata est:gloriam atq; sublimitatem. Quod maximum glorioſissimum miraculum non vnus neq; decem:neq; centum viderunt: sed omnis turba que conuenit ad precioſam eius sepulturam.

miraculū de ſcis corpib⁹ reꝺetibꝰ hūc hic primarche.

¶ De muliere que peccatum suū scriptum dedit beato Johanni.

Aliud aūt eius glorioſius quod quidē adhuc viuēs in carne cepit miraculuz ſ postq̄ migrauit ad deū opleuit sermo cōmemorare tētabat. Mulier q̄dā de ea que sanctū ꝓtulit ciuitate exiſtens cum audisset venisse arbodo:t angeluz ei ibidem apparuisse vocationem ad cōem domuz ei denunciasse:peccamen grauissimuz in se recognoscēs quod nec auditus dominum posset intrare affirmabat:fidem inambiguam sumens ad sanctuz cursim puenit:t pedes eius comprehendēs cū lachrymis multis clamat:t dicit secreto sācto:o ter beate:habeo miseraq̄ quod ad aures dominum venire nō potest:t scio q̄ si vis potes id mihi idulgere dixit eīn vobis presbyteris dominus:quoniaz quecunq̄ solueritis super terraz erunt soluta t in celis:t quecūq̄ ligaueritis super terram erunt ligata t in celis t quoꝝ remiseritis peccata remittuntur eis:t quoꝝ retinueritis retenta sunt. Hec verba audiens a muliere sanctus:t timens si petitionez eius refutaret noxium ei in tormentis fieret:duz posset liberari a ꝓprio peccato p fidem quam habebat in eum dixit ad eam humiliter. Si vtiq̄ credis o mulier deo q̄ per fidelitatē meā ignoscat tibi crimen quod dicis confitere mihi boc. que dixit. Non possum dñe dicere petīn hoc:neq; eīn pōt auditus hoium portare illud, Dicit ad eā iteruz sanctus. Et si erubescis

vade ⁊ scribe illud si nosti litteras ⁊ affer mihi. Illa iterum respondit. Vere domine non possum. Expectans ergo modicum sanctus tacēs dixit ei. Nō potes scribere ⁊ bullare ⁊ afferre mihi. Tunc dicit ei possum domine hoc facio. Rogo ergo bonozabili q̄ null⁹ homo solueret aut legeret eius pictatiū: abiens scripsit ꝓpria manu peccatū ⁊ bullās portauit beato. Suscipiens ergo sanctus pictatiuz: post quinq̄ dies ad dominuz ꝓfectus est: nemini aliq̄d de huiusmodi pictatio aut disponens aut indicās: mulier vero fortuita immo dispensatiōe dei nō exi stens in ciuitate die in qua trāslatus est in pace de seculo isto ad aliud patriarcha: volente ⁊ in hoc demonstrare deo quantam apud eum: vtpote ꝓpius famulus fiduciam possidebat. Sed post vnam diē reconditionis pretiosi eius lapsus aduenies cum audisset dormitionem eius amens ⁊ desipiens propemodum facta est existimans pictatiuz quod derat episcopo: relictum oībus faceret culpā eius manifestam. Cito ergo refiliens ⁊ priorem fidē suā indubitabilem super animaz resumēs: arcbā a deo bonozati apprehendit: ⁊ sicut viuenti ei veraciter: ita turbata perbibebat. Homo dei: tibi hoc peccatum non potui enumerare eo q̄ supra moduz existeret graue: ⁊ nunc omnibus factum est fortitan manifestum ⁊ cognitum vtinam non tibi rem meā manifestassem. Heu heu mihi putans confusionis ¦ab solutionem inuenire: confusio omnibus facta ¦sum pro medela blasphemiam recepi. Quid mihi ad te opus erat: causam anime mee patefacere. Tamen non deficiam neq̄ diffidaz neq̄ remouebo a tumulo lachrymas meas vsq̄ dum satisfactionem de petitione mea accepero: neq̄ enim mortuus es sancte dei sed viuis. Scriptum est enim: quia iusti in perpetuum viuent. Iterumq̄ eadem verba assumens dicebat. Nibil homo dei peto a te nisi vt certuz facias cor meum: quidnam de dato tibi pictatio fcm̄ fit. Deus ergo qui dixit ad chananeaz: fides tua te saluam fecit: ipse ⁊ me certaz de pictatio facere potest. Tribus diebus perseueras ad sepulchrū beati cibum aut potum omnino non gustans: tertia vero nocte dum rursum lachrymis eosdem duros ac fideles sermones beatissimo diceret: ecce egredit dei famulus de tumulo suo oculatim apparens cū duobus epis qui cum eo iacebant vno binc ⁊ altero inde ei assistentibus: ⁊ dixit ad eam. Usquequo mulier: bos qui bic sunt commoues ⁊ non dimittis eos quiescere. Iussu derunt enim stolas nostras lachrymę tue. Et bec dicens dat ei proprium pictatium bullatum dicens. Suscipe recognoscis boc solue aspice. Et in seipsam ex visione veniens vidit iterum sanctos ingredientes in proprium locum: ⁊ soluēs inuenit litteras suas deletas ⁊ subscriptionem sub eis babentes sic. Propter Jobannē seruū meum deletum est peccatuz tuum. Quis loquetu potentias domini: o amici ⁊ fratres quis ita misericors ⁊ amator dominum: faciens voluntatem timētium se ⁊ glorificans glorificantes se: ⁊ per miraculorum operationes magnificans eos. Non autem in loco solum in quo pretiosa eius dormitio facta ē gratia quam babuit apud deum manifesta est: sed vbicunq̄ longius claruit.

/appet post mortē mulieris sup pētz dimissū ē.

¶Quid Sauinus monachus de eius dormitione viderit.

Eadem enim die in qua ad deū ex hac vita beatus iste profectus est quidam eorum angelicam vitam ⁊ scema monachorum babens vir mirabilis: ⁊ industrius sauinus nomine: alexandrie babitans vidit quasi in excessu mentis factus diuinitus bonozabilem Jobannem ep̄m egredientem cū clero omni cereos portātem: ⁊ ad imperatorem eūtem tanq̄ eunucho quodam vt ipse dicebat sauini cubiculario bunc vocante: ⁊ postq̄ ianuaz exijt q̄ significat propriū corporis separationem: vnaz puellam vt solem suscipientem eum: ⁊ manu tenentem: ⁊ super caput coronam ex olee ramis circumamictā Hoc ergo agnouit sanctus sauinus migrationem patriarche ad dominū ipsa bora fuisse factā. Quaz propter adnotantes quidam mensem ⁊ diem: erat enim celebris sancti martyris menne. ⁊ quibusdaz venientibus de cypro: ⁊ percunctantes quidaz qui babitabant alexandrie de migratiōe sancti patriarche agnouerunt veram fuisse visionem: eo q̄ eadem bora fieret in qua obijt beatus: ⁊ maxime de exemplo puelle: que manu tenebat eum. Accepat enim repromissiones ab ea sanctus sicut in precedentibus verbis vite eius dixim⁹: quia si me posfides amicam: ego te ante imperatorem introducā Quod ⁊ reuera fecit.

¶Quid ⁊ babitator quidam alexandrie de ipso viderit.

DIcebant sancti seniores patres de quodā monacho iaz senioꝛe in scithie beremo cō manētez: quō seruus quoꝛundam erat: ⁊ per singulos: an nos descēdebat de beremo in alexandriā: vbi cōmanebant dñi eius deferens eis pensionē sicut solēt serui dare dominis suis. Sed domini ei⁹ magis reuerētiā p timoꝛe habentes circa eum: honoꝛabant occurrētes ⁊ salutantes eum. Petentesq̄ vt pro eis dominum exoꝛaret. Ille autem mittebat aquā in peluiz: ⁊ festinabat lauare pedes dñoꝛum suoꝛum cum omni humilitate obsequiuz eis cupiens exhibere. Ipsi vero nolebant acquiescere vt pedes eoꝛum ablueret sed dicebant ei. Non beatissime pater grauare animas nostras. At ille respondēs dicebat. ego seruus vester sum. Nam vos esse dominos meos ospotens deus constituit ⁊ gratias ago domino nostroꝛ: quia dignati estis me permittere vt seruiam deo viuo ⁊ vero creatoꝛi ac dñatoꝛi celi ⁊ terre: ⁊ iō dixistis vobis pensionem seruitutis mee. Domini aūt eius ꝓtendebant nolentes accipere quam detulerat pēsionem. Respondens aūt monachus dixit eis. Si noluerit⁹ accipere pensionem meaz ita decreui vt non reuertar in beremum: sed hic in presenti pmaneo. ⁊ seruio vobis. hec autem audientes dñi eius acquieuerunt suscipere pensionē ne contristaretur. sed magis reuerteretur ad loca beremi ad cellulaz suā. Illud autem qō in pensionē suam ēt nolentib⁹ dabat dñis suis: statim vt accipiebant pauperib⁹ erogabant. Interrogantes autem eundez senioꝛē fratres dixerunt ei. Obsecramus te pater vt dicas nobis cur cum tanta intentione pro seruitio tuo pēsionem etiam nolentibus ⁊ nimis resistentibus tibi dominis ingessisti? Ad hec respondēs senioꝛ dixit. Ego fratres ideo festino pro seruitio quod tanquā dominis meis debeo pensionez per singulos annos adimplere eis: vt quicquid iam cum adiutoꝛio domini in ieiunijs ⁊ oꝛationibus seu in sanctis vigilijs vel in omni opere spirituali christo domino adiuuante laboꝛauero hoc mihi in eterna vita ⁊ ad salutem anime mee proficiat: vt forsitan si pensionem pro seruitio meo minime intulero iam tot⁹ spiritalis laboꝛ meus ad illoꝛum mercedem proficiat: qui me permiserunt christo domino deseruire ⁊ spiritaliter conuersari. §.xvij.

ERant duo fratres scōm carnem quidem germani veruntamen vterq̄ in spiritali proposito monachi existētes. insidiabaturq̄ eis malignus dyabol⁹ vt quomodocūq̄ eos separaret abinuicē.

humilitas.

Quadaꝫ igitur die ad vesperam ꝓm consuetudinez ille iunio: frater accendens lucernam posuit super candelabrum. Faciente autē malicia demonuꝫ ruit candelabrum ⁊ extincta est lucerna. Per banc occasionē insidiabatur eis malignus diabolus vt inlitē eos incēderet. Surgensq; senio: cepit percutere cum furore fratrē suum. Ille vero prostratus in terram deprecabatur germanum suum dicēs. Magnanimus esto domine: ⁊ ego rursus accendo lucernam. Ergo quia non respondit ei turbulentum sermonē: statim malignus spiritus confessus recessit ab eis. Et ꝑgens ead ē nocte nunciauit principi demoniū dicēs. Quoniam propter humilitatē illi⁹ monachi qui prostratus in terra veniam postulabat de fratre suo, non ꝓualui in eis: videsq; deus humilitatē eius effudit sup eum gratiam suam: ⁊ ego sentio me valde torqueri: atq; cruciari: quoniam nō ꝓceualui separare eos a bonitatē. Hec aūt oīa verba audiens sacerdos idoloꝝ qui ibi cōmanebat: cōpūctus est in timore domini ⁊ amore iesu xp̄i. cōsideraꝫ esū ꝙ magna seductio ⁊ pditio animaꝝ est cultus idoloꝝ relinquēs oīa festināter ꝓcessit ad sanctos patres ad monasteriū: ⁊ retulit eis omma que ꝑ malicia demones inter se loquebant. Cumq; monitis salutaribus instruissent eum sancti patres de doctrina salutari baptizatus est ⁊ sancti ꝓpositi monachoꝝ vitaꝫ arripuit. ⁊ adiuuāte ⁊ cooperāte gratia dei: factus est probatissimus monachus tātūq; veneratus est ⁊ tenuit virtutē humilitatis vt oēs in miam humilitatē eius admirarētur. Dicebat enim quoniā oēm virtutē aduersarioꝝ nostroꝝ demonuꝫ soluit humilitatis intētio. Denicq; ⁊ dñs noster Jesus xp̄s ꝑ humilitatē triumphauit diabolū ⁊ omnē eius virtutē cōtriuit. Addebat etiam dicēs quoniā frequēter audisset demones inter se loquentes: quia quādo ad iracundiam succēdimus corda hominū si quis sustinuerit patienter conuitia iniuriaꝝ ⁊ conuersus magis rogauerit ea que ad pacem sunt dicēs: quia ego peccaui statiꝫ sentimus omnē nostram virtutē marcescere: q; approximāt eis gratie diuine potētie. §.xxiij.

patientia.

Referebat autem beatus senio: Poemē fratribus dicēs. Quoniam fuit quidam nuper monachus in Constantinopoli temporibus Theodosij iimperatoris: habitabat autē in parua cella foris ciuitatē prope prascium qui vocatur in septimo vbi solēt imperatores egressi de ciuitate libēter degere. Audiens autē imperator ꝙ ibi eēt quidaꝫ monachus solitarius: qui nunq; egrediebatur d cella: cepit deambulando pergere ad eum locum: vbi erat supradictus monachus: precepitq; sequētib⁹ se eunuchis: vt nullus approximaret ad cellulam monachi illi⁹. Ipse aūt solus perrexit pulsauitq; ostium. Surrexit autē monachus ⁊ aperuit ei ⁊ nō cognouit eum ꝙ esset imperator. Tulerat enim sibi coronam de capite suo vt non cognosceret. Post orationem autē sederunt pariter. Et interrogauit eum imperator dicēs. Quomodo sancti patres degunt in egypto? Respondensq; monachus ait. Omnes exorant deum ꝓ salute sua. Aspiciebat autē imperator intente cellulam ipsam: ⁊ nihil in ea vidit nisi paucos panes siccos in sporta pendentes ⁊ dixit ei. Da mihi benedictionē abba vt reficiam⁹. Statimq; festinauit monachus: ⁊ misit aquam ⁊ sal: ⁊ misit buccellas: ⁊ comederunt pariter. Porrexitq; ei calicem aque ⁊ bibit. Tunc Theodosius imperator dixit. Scis quis ego sum? Respondēs monachus dixit. Nescio quis sis domine. Dixit ei. Ego sum Theodosius imperator: ⁊ ob deuotionem veni huc. Hoc cum audisset monachus ꝓstrauit se ante illum. At ille dixit ei. Beati estis vos monachi qui securi ac liberi de negocijs seculi: tranquilla ⁊ quieta perfrutimini vita: ⁊ solum modo de salute animarum vestrarum habetis sollicitudinem: quomodo ad vitam eternam: ⁊ ad celestia nobis vobisq; promissa premia quenire possitis. In veritate enim dico tibi quia certe in palatio natus sum ⁊ nunc in regno dego: ⁊ nunq; fine sollicitudine cibum capio. Post hec autē valde honorifice salutauit eum imperator: ⁊ ita egressus est ab eo. Eadem autem nocte cepit intra se cogitare famulus dei dicens. Quoniam non oportet iā me in hoc loco esse. Multi enim non solum de populo: sed etiam de palatio ⁊ de senatorib⁹ ꝙ plurimi exēplum imperatoris secuti ad videndum me venturi sunt ⁊ honorem mihi tanq; seruo dei deferēdo nō cessabunt. Et illi quidem hec propter nomen domini facturi sunt: Ego autem timeo ne forte diabolus malignus mihi meritum surripiat ⁊ libenter incipiam eos suscipere ⁊ condelectetur cor meū laudes ⁊ honores eorum: ⁊ per hec iam incipiam virtutem humilitatis perdere ⁊ laudes atq; honores hominum delectari. Hec igitur omnia ꝑhomo dei secum cogitans eadem nocte fugit inde ⁊ perrexit in egyptum ad sanctos patres in heremo. Ita q; consideremus dilectissimi fratres quanta sollicitudine virtutem humilitatis custodire famulus dei studuit: vt in celesti regno eternam gloriam ꝓ labore sancte vite sue: quem ꝓpter nomen domini exercuerat: percipere a christo domino mereretur. §.xxij.

De hoc autem ipso sancto Poemen: referebāt alij sancti senio:es dicentes. Quia quodam tempore cum aduenissent iudex ꝓuincie: audiensq; sanctam opinionez beati Poemenis: desiderabant videre eum: misitq; nuncium ad deprecandū vt susciperet eum. Beatus aūt Poemē contristat⁹ est valde cogitans apud semetipsum: quia si ceperint psone nobiles venire ad salutandū ⁊ honorandū me manifestum est: q; ⁊ alij multi etiam populares homines frequentabunt me: ⁊ necesse est ꝓ hoc vt ꝑturbet secreta vite mee ꝙuersatio: ⁊ humilitatis gratiā quā cū labore tāto auxilio dño a iuuētute mea studui custodire forsitan suscipiente ma

patientia

ligno diabolo perdam: ⁊ vane glorie incurram laqueos: hec ergo apud semetipsum ꝓtractans: definiuit quatenus excusaret ⁊ non susciperet iudicē. Contristatus aūt iudex q; non eum suscepisset: ait ad officium suuꝫ. Quoniā non merui videre boiem dei peccatis meis imputo. Verūtamē nimis desiderauit per quācunq; occasionē videre sanctum virum. Excogitauit ergo huiusce modi causaꝫ: que occasionē ei ꝓberet videndi eu⁹. Comprehendens enim filium sororis. B. Poemenis: misit in carcerē vt per istam occasionem aut susciperet iudicē: aut certe ipse veniret ad rogandum iudicē. Dixitq; ad officium suum vt non contristetur sanctus senio:: mādate ei si voluerit venire ad me: necesse est vt statim educamus eum de carcere. Talis enim est cā eius que non possit impune, transire. Audiens autē hec mater inuenis id est soro: sancti Poemenis: abijt in heremum vbi erat frater suus: stabatq; ad ostium cellule eius cum multo fletu ⁊ vlulatu: rogans eum vt descenderet ad iudicem: ⁊ rogaret ꝑ filio suo. Beatus autem Poemen non solum ad eam nihil dixit: sed nec ostium ei aperuit vt ingrederetur ad eam. Tunc cepit illa maledicere eiſac dicere. Durissime ⁊ impissime ⁊ ferrea viscera gerens: quomodo te tantus dolo: fletus mei non flectit ad misericordiam: quoniam vnicum ipsum filium habeo quem in periculo mortis video constitutum. Tunc senio: mandauit ei ꝑ fratrem qui ei ministrabat dicens. Vade dic ei. Poemen filios non genuit: ⁊ ideo non dolet. Hec audiēs iudex dixit amicis suis. Scribite ad eum vt vel epistolam precatoriam faciat ad me: quatenus possim eū dimittere. Tunc tanq; plurimis suadētibus: sanctus senio: scripsit ad iudicem dicēs. Jubeat nobilitas tua diligēter requirere causam illius: ⁊ si quid dignū morte admisit moriatur: quater⁹ in hoc ꝑsenti seculo exoluat crimē peccati sui vt euadat eternas ac perpetue gehēne penas. Si autē nihil dignum morte commisit: quod iustum videtur legibus: ita iube discernere. §.xx.

Erat etiam de magnis patribus quidam senio: nomine Agathon: nominatissimus in virtute humilitatis ⁊ patiētie. Quodam autē tēpore preterunt ad visitandum eu⁹ fratres. Audictes enim de eo ꝙ magnam humilitatē habuerit voluntatis ꝓbare si vere humilitatis patiētiam possideret: dixerunt ei. Multi scandalizātur in te pater: q; nimis vitio superbie tenearis: ⁊ ideo alios despicias ⁊ pro nihilo eos habeas: sed ⁊ detractiones aduersus fratres non cessēs loqui. Affirmant etiaꝫ ꝑplurimi ꝙ hec ideo agas: q; fornicationis vitio tenearis ⁊ ne solus videaris errare: idcirco alijs nō cessēs detrahere. Ad hec respondens Senio: ait. Hec omnia que dixistis vitia in me esse cognosco: nec possum negare tātas iniquitates meas. Procidensq; pronus in terram adorabat eos: dicēs fratres dicēs. Deprecor vos fratres: vt intētius pro me mi

patientia et humilitas.

sero: ⁊ multis peccatis obnoxio xp̄m dñm exorare nō cessetis: vt indulgētiā tribuat iniquitatib⁹ meis multis ac malis. Ad hec supradicti frēs addentes dixerūt ei. Non te lateat etiā hoc q; hereticū te esse ꝙplurimi affirmāt. Hoc a ī cū audisset senio: dixit eis. Licet in alijs multis pctis obnoxius sim ab sit hoc ab aīa mea. Tūc oēs qui ad eū venerāt ꝓstrauerunt se in terrā ad pedes eius: obsecrātes eu⁹ ac dicētes. Precamur te abba vt dicas nobis cur tanta vitia ⁊ pcta dicētibus nobis de te in nullo cōmotus es: de verbo aūt heretici valde te cōmouisti: ⁊ abhominat⁹ es: nec sufferre potuisti auditu⁹? Dixit eis senio:. Illas priores culpas ac pctā ꝓpter humilitatē sustinui: vt peccatorē me esse crederetis. Nouimus enī si custodia humilitatis virtus: magnus fructus est aie. Nā dñs ⁊ saluato: noster iesus xp̄s cū ei iudei multas cōtumelias ⁊ nequitia irrogassent patiēter cuncta tolerauit: vt nobis humilitatis ꝓberet exēpla. Immissi enī falsi testes multa aduersus eum falsa dixerūt ⁊ vsq; ad mortē cuncta sustinuit. Ita enim ⁊ apls Petrus ꝓdicabat dicēs. Xp̄s passus est ꝓ nobis: vobis relinquēs exemplu⁹ vt sequamini vestigia eius. Oportet igit vt patienter cū humilitate cuncta aduersa sustineamus. Sermonē aūt quem obiecistis de heresi non potui sustinere: quia heresis separatio est a deo. Hereticus enim separatur a deo viuo ⁊ vero: ⁊ cōiungit diabolo ⁊ angelis eius. Alienatus enim a christo non b⁹ deus quē exoret ꝓ peccatis suis: q; ex omni parte perijt. Si aūt conuersus fuerit ad verā catholicaꝫ sancte ecclesie fidē: suscipitur a bono ⁊ pio saluatore nostro christo: ⁊ reconiungitur deo vero creatori ⁊ saluatori nostro xp̄o. §.xxj.

Consilio inter se habuerūt seniores patres ⁊ oēs monachi habitātes in heremo scitbie: ⁊ psenserūt vt pater isaac p̄sbyter eis ordinaret ecclesia q; in heremo sita est: vbi puenit die ⁊ boza statuta multitudo monachoꝝ qui in illa heremo puer sanct. Audiēs aūt supradictus abbas huiusce modi p̄silio fugit in egyptū: ⁊ absconditse in quodā agro inter fructecta arbitrās indignū se esse honore p̄sbiterij: ꝙplurimi autē fratrū sequebant⁹ vt cōpresbiterē eū. Cuꝫ autē applicuissent ad vesperam in eodē agro: vt reficerēt fatigati de itinere: erat enim nox dimiserunt asellum qui eis sumptus portabat in itinere vt pasceretur. Cum autē pasceret asellus puenit in locū vbi supradictus abbas Isaac latitabat. Cūq; illuxisset dies requirētes monachi asellū puenerunt ad cundē locum vbi se senio: occultauerat: ⁊ admirātes valde dispēsationē diuinā comprehēdētes ligare ⁊ cōstringere eum voluerunt et ita perducere. Venerabilis aūt senio: non permisit dicēs. Jam non possum contradicere vobis: quia forsitan voluntas dei est: vt licet indignus suscipiā ordinē p̄sbyterij. §.xxij.

Erant autem duo fratres monachi pariter in cella cōmorantes quoꝝ humilitatē ⁊ pa

humilis fuit ne ꝑsbiter ordinaretur.

hereticū q̄ reno sustinuit.

tientiam multi etiam de sanctis patribus collaudabant. Audiēs vero quidā sanctus vir voluit probare si verā pfectamq; humilitatē haberēt venit ergo ad visitandū eos. Cūq; cū gaudio suscepissent eū & ex more cōplessent oones: egressus foris cellulāvidit paruū ortus: vbi sibi holera faciebāt. Apprehensoq; baculo cū toto impetu cepit oīa olera cedēdo ꝓfringere: ita vt nihil oīno remaneret. Uidētes autē supradicti fratres nihil penit⁹ dixerūt: sz nec vultū tristē aut turbatū habētes. Et rursus ingressi cellulaz vesperti nas orationes complētes adorantes eū dixerunt. Si precipis pater ibimus vt cum qui remansit caulem coquētes gustemus quia iā hora est vt cibum sumamus. Tūc senior adorauit eos dicēs. Gratias ago deo meo q; video spiritū sanctum requiescere in vobis: & iō bonos vos ac moneo fratres charissimi vt vsq; i finē custodiatis sancte humilitatis & patiētie virtutē: vt ipsa in regno celesti vos magnos & sublimes in cōspectu domini faciat apparere. ℣.xxiij.

QUidam in cenobio iam senex & probatissimus monachus: & incurrit grauissimam egritudinem confectusq; nimia & intolerabili infirmitate p longum tempus laborabat in doloribus multis nec imenire poterant fratres: qualiter succurrerent egritudini eius: quoniam ea que necessaria erant egritudini eius nō habebanť in monasterio. Audiēs aūt quedā famula dei de afflictione infirmitatis eius: deprecabatur patrez monasterij vt eum ad cellulam suā tolleret & ministraret ei: maxime aūt q; facilius inuenire posset in ciuitate q̄ necessaria egritudini eius videbanť. Precepit ergo pater monasterij vt portarēt eū fratres ad cellulaz famule dei. Ipsa vero cū omni veneratiōe suscipiēs eam ꝓpter nomē domini ministrabat ei p retributione mercedis eterne quā credebat a xp̄o saluatore nostro recipere. Cūq; per tres & amplius annos sedule obsequeretur famulo dei ceperūt boues mēte corrupti: ꝑm scabiem mentis sue suspicari q̄ non sinceram haberet senior sciētiā de virgine q̄ ministrabat ei. Audiens autem hec senior exorabat diuinitatē xp̄i dicēs. Tu domine deus noster q̄ solus nosti omnia: & vides q; multi sunt dolores egritudinis & miserie mee & afflictiones tante infirmitatis que me ita p tanta ꝓsumit tpa vt necessariuz habeā obsequiuz huius famule tue que mihi ꝓpter nomē tuū ministrat. Tribue ei domine deus me⁹ cōdignā mercedē in vita eterna sicut dignatus es ꝓmittere ꝓpter bonitatē tuā bis qui ꝓpter nomē tuū exhibent egenis & infirmis suum ministeriū. Cum autē appropinquasset transitus eius cōuenerūt ad eum q̄plurimi sancti seniores fratres d̄ monasterio. Et dixit eis senior. Obsecro vos domini & pres & fratres vt cum defunctus fuero tollatis baculū meuz & plantetis eum sup sepulchrū meū: & cū radices fecerit miseritq; fructū: tunc scietis q; munda est conscientia mea a famula dei que mihi ministrabat. Si autem non fronduerit scitote quia non sum mūdus ab ea. Cum ergo vir dei exisset de corpore ꝑm preceptum eius sancti patres plantauerunt baculum eius sup sepulchrū ipsius & fronduit accedēteq; tē poreptulit fructū. Et admirati sunt oēs glorificantes deū. Ad tale eīm miraculū etiā devicinis regionibus multi conuenientes magnificabāt gratiā saluatoris: naz & nos ipsaz arbuscula vidimus & benedixim⁹ dn̄m qui ꝓtegit in oībus in finceritate et veritate sibi seruientes. ℣.xxiij.

QUodaz tpe ad beatū abbatē apolo duxerūt quēdaz vexatū qui fortiter a demonio torquebaťq; cūq; p triduū obseruarēt qui cum eo venerant obsecrantes senē vt eum in nomine christi fusis ad deum ꝓcibus curaret. Respondens senior dixit eis nō esse se huius meriti: vt demonibus imperaret. cum autē persisterent qui venerant rogantes eū & flentes nimis deprecantes: tan dē acquieuit: cum autem in nomine domini saluatoris nostri imperaret demoni dicēs. Exi immunde spiritus de plasmate dei. Tunc respondēs demō dixit ei. Ego quidē imperante virtute christi egredior: tamē interrogabo te sermonē vt dicas mihi. Quid ē quod scriptū est in euāgelio: qui sunt bedi & q̄ sunt oues? Respondēs autē senior dixit ei bedi quidē iniusti sunt inter quos & ego sum peccator: qui multis peccatis obnoxius sum: oues autē deus nouit q̄ sunt. Tunc exclamauit demon voce magna dicens: propter humilitatem tuam stare omnino non possum & statim egressus est de hoc homine: quem obsederat. videntes autem omnes qui astabant dederūt gloriam deo. ℣.xxv.

REferebāt sancti seniores nobis dicentes: ꝙ fuit quidā monachus in heremo scitbie. Uenit autē ad visitādos sanctos patres in loco qui dr̄ cellia: vbi multitudo monachoz diuisis habitat cellulis. Cūq; nō inueniret ad ꝓsens cellulāvbi posset manere quidā de seniorib⁹ babēs aliā vacātē cellulā dedit ei dicēs. Interim repausa in hac cellula donec inuenias vbi possis manere. Cūq; ad visitādū eus cōuenirēt q̄plurimi fratres desiderātes ab eo audire verbū salutis eterne babebat cū spūalē gratiam docēdi verbū dei. Uidēs ille senior qui ei ad habitandum prestiterat cellaz inuidie liuore: eius vulneratū est & indignari cepit ac dicere. Q̄m ego tantis temporibus in hoc loco habito & ad me non veniunt fratres nisi rarissime & hoc in dieb⁹ festis: & ecce ad istum impostorē pene quotidie fratres q̄plurimi vadunt. Dixitq; discipulo suo. Uade & dic ei: vt egrediatur de cellula illa. quoniam necessaria mihi est. Cū autē prexisset discipulus ei⁹ ad illum fratrē dixit ei. Mandauit abbas meus sanctitati tue. Jube mihi mādare q̄liter habeas. Audiui enim te infirmari. Ipse vero mandauit ei dicēs. Ora pro me domine pater: quia valde stomacho doleo. Reuersus autē discipulus dixit abbati suo. Nimis rogat sanctitatē tuam: vt vel duos dies in

beas ei indutias dare vt possit ei aliam cellā paruidere. Transactis autē tribus diebus iterum misit discipulum suū dicēs. Uade dic ei vt egrediatur d̄ cellula mea. Nam si rursus distulerit: dices ad eum. Quia continuo venio & cū baculo cedendo expello eū de cella mea. Pergēs aūt discipulus ad supradictū fratrē dixit ei. Quoniam valde sollicitus est abbas meus de infirmitate tua ideo misit me requirens si melius habeas. At ille hec audiens dixit. gratias ago dñe sancte charitati tue: q̄ sollicit⁹ es de me: verūtamē precibus tuis melius habeo. Reuersus autem discipulus dixit abbati suo. Etiaz & nunc deprecatur sanctitatē tuā dicēs vt vsq; ad diē dominicū expectes & statim egredieť. Cum aūt ad uenisset dominicus dies & nō egrederet accipiens vectē senior inflāmatus inuidie & iracūdie spū pergebat vsq; dendo expelleret eum de cella sua. Accedēs aūt discipulus eius dixit ei. Si iubes pater ꝓcedo te & video ne forsitan aliqui fratres ad salutandum eum venerint: & si viderint te scandalizentur. Precessit ergo discipulus & ingressus ad eum dixit. Ecce abbas meus venit ad salutandum te egredere ergo celerius & cum gratiarum actione occurre ei quia pro nimia charitate & dilectione venit ad te. Qui statim surgens cum nimia alacritate occurrit. Cumq; vidisset eum anteq̄ approximaret ad eum prostrauit se pronus in terraz. Adorabatq; senem cuz gratiarū actione dicēs. Retribuat tibi dominus charissime pater bona eterna p cellula tua quam mihi propter nomē eius prestitisti: & in celesti hierusalē inter sanctos suos christus dominus ꝑparet tibi mansionē. Hec aūt audiēs senior: compunctus est corde: & proiciēs baculum recurrit in amplexus eius & osculatus est eum: & inuitauit illū ad cellulam suaz: vt pariter cū gratiarū actione: sumerēt cibum. Uocauit aūt senior suprameroratus discipulum suuz: & interrogauit euz dicēs. Dic mihi fili si dixisti verba isti fratri: q̄ propter cellulā mandauit vt diceres ei. Tunc discipulus eius confessus est ei dicēs. Uere domine dico: q; propter humilitatē quam tibi exhibere debeo tanq̄ patri & domino ideo non audebaz rñdere tibi quādo me mittebas ad euz. Uerūtamē nihil eorum dixi ei que mādabas ad euz. Hec audiēs Senior: statim prostrauit se ad pedes eius dicēs. Ex hodierna die tu meus pater es: & ego discipulus tuus: quoniam te festinante & moderante: ac cū timore dei agēte: & meam & illius fratris animā de peccati laqueo christus dominus liberauit. Pro fide eīm & sancta sollicitudine & intētione discipuli: qui pfecte in charitate xp̄i diligebat abbatē suum. & antie timebat ne p inuidie & iracūdie vitiū aliquid tale ageret pater suus spiritalis & ꝺderet omnes labores sanctos: quos ab infantili etate in xp̄i seruitio p vite eterne p̄mijs laborauerat. Ideoq; dominus donauit gratiaz suā vt in pace xp̄i pariter letarenť. ℣.xxvj

DIcebant sancti seniores de discipulo abbatis Pauli nomine Jobannes: quoniam magnaz haberet humilitatem: & virtutem obedientie: vt etiaz difficiles causas: imperante ei abbate in nullo contradiceret: sed nec leuiter in aliquo murmuraret. Cum enim necessarium esset in monasterij vtensilibus fimus boum: misit eum abbas in proximo vt requireret ibi fimum boum & cum celeritate afferret ad monasterium. Erat autē in loco illo mala bestia leena. Gratim ergo egressus discipulus eius Jobannes ibat ꝑm preceptuz abbatis. Cumq; peregeret: dixit abbati suo. Domine pater audiui q̄ plurimos dicentes: quia in illo loco mala bestia leena sit. Tunc senior quasi ioculariter dicit ei. Si venerit super te tene & alliga eam: & adduces eam tecum. Cum autē venisset ad locum iam vespere: statim egressa leena irruit super eum. Et ille comprehendens tenere eam voluit: illa vero excutiēs se de manibus eius aufugit. Sequebatur autem ille dicens. Quia abbas meus precepit: vt alligatam ꝓducam te ad eum. Continuo autē stetit bestia: & tenēs eam reuertebatur ad monasterium. Dum autē retardaret in itinere: abbas nimis sollicitus ꝓ eo tristabatur grauiter. Et ecce subito superuenit discipulus eius tenēs ligatam leenam. Quod cum vidisset Senior admiratus valde: gratias agebat saluatori nostro domino. Dicit autez discipulus eius. Ecce domine sicut precepisti adduxi leenam ligatam. Uolēs autem humiliare sensum eius senior: ne extolleret se in cogitationibus suis discipulus suus ait ei. Sicut tu insensibilis es: ita etiam & istam insensibilem bestiam adduxisti: solue ergo & dimitte eam vt pergat ad locū suum. ℣.xxvij.

QUidam de sanctis seniorib⁹ misit discipulum suum ad hauriendam aquam & longius erat puteus a cella seniorꝭ. Oblitus est autem secum tollere funem discipulus eius: quo hauriret aquam. Cumq; peruenisset ad puteum contristatus est valde: quia longe erat cellula eoruz. Quid ageret: quo se verteret nescibat. Dubitabat enim ad cellulam sine aqua reuerti. Tunc antius nimis prostrauit se in orationem cum lachrymis dicēs. Domine miserere mei ꝑm magnam misericordiaz tuā: qui fecisti celuz & terrā mare & omnia que in eis sunt: qui fecisti mirabilia magna solus. m serere mei propter seruū tuū qui misit me. Et cū exuiretisset ab oratione exclamauit dicēs. O puastrēdit aqua tee seruus christi abbas meus misit me: vt hauriaz puteaquam. Statim aūt ascendit aqua sursum vsq; ad os putei. Et cuz implesset lagenam suam frater abscessit glorificās potētiam domini saluatoris aqua aūt reuersa est in locum suuz. ℣.xxviij.

HUit quidam frater in monasterio nomine Eulalius nimis gratia humilitatis ornatus. Si quid igitur: vt solet: culpabile admisissent fratres negligentiores: excusantes semetipsos supradictum fratrem asserebant culpabilem

humilitas et patientia.

a barnby fro detes vidit

humilitas

leena ligat de rus obediēs et humilis.

puteus.

humilitas.

Cunq; argueretur a sentoribus fratribus non negabat: sed prosternebat se in terram: & adorans eos se dicebat peccasse & negligenter fecisse. Cum autem iterum ac frequenter accusarent eum: & pm regulam monasticaz biduana ac triduana ei ieiunia indicerentur ille omnia patiēter tolerabat. Ignorantes autem fratres: quia hec omnia pro humilitate patienter sustineret: conueniētes pariter & maxime seniores fratres ad patrem monasterij dixerunt. Considera pater quid faciendum sit. Quandiu enim possumus sustinere negligentias & damna que frater ille Eulalius facit in monasterio? Jam pene omnia vasa & vtensilia monasterij confracta sunt & exterminata per negligentiam eius. Quomodo ergo iste talis tolerandus est? Respondens pater monasterij ait. Interim paucos dies sustineamus fratres & postea ordinabm de eo quod cōpetit fieri. Hec dicens dimisit fratres. Ingressus vero cellulaz prostrauit se in orationibus obsecrās misericordiam domini: vt ei manifestare dignaret quid ordinare aut definire posset de sepe dicto fratre. Tunc reuelatum est ei quid ageret. Conuocauit ergo omnes fratres abbas: dixitq; eis. Credite mihi fratres: quia magis opto mattulam fratris Eulalij cum bumilitate & patientia eius: quaz omnia opera eorum duntaxat qui murmurantes in cordibus suis operantur in monasterio: vt autem ostendat vobis dominus quale meritum habet ipse idem frater apud deum precipio vobis vt deferā tur mihi mattule omnium fratrum. Quas cum detulissent iussit: vt accenderent ignem. Et misit in eum omnium fratrum mattulas. Que statim combuste sunt: preter mattulam fratris Eulalij: que integra reperta est: & non est combusta. Cunq; hoc vidissent fratres timuerunt valde & prostrauerunt se in terram veniam & indulgentiam a christo domino postulantes & collaudantes admirabantur nimiam patientiam fratris Eulalij. Denicq; ex eo honorabant & magnificabant eum tanq; vnum de magnis patribus: istos autem honores & laudes non poterat sustinere frater Eulalius dicens Veb mihi infelici: quia perdidi bumilitatem meam quaz per tanta tempora christo auriliante acquisiui: & nocte egressus de monasterio fugiam in beremus. Ubi nullus enm agnouit: & ibi in spelunca habitauit. Noluit enim temporales bominuz laudes: sed celestē eternamq; gloriam a saluatore nostro in futuro seculo percipere. ℣.xxix.

Beati abbatis anastbasij laudabilem virtutē patientie oportet vt cognoscatis quatenus admirabilem magnanimitatem & tranquillitatem anime eius considerantes imitemur exemplū. Dic itaq; Anastbasius babebat codicem in pergamenis valde optimis scriptum qui decem & octo valebat solidis. Totum enim vetus & nouum testamentum continebat. Cum autem quidam frater venisset ad eum visendi gratia vidit in cellula eius codicem ipsum & concupiuit: furatusq; est eum & abiit. Supramemoratus autem abbas Anastbasius cū requisisset eadem die ad legendum codicem suum & non inuenisset intellexit quia frater ille furatus esset eum. Et noluit mittere post ipsum: nec requirere eum: ne post furtum etiam periuria adderent. Descendens autem frater ille in eam que in proximo erat ciuitatem voluit distrabere codicem illum. Petebat autem in precio eius solidos sedecim. Dicit ei ille qui eum emere volebat. Da mibi codicem vt possim probare: si valet solidos sedecim. Dedit ergo ei codicem. Statim autem frater ille cum ipso codice perrexit ad sanctum Anastbasium: & rogabat eum dicens. Jube considerare pater codicem istum: & estimare eum si valeat solidos sedecim: quoniam tanto precio petit qui distrabit illum. Dixit autez abbas Anastbasius: quia bonus est codex & valet tanto precio. Reuersus autem qui eum emere volebat dixit distrabenti. Ecce accipe precium: quia ostendi codicem abbati Anastbasio: & dixit mibi: quia bonus est codex & valet tantum. Interroganit autem frater ille si nibil beatus Anastbasius dixit aliud. Qui respondens ille ait. Credite mihi quia penitus nibil mihi aliud dixit. Hec cum audisset frater ille: dixit ei. Quia iam recogitaui frater: & nolo distrabere codicem meum. Compunctus est corde festinanter perrexit ad abbatez Anastbasiū & prostrauit se in terram ad pedes eius: & precabatur cum fletu & lachrymis penitendo: vt susciperet codicem suum. Sed non acquiescebat ei abbas dicens. Vade cum pace frater. Ecce iam cum voluntate mea babe ipsum codicem. Ille autē perstiebat cum lachrymis petendo eum dicens. Quia si nō susceperis codicem pater: nullo modo requiescet anima mea post boc ille recepit codicem suum. Nam frater ille permansit apud beatum Anastbasiuz in cellula eius vsq; ad extremum vite sue. ℣.xxx.

Erat quidam beremita prior nomine de antiquis patribus: quem beatus Antbonius adolescentem in sancto proposito monachorum instruxit. Demoratus est autem apud beatuz Antbonium annos paucos. Cunq; viginti & quinq; anos eratis baberet: abiit ad alium secretum beremi locuz: vt solitarius babitaret: boc etiaz volente & consentiente beato Antbonio. Dixitq; ei sanctus Antbonius. Vade prior & babita vbi volueris: & cum tibi per aliquam rōnab il ē occasionem reuelauerit deus venies ad me. Cum autem peruenisset bic ipse prior ad locum qui situs est inter nitriam & beremum scitbie: effodit puteum cogitans apud semet ipsum: qm̄ qualēcunq; aquaz inuenero oportet me contentū esse: qō & factum est. Ad augmentum meritorum eius talis occasio. Tantū enim salsa & amara inuenta est aqua: vt si quis ad eā visitandi gra[ga]ve niret in proprio vasculo sibi aquaz deportaret. Remoratus est in eodez loco annis triginta. Dicebāt ergo ei fratres: vt recederet de loco ipso propter

patientia

amaritudinem aque. Ipse aūt dixit eis. Si amaritudinem & laborem fugimus abstinentie & volum in boc mundo requiē babere: post exitu vite buius non percipiemus illa eterna & vere dulcia bona: nec fruemur illis perpetuis paradisi delitijs: dicebāt ergo fratres: quia tantum vnum paximatium: et quinq; oliuas in cibo accipiebat[et] et boc deambulando foris. Etiam & boc affirmabant de eo multi sanctorum patrum qz triginta & amplius annis: ex quo egressus est de domo patrum suorum: nunq; ei suasum fuisse cum etiam defunctos audisset parentes suos: vt pgeret ad requirendū seu ad visitandū propinquos. Uerūtamen sororem eius cum esset vidua babens duos filios iam adolescētulos misit eos in beremum ad requirendum fratrē suum prior. Qui cum diuersa monasteria circuissent: requirētes eum vix tandem inuenietes dixerunt ei. Nos filij sororis tue sumus que nimio desiderio optat te videre ante exitum suum. Ipse vero nō acquieuit petitioni eorum. Perrexerunt aūt adolescētes ad dominē dei beatum Antbonium indicantes ei pro qua causa venerant. Dixit autē beatus Antbonius & vocauit eum ad se. dixitq; ei. Quare frater tanto tēpore non venisti ad me. Qui respondens dixit ei. Precepisti mibi beatissime pater: vt cum per aliquā occasionem reuelasset mibi dominus venirē ad te. Nec cevsq; bactenus non mibi reuelatū est. Dixit ei beatus Antbonius. Vade vt videat te soror tua. Tunc assumpsit secū aliū monachū: & perrexit ad domū sororis sue: & stans foris ppe januā atrij: clausis oculis: vt non videret sororē suā fletit. Illa aūt veniēs iecit se ad pedes eius. Demmio eā gaudio angustiata est. Dicit ei prior. Ecce ego sum frater tuus. Vide ergo me quantū volueris. Et post boc statim reuersus est in beremū in cellulam eius. Hoc autez fecit ad eruditiendū monachos: vt nō darēt eis licētia cū libitum eis fuerit visitare parentes vel ppin quos suos. ℣.xxxj.

Etiam abbas Jobānes qui commanebat in monte: qui vocatur Calamus: babebat sororem: que ex infantia in sancto proposito conseruabatur. Ipsa enim erudiuit & docuit eundem abbatez Jobannem vt relinqueret vanitates seculi buius & ingrederetur monasterium. Per viginti quattuor annos non est egressus de monasterio nec visitauit sororem suam. Illa vero nimis desiderabat videre eum. Nam frequenter scribebat & mittebat ad euz epistolas: petebatq; vt ante exitus eius de boc corpore veniret ad eam vt in charitate xp̄i de presentia sua letaret. Ille autē se recusabat: nolebatq; de monasterio egredi. Uenerabilis aūt famula dei & soror eius iterū scripsit ad eū dicēs. Quia si nolueris venire ad me necesse babeo: vt ego veniā ad te: vt post tanta tempora adorare merear sanctā charitatē tuam. Hec cuz audisset supradictus Jobānes cōtristatus est nimis & cogitabat apud semetipm dicēs. Quoniā si permisero: vt ad te veniat soror mea decetero licentia detur: vt & alij parētes & propinqui nostri veniant advisitandū nos. Ideoq; tractauit apud se: vt magis ipse pgeret: & visitaret sororē suam. Accepit etiam alios duos secum fratres de monasterio: & cum venisset ad ianuam monasterij sororis sue clamauit dicens. Benedicite & audite peregrinos. Egressa est autem soror eius cum alia famula dei. Et aperuit ianuam & penitus non cognouit fratrem suum. Ipse autem cognouit sororem suam: sed non est locutus verbum. ne forte cognosceret in voce eum. Et monachi vero qui cuz ipso erant dixerunt ad eam. Rogamus te domina magistra vt iubeas nobis aquam dare ad bibendum: quia de itinere fatigati sumus. Cum autez accepissent & bibissent facientes orationem & gratias agētes deo: recesserunt & conuersi sunt ad monasterium suū. Post aliquantos autem dies iterum scripsit ad eū soror sua: vt veniret & videret eum ante exitum suum: & orationem faceret in monasterio eius. Tūc ille rescripsit ad eam & misit epistolam per monachum de monasterio suo dicens. Quia prestante gratia dei ego veni ad te: & nullus me cognouit: ipsa vero egressa es ad nos & dedisti nobis aquam & accepi de manibus tuis: & bibi et gratias agens deo reuersus sum in monasterium. Sufficiat ergo tibi quia vidisti me: & non[is] vlterius mibi molesta: sed ora pro me incessanter ad dominum nostrum iesum christū. ℣.xxxij.

Sed & alius quidam monachus abiit ad sororem suam vt visitaret eam. Audierat enim eam egrotantem in monasterio. Erat autem ipsa famula dei nominata in sancta quersatione. Instaq; non acquieuit illa suscipere & videre fratrem suum vt non per occasionem eius ingrederet monasterium feminarum sed mandauit ei dicens. Ora de domine pater & ora pro me: prestante enim gratia dei videbo te in futuro seculo in regno domini nostri iesu christi. ℣.xxxiij.

Etiam de abbate Theodoro oportet nos exēpla virtutum proferre. Dic itaq; beatus Theodorus discipulus fuit sancti Pachomij viri de sanctis patribus: qui fuit pater infinite multitudinis monachorum: multorumq; monasteriorum pater in partibus Thebaide. Cum enim in omnibus sanctitatis fulgeret virtutibus: etiam prophetie gratiam a deo promeruit. Multa enim futura reuelabat ei dominus. Quodam autem tēpore soror eius germana venit ad monasterium in quo idem beatus Theodorus conuersabatur: vt post multa tempora videret germanum suum. Cuī & nunciassent ei de aduentu sororis eius misit continuo duos monachos qui obseruabant ad ianuam monasterij: mandauitq; per eos sorori sue dicens. Ecce soror audisti & cognouisti quia viuo ne contristeris: quia minime me vidisti sed conuerte cor tuum: & magis considera vanitatem & instabilitatem presentis mundi: & apprehende sancte

vite conuersationē vt peruenire possis ad eternā vi
tam: & ad celestia bona que præparauit diligentib⁹
se dñs & faciētib⁹ mandata eius. Tracta ergo apud
te: q; hec est sola & firma spes: vt spe faciat homo
p̄cepta dei: vt mereatur homo peruenire ad gloriosa
p̄missa domini saluatoris xp̄i. Hec aūt cuz audisset
illa statim compuncta est corde: lachrymasq; fun
debat in p̄spectu domini. Et post paululū ingressa
est in monasterium virginum famularū dei: qđ in eo
dem vico constructum erat: & procedēti tēpore mul
tiplicabatur in sancto p̄posito famula chr̄isti. Hec
itaq; gesta cū audisset mater eorum deprecata est
episcopos: & dederunt ei epistolas ad suprādictum
sanctum ·Pachomium patrem monasteriorum pro
filia eius. Cumq; venisset applicuit in monasterio
famularum dei: & direxit epistolam ad patrem mo
nasterij obsecrans vt videret filium suum. Beatus
autē ·Pachomius vocauit eius filiuz Theodorum:
& dixit ei. Audiui filii: quia mater tua aduenit pro
pter te. Itaq; propter epistolas episcoporum qui
scripserūt ad me: vade & videat te mater tua dixit
ei Theodorus. Præcepisti mihi dñe vt videam ma
trē meā. Si ergo abiero videre eaz post tantā scie
tiaz spiritualē vereor ne culpabilis inueniar apud
deū. Etenim oportebat me fortitudinez animi mei
ad erēptū aliorū fratrū demonstrare. Audiēs autē
mater q; non acquieuit videre eaz affectu ferūs in
filiū noluit remeare ad domū suā sed p̄mānsit in mo
nasterio virginū dicēs. Quoniā si p̄mansero dicise
pe etiam videbo filium meū cuz inter alios fratres
egreditur ad monasteriū causas: & monitis & verbo
ratione eius proficere possuz in sancta cōuersatio
ne: doctrinaq; eius confirmabit cor meum vt me
rear peruenire ad eternā requiē quā promisit domin⁹
noster iesus xp̄s diligētibus se. Vultis etiam diuer
sas egritudines sustinentibus: & paraliticis oratio
nibus eius missertus est dñs: vt supra patuit in ei⁹
gestis & vita. §.xxxiij.

Multo tempore beatus abbas ·Pachomi⁹ con
tra immundissimas demonum impugnatio
nes certamē bonum certauit: sicut athleta veritā
tis tanq; & beatus Antbonius. Denicq; intentissi
mis p̄cibus exorauit dominuz vt somnuz non ca
peret per aliquot tēpus quatenus diebus ac noc
tibus peruigil maneret contra aduersarios demo
nes dimicādo: donec p̄sterneret & superaret eos
sicut dicitur in psalmo. Et non conuertar donec de
ficiant. Præstitit ergo & concessit ei dominus peti
tionez eius. Impossibiles enim & imbecilles sunt
demones: cum quis nostrum ex tota fide & ex to
ta intentione cordis feruēte sancto desiderio: & ad
iuuante nos virtute saluatoris nostri iesu xp̄i con
tendimus contra eos. Referebant nobis fratres
de eodē beatissimo patre ·Pachomio qui fuit vt di
rimus monasteriorū multorum in regione Taben
nēsiotarū p̄positus: referebāt ergo de eo quoniā
frequēter dicebat fratrib⁹: q; sicut mihi testis est
deus ſsepe audiui imundos spūs demonū loquen
tes iter se diuersas ac varias artes suas quas ꝯ ser
uiētes deo maxime cōtra monachos habēt. qđā
enim dicebant. Quia ego certamē cōtra durissimū
hominē habeo: & quotiēs ei imitto puersas cogita
tiones ille statiz surgit & prosternit se in oratione cū
gemitu orans adesse sibi diuinū auxiliū. Ego autē
illo exurgente cum grandi confusione egrediot.
Item alius demon dicebat ego ad illum quem ob
seruo cum ei cogitationes immisero: consentit & su
scipit & facit eas. Sepe enim exardescere cum in
iracundia facio: & in contentiones rixe: & pigritiaz
orationis: & dormitionez in psalmodia & non contra
dicit mihi. Idcoq; fratres mei dilectissimi semper
opz vt custodiatis sensuz & animū vestrū inuocātes
nomē dñi nostri iesu xp̄i & p̄m p̄cepta dei puersami
ni tā in orationib⁹ q̄ psalmodia: sicut dicit apostol⁹
instātes orationi et vigilātes in ea. Idcoq; cū com
punctione & timore cordis vigilātibus non ꝓualeb
bit inimicus. Ipse aūt beatus pater ·Pachomius
docebat fratres: vt semp memores essent verbi dei
in salutē aīarū suarz. ·Postmodū vero discedebant
vnusquisq; fratrū in cellulas suas operantes manib
bus suis: & meditātes que de sanctis scripturis di
cerant. Impossibile est enim aliquem apud eos
verbū ociosum loqui: sed ea tātū que de sanctis scri
pturis didicerant: erant inter se loquētes exponen
tes de capitulis scripturarz: que ad timorē dñi con
firmarēt & illuminarēt aīas eoz. §.xxxv.

Hvit quidam vir magnus de sanctis senioꝛ
bus: cui talē gratiam donauerat xp̄s. s. re
uelante ei spiritu sancto: vt videret quod alij non
videbant. Referebant ergo sancti seniores: qualis
quando q̄plurimi sedebant fratres: & simul loque
bantur inter se & loquebantur de sanctis scripturis
que ad salutem pertinent animarum. Stabāt autē
circa eos sancti angeli letantes in hilari vultu con
fidentes: delectabant eē de eloquijs domini. Cū
autē aliud quodcūq; loquerent: statim sancti ange
li recedebant longius indignantes contra eos.
¶ Veniebant aūt porci sordidissimi & volutabant
se inter eos. Demones enim in specie porcorum de
lectabant per superflua & vaniloquia eorum. Bea
tus autē senior hec videns abijt in cellulam suam: &
per totam noctem cum grandi fletu & vlulatu ge
mebat miserias nostras. Exhortabatur ergo san
ctos patres per monasteria & cōmonebat fratres
dicens. Lohibete a multiloquio: & ab ociosis ser
monibus linguam. per quam malus interitus ani
me generatur: & non intelligimus: quoniaz per hec
deo & sanctis angelis odibiles sumus. Dicit enim
scriptura diuina: per multiloquiū non effugies pec
catū. Nec enim infirmaz & vanā efficiunt mentē at
q; animā nostram. §.xxxvj.

3 ꝯ Cum ioseloquentes.

Hvit quidā vir in palatio sublimis sub Theo
dosio imperatore: nomine Arsenius: cuius
filios idest Archadium & Honozium augustus de
baptismo suscepit hic itaq; Arsenius desiderio di
uini timoris accensus relinquens omnem seculi
gloriam temporalem perrexit ad heremum scilbie:
vt inter sanctos patres secretam & quietaz ab om
ni strepitu huius mundi ageret vitam separatus
ab illecebris & delectationibus corporalibus vt cū
tota mentis intentione adhereret domino saluato
risicut scriptum est. Adhesit anima mea post te
me suscepit dextera tua. Dicebāt ergo de eo sancti
seniores: quia sicut cum in seculi conuersatione eēt
nimis pretiosis vestimentis pre omnibus vteba
tur: ita postmodum in heremo scilbie degens: stu
debat vt ab omnibus monachis viliora et despec
tiora vestimenta haberet. ¶ Dicebat etiam ab
bas Daniel quoniā sanctus Arsenius referebat fra
tribus dicens: quasi de alio audisset: sed quantum
datur intelligi ipse talem vidit visionem: sedebat
ſinquit]quidam, de senioribus monachis in cellu
la sua: & subito venit ad eum vox dicens. Egre
dere foras & ostendam tibi opera hominuz. Et sur
rexit inquit & egressus est foras. Duxit autem euz
& ostendit ei etbiopem nigrum cum securi cedē
tem ligna & facientem grandē sarcinam: & tēptabat
subleuare sarcinam illam: & pre magnitudine non
poterat portare eam: sed redibat & cedebat iterum
alia ligna & addebat super sarcinam illam. Iterum
autē ostendit ei alium hominē stantem sup lacum,
& haurientem aquam: & mittentem eam in colle
ctaneū: & de alia parte p foramina defluebat aqua
subter in eodem loco. Iterum dixit ei: veni seque
re me: & ostendam tibi aliud. Et vidit quasi quod
dam edificiuz templi: & duos sedētes in equis: por
tantes super scapulas suas vterq; lignum vnum. i.
perticam longam volentes pariter ingredi portam
templi illius: & non permittebat eos lignum ſquod
ex aduerso portabant]ingredi per portam illam.
Non enim humiliabat se alter alteri: sed contende
bant vtriq; pariter ingredi volētes & nō ꝓualebāt.
Nec enim humiliabat se vnus eorum vt alteri locū
daret. Exponit ergo ei has visiones dicens. Hi
qui lignum portant: hi sunt qui habēt iuguz sanctū
monachorum: sed iustificantes seipsos in cordibus
suis cum exaltatione superbie non humiliantur in
uicem. Noluerunt enim ambulare in humilitate
viaz saluatoris domini nostri iesu xp̄i: qui dixit: di
scite a me: quia mitis sum et humilis corde: & inue
nietis requiē animabus vestris. Idcoq; propter su
perbiaz cordis sui remanserunt foris: de regno re
gis celorum excluſi. Qui aūt cedebat ligna & super
sarcinaz addebat adhuc homo est qui oneratus est
multis peccatis: & sup sarcinā pctōꝝ suorum addit
semper alia peccata quem oportebat vt magis pe
nitentiam ageret de prioribus peccatis: sed ne
gligens vitia emendare peccatoꝝ priorum: magis
alia addit supra priora peccata. Ille aūt qui aquaz
de lacu hauriebat: homo est qui aliqua bona ope
ratur: sed q; mala etiaz amplius peccatū opatur. &
ideo percunt & delētur etiaz bona opera que facit.
Oportet ergo hominē: sicut ait apostolus cū timo
re & tremore salutē suā opari. ¶ Dicebat aūt abbas
Daniel de abbate arsenio. quia cum oparetur spoz
tas ex palmarum foliis: mittebat aquaz in peluim
vt infunderentur palme: & cū feteret bramosa aqua
odore: non p̄mittebat vt aliaz aquam mutarēt: sed
sup illā fetidā aliā addebat aquam vt semp feteret.
Interrogabant aūt fratres eum dicētes. Cur non
permittis pater vt aqua mutetur: & sed pessimo feto
re tota cellula tua repletur. Respondēs autē bea
tus senior ait. Quoniam pro thimiamate & musca
ta, & aliis diuersis quibus in seculari conuersatio
ne sine intermissione fruebar. oportet nūc me dum
in hoc tempore sum sustinere istiusmodi fetorem.
pro suauissimo illo odore: vt in die iudicij de illo ge
benne inenarrabili fetore liberet me dominus: et
non cum illo diuite: qui epulabatur in isto mundo
delicioſe & splendide: condēnetur anima mea.
¶ Quidam de fratribus dicit beato Arsenio. Ec
ce beatissime pater meditari festino de scripturis
sanctis que didici: & non sentio compunctionem
in corde: quoniam non intelligo virtutem diuine
scripture. Unde & valde contristatur anima mea.
Respondēs autē beatus Arsenius ait. Oportz te
fili inceſſanter meditari eloquia domini audiui enī
quia dixit beatus abba Poemen & alij multi sanc
torum patrum: quoniam incantatores illi qui ser
pētes solent incantare non intelligunt ipsi verba
que loquuntur: sed serpentes audientes intelli
gunt virtutem verborum illorum: & conquiescunt
& subduntur eis. Sic etiam & nos faciamus. Quā
uis enim non valeamus intelligere diuinarum scri
pturarum virtutem: tamē demones audientes di
uini verbi virtutem terrentur: & effugati discedunt
a nobis: non sustinentes eloquia spiritus sancti
que per seruos suos prophetas & apostolos est
locutus. §.xxxvij.

Quodam tēpore cū in vicino beati Zacharij
homicidium fuisset perpetratum & cuidam
innocenti homini impingeretur crimen admissuz
surgens ille qui calumniam patiebatur fugit ad
cellulam beati Zacharij. Affuerunt etiam & ili
li qui eum perurgebant: & alligabant eum dicen
tes. periclitari seipsos nisi comprehenderēt: & le
gibus traderēt homicidam. Ille vero cui crimē im
pingebatur cum sacramētis affirmabat consciuz se
non esse sanguinis illius. Et cum diu ab vtraq;
parte certamen haberetur: interrogauit sanctus
Zacharius vbi sepultus esset qui dicebatur oc
cisus. Cumq; designassent ei locuz cuz ipsis pergit
ad sepulchrū: atq; ibi flexis genibus inuocato chr̄isti
nomine ait ad eos qui assistebant. Nunc dominus
ostēdet si vere reus est hic qui a vobis perurgetur,

hoc nō intelligamus scripturā demones terret similē.

Et eleuata voce ex nomine clamabat defunctum. Cumq; ei de sepulchro vocatus respondisset ait ad eum sanctus Macharius. Per fidez christi te obtestor vt dicas nunc si ab isto homine qui propter te accusatur occisus es. Tunc ille clara voce de sepulchro risdit dicens: nō esse ab eo interfectū. Cum obstupefacti omnes decidissent ad terraz ac pedibus eius voluerentur rogare euz ceperunt: vt interrogaret illuz a quo esset occisus. Tunc sanctus vir ait. Hoc ego non interrogabo. Sufficit enim mihi vt liberetur innocens: non est autem meum vt reus prodatur. Forsitan enim cōpungitur adhuc pscelere quod cōmisit et aget penitentiā vt saluet̄ anima eius. §.xxxviij.

vuadulata p cōnes fratres.

Hac ito itidē tempore cū sancto Macharío quidam frater vuā detulisset: ipse qui fm charitatez non que sua sunt: sed que alterius cogitaret ad alium fratrē infirmuz eam detulit: qui infirmior pre egritudine videbat. Tunc ifirm⁹ gras egit deo pro fratris officio et suscepit eam et ipse nihilominus plus de proximo q̄ de semetipso cogitans ad alium detulit eam infirmum fratrem: et iterum ille ad aliū: et sic cū p omnes cellulas que longe a semetipsis erant per beremū dispersevua illa circumlata esset ignorātib⁹ eis qui eā primus miserat: adultimū deferēt ipi qui eā miserat: gratulatus autez sanctus Macharius q̄ tantā videret in fratribus abstinētiā tantāq; charitatē: ad acriora semetipsum spūalis vite exercitia extendit. §.xxxix.

Aliud etiā ad fidē confirmatū nobis de eo est ab his qui ex ore eius audierūt quoniaz quodam tēpore nocte in specie monachi demon ad hostiū cellule eius pulsauerit dicēs. Surge abba Macharie: et eamus ad collectā vbi fratres ad vigilias cōgregantur. Sed ille gratia dei repletus falli nō potuit. Intellexit enim dyaboli esse fallaciā: et ait: O mendax et veritatis inimice quid em̄ tibi consortij: quid societatis est cū collecta et congregatione sanctoz. At ille ait. Latet ergo te o Macharie q̄ fine nobis nulla collecta agitur, nullaue congregatio monachoruz. Veni deniq; et videbis ibi operaz nostrā. Dixit autē sanctus Macharius. Imperet tibi dominus demon immunde: et conuersus ad orationē perijt a domino: vt sibi ostenderet si hoc verū esset quod est gloriatus demon. Abijt ergo ad collectā: vbi iā vigilie a fratribus celebrabantur. Et iteruz in oratione dominū deprecabatur: vt ei veritatē huius rei ostēderet. Et ecce videt quasi paruulos quosdā pueros etbiopes nigros per totā ecclesiam discurrere huc atq; illuc et velut volitando deferri. Discurrētes autē illi etbiopes pueri: singulis quibusq; fratrib⁹ in oratione positis atq; psallentibus alludebant: et si cui de eis oculos duobus digitulis compressissent statim dormiebat. Sicui vero in os misissent digitū oscitare eum faciebant. Itez post psalmum cum ad orādū se proiecissent fratres percurrebant iterum singulos: et ante alium quidē

dē demō appet bēo macharío di rēt nullaz ēe vl lectā frēz sine eo

tacentē in oratione quasi in mulieris specie vertebantur ante aliū: quasi edificantes et portātes aliquid: aut diuersa quecq; agentes apparebant. Et quecunq; demones quasi ludentes formassent: hec orantes illi in cordis sui cogitatione versabant.

QUidam fratres dum linum ex thebaida perferent comparare dixerunt. p occasionē beatum videamus arseniū. Quod cū daniel discipulus eius nūciasset p̄cepit vt p qua cā illuc aduenissent de alexandria ab eis inquireret. Cū ergo renūciasset q̄ ppter linum pgerent cōparandū. Respondit arsenius. Ergo facie meā non videbūt: q̄ nō ppter me: sed ppter opus suū aduenerūt. Unde itaq; ⁊ suscepti eis fac obsequiū ⁊ dimitte eos dicēs. Quia senex non pōt vobis occurrere. Cum quidaz ad eūdē beatū Arsenium ex fratribus aduenisset volēs videre eū pulsauit ostiū. Abbas aūt arsenius sperās suū esse discipulū aperuit ei. Sed postq̄ alterū esse conspererat: mox se in terrā piecit. Illo aūt surgere eū postulante rīdit. Non hinc exurgā donec discedat iste. Per multas autez horas rogatus a fratre nō acquieuit donec discederet ille qui venerat. Afflixerunt aliq̄n abbati arsenio demones in cella sedenti: ⁊ tribulabant eū. Supuenerunt aūt et fratres q̄ ei ministrare solebant: stantesq; extra cellā audiebant eū clamantē ad dñm ⁊ dicentē. Dñe nō me derelinquas: q̄ nihil boni feci coram te: sed p̄sta mihi p̄m benignitatē tuā saltez mō assumere initia bene viuendi. Cū interrogaret aliq̄n abbas arsenius quēdam senē egyptiū de cogitationibus suis: alius videns eū dixit ei. Abba arseni quō tu qui tanta eruditione in latina ⁊ greca lingua edoctus es rusticū istū de cogitationibus interrogas. Et ille respōdit dicens. Latinā quidem ⁊ grecā linguā q̄ tū ad seculum ptinet apprehendi: sed alphabetū rustici huius necdum discere potui. Senes dicebant: q̄ dederunt aliq̄n quidaz in scitbia fratribus paucas caricas ⁊ q̄ pauce erant non transmiserūt ex eis abbati arsenio: ne velut iniuriam pateret. Ille aūt cū hoc audisset nō est egressus iurta morem ad collectam cum fratribus dicens. Excōicastis me vt non mihi daretis eulogiam quaz transmisit dominus fra

tribus: ex qua non fui dignus accipere. Quod cuz audissent omnes edificati sunt in humilitate senis Et vadens pbyter portauit de caricis illis ⁊ adduxit eū in congregatione gaudentē. Dicebāt aūt de eo: q̄ nemo poterat cōprehendere modum p̄uersationis eius. Sedente eodem abbate Arsenio aliquando in interioribus egypti: cum illic importunitatem paterentur: visuz est ei derelinquere cellā: ⁊ nihil ex ea tollere secum. Et sic profectus est ad discipulos suos Paranitas: Alexandrum ⁊ zoilū. Dixit ergo. Tu alexander surgens, nauiga. Et zoilo dixit. Veni mecum vsq; ad flumen: ⁊ quere mihi nauicula alexandriam nauigantem ⁊ nauiga ēt tu ad fratrem tuum, zoilus autem turbatus in verbo est ⁊ tacuit: ⁊ ita diuisi sunt abinuicem. Descendit aūt senex circa partes alexandrie ⁊ egrotauit egritudine magna. Discipuli autez eius dixerunt adinuicem. Putasne aliquis nostrum contristauit senē: ⁊ ppterea diuisus est a nobis? Et nō inueniebāt iter se p̄tristationis cām: neq; q̄ aliq̄n ei inobedientes existerent. Cū vero sanat⁹ fuisset senex dixit ad seipsum. Uadā ad fratres meos. Et ita navigās venit ad locū qui dicit petra: vbi erāt supradicti ministri eius. Cū vero iuxta flumē esset puella quedam ethiopissa veniens tetigit perā eius. Senex aūt increpabat eā. Illa vo dixit. Si monachus es vade i montē. Lōpunctus aūt in hoc verbo Arsenius dicebat ad seipsuz. Arseni si monachus es vade in mōtem. Et inter hec occurrerunt ei Alexāder ⁊ zoilus discipuli eius. Et cū cecidissent ad pedes eius, pcit se ēt senex in terrā ⁊ flebāt simul. Dixit autem senex. Non audistis: q̄ egrotaui: ⁊ dixerunt ei. Etiā audiuimus: ⁊ ille dixit. Quare non venistis videre me? Et dixit ei Alexander q̄ diuisio tua a nobis acceptabilis non fuit: q̄m ⁊ multi ex ea ptristati sunt dicentes. Nisi inobediētes fuissent seni nequaq̄ se separasset ab eis, et dicit ei senex. ⁊ ego cognoui: q̄ hoc dicerēt. Sed ⁊ iterq̄ dicturi sunt boies: q̄ non inuenies colūba requiē pedib⁹ suis reuersa ē ad noe in arcam. In hoc igitur verbo curati sunt animi discipulorum eius: ⁊ permanserunt cum eo vsq; ad vltimum vite ipsius tempus. ℣. clxxxij.

ABbas Besarion dum ambularet cum discipulo suo p̄ heremum: venerunt ad quandaz spelunca ⁊ ingressi ibi inuenerunt fratrē sedentē: ⁊ funiculū operantē: qui neq; respexit eos: neq; salutauit: neq; aliquid locut⁹ est eis. Dixit ergo eis abbas Besarion: eamus hinc q̄ hic senex nō vult loq̄ nobiscū. Et pfecti sunt ad abbatē Johannē. Cuz aūt reuerterentur ad eādē spelūcā ⁊ dicit abbas Besarion, Ingrediamur iterq̄ ad hūc fratrē: si forte vel mō psuadeat illi deus: vt loquat⁹ nobiscū. Et cū ingressi fuissent inuenerūt corpus tantūmō mortuū: ⁊ dixit discipulo suo. Veni frater cōponamus illud: q̄ ppter eū huc nos dñs transmisit. Cū aūt sepelirent inuenerunt: q̄ mulier esset: q̄ admirati sunt ⁊ dixerunt quemadmodum ⁊ mulieres colluctantur ⁊ vincunt demonia. Et glorificantes deum qui ē omnium protector: recesserunt inde. ℣. clxxxiij.

BEatus macharius aliquando narrabat dicens. Uenerunt ad me quōdam duo iuuenes ⁊ vnus quidā iam pleno alter adhuc incipiente barbitio. Qui cum ignorantes meipsum interrogarēt: vbi esset abbatis cella Macharij: atq; me scrutante: cur eum requirerent: opera eius inquisiūt magna ⁊ vitam pretiosabilez cognoscentes: cū videre summo desiderio festinamus. Cunq; ego meipsum esse quem quererent profiterer: mox meis pedibus prouoluti: vt illos mecum habitare permitterez postulabant. Quos cum viderem velut diuiciarum opulentia delicatos: non posse mecum illic residere: respondi. Et si hic inquiunt tecum manere non possumus: alio tamen loco nos proficisci definita semel sententia mentis impellit. Quo ego audito cepi intra meipsum ita reputare. Si hinc illos abegero: scandalum patientur. Cum enim labor ipse compellat eos hinc fugere: cur de mea murmurent voluntate: tunc dixi illis Uenite construite vobis cellas si potestis. At illi locum sibi tantūmodo demōstrari poscebant. Quibus ego alueolum cum securi ⁊ sacco pleno panibus cum modico sale contradidi: petram durissimam ostēdi: qua inscissa habitaculū sibi p̄pararent: quod lignis de palude allatis cōtegerent. Arbitrabar autem ego p̄ iniuncto sibi ꝺ labore discedere. At illi interrogauerunt me quid illic alij fratres solerent operari. Respondi ego, funiculū. Et sublatis foliis palmarum principiū illius texture ostēdi: vel sportellas facere: quas ministratoribus pro pane recipiendo dare cōmonui: ⁊ ita discessi. Illi vero cum summa patientia, que a me fuerunt iperata fecerunt: ac per tres annos ad me nullatenus accesserunt. Et quia alij fratres de longinquis regionibus veniebant ad me, illi vero ne aliquid requirerent: nec ad illos accederem: non leuiter admirabar videns eos in ecclesia tantum oblationem cum silentio ⁊ oratione percipere. Desiderans ergo scire conuersationem eorum bebdomada integra ieiunans: rogaui dominum, vt mihi opera eorum dignaretur ostendere. Et post hoc p̄fectus ad eos pulsaui ostium. Quo aperto tacentes adorauerunt me vterq;. Et post q̄ facta ex more oratione consedi: ille maior ānuit minori ⁊ egressus est foras. Sedebat autez ipse funiculū torquēs nihil loquens omnino. Hora vero nona pulsat ostiū ad quem aperto minor ingressus est. Et maiore iterum annuente egressus cibum quo refici eremur excoxit: eodemq; mutuo iussus mēsam cum paximacijs tribus apposuit: tacensq; stetit. Quibus ego dixi. Surgite comedamus. quo facto allato vasculo quo aquam solebāt portare potauimus. Ablata autem mensa cum vesperasceret dicunt. Discedis? At ego illic me velle requiescere respondi. Dataq; ergo mihi i vno angulo collocauerūt ⁊ ipsi i altero āgulo quasi quieturi: ⁊ zonas suas ⁊ anglabios posuerūt.

Cum autez quasi ad dormiendū se prepararent: iterum ego rogaui dñm: vt mihi cor opera declararet ⁊ ecce dissipato tecto lux clara cellulā quasi medius dies impleuit: quā tñ illi non senserunt. Sed postq̄ arbitrati sunt me dormire surgentes cinxerunt se: atq; ad celū manus extenderunt. Quos ꝯdem ego quid facerē intuebar. Illi vero me videre non poterāt: ⁊ ecce vidi tanq̄ muscas demones venientes: ⁊ in illius minoris ore atq; oculis residere volentes. sed angelus dñi rompbea ignis armat⁹: ⁊ tam illū circūdabat q̄ demones abigebat. Ad maiorem aūt ppe accedere non audebant. Diluculovero se in eodē stratu piecerūt: ⁊ ego velut expergefactus exurgo. Quod cuz ⁊ illi ita fecissent. Ille maior: hunc mihi sermonez locutus est. Uis pater duodecim psalmos cantemus. Ac me consentiente. Ille minor frater quinq̄ psalmos cum septem versibus decantauit: ⁊ vnum alla ⁊ p singulos versus fax ignis egressa ascendebat ad celum. Item ⁊ maior cuz decantaret quotiens labia deducebat ad psallendu: velut funiculum ignis de ore eius ad celum tendebatur. Postq̄ vero ego aliquantulum decantauit: egrediens vt pro me dignarētur orare expetiui. Illi vero tacentes meis sunt pedib⁹ ꝓuoluti. ⁊ cognoui quoniam quidem maior esset perfectus in timore dei⁹ minorem vero adhuc demones impugnarēt. Post paucos vero dies maior frater est in pace receptus: tertio die etiam minor est eum assecutus.

S.clxxxiiij.

monachꝰ q̄ꝛ ſ̄ uet.

Abbas Moyses cōmonebat fratres dicēs. Quattuor: suat monacho principalia obseruanda: id est tacendi: seruandi mandata dei: humiliandi semetipsum. ⁊ angustia paupertatis. Oportet ergo monachum: vt semper lugeat: semper suoꝝ sit memor peccatorum: ⁊ omni hora ponat sibi mortem ante oculos suos. S.clxxxv.

ꝓphetauerunt ſ̄ monachi mery tēpg.

Sancti patres congregati ꝓphetauerunt de vltima generatiōe ex quibus vnus precipu⁹ nomine Isquirio dixit. Nos quidem adhuc mādata dei implemus. Interrogauerunt euz alij patres dicentes. Quid hi qui post nos futuri sunt. At ille respondens dixit: Media forte complebunt mādata dei: ⁊ eternum requirent deum. Dixerunt q̄ sancti patres. Post hos autez qui veniunt: quid facturi sunt. Respondens dixit. Homines generatiōis illius mandatorum dei opera non babebunt: ⁊ precepta dei obliuiscentur. Superabundabit aūt tūc iniquitas ⁊ refrigescet charitas multorum. Veniet vero super eos temptatio. Et qui inuenti fuerint i illa temptatione probati ⁊ nobis ⁊ patribus nostris meliores existunt ⁊ feliciores ⁊ ꝓbabiliores.

S.clxxxvj.

Quidam frater abbatem requisiuit a gat bonē dicens. volo pater manere in congregatione cum fratribus dic mihi quomodo habitem cū eis. respōdit ei senex: obserua hoc pre omnibus. vt qualis primo die ingrediaris apud ipsos talis etiaz re-

ſmil aliud ꝓ̄adug in religione ꝑ ee ſint ꝓmy dies.

liquos dies pergas cum humilitate.

S.clxxxvij.

Quodam tempore mazines cum superuenissent in scitbia: ⁊ multos ex patribus interfecissent abbas Poemē cum alio abbate senioze sibi nomine nub: ⁊ cum alijs quinq̄ patribus fugiens inde: venit in locum teneritudinis ⁊ inuenerūt ibi templum quoddam desertum: manserunt ibi septē dies: donec cognoscerent vbi mansurus esset vnusquisq̄ i egypto. Dicit ergo eis abbas nub qui erat senioz. Septimana hac vnusquisq̄ maneat apud se ⁊ cum altero non loquatur. Cum autem sic facerēt erat in templo illo statua cuiusdaz idoli. Abbas ergo nub exurgens mane lapidabat eaz: ⁊ vespereveniens dicebat ad eam. Peccaui indulge mihi: ⁊ p totam septimanam similiter fecit. die autem sabbati cum pariter conuenissent dicit ei abbas poemē. Quid voluisti hac tota facere septimana vt homo fidelis idolo diceres indulge mihi. Dicit ei senex. Hec ego propter vos feci: dicite mihi nunquid hoc idolum quando lapidabam locutuz est aliquid aut iratum. Et iterum quando indulgentiam petebaz: nunquid exaltauit se: aut gloziatum ē. Cui abbas Poemen respōdit. non vtiq̄ Tunc senex dixit: fratres ecce sumus septem si vultis ergo vt pariter maneamus: fiz idolum istud nobis exemplum nequando iniuriatus aliquis iascatur nec quando ab eo venia petitur glorietur vel extollatur. Sinautē nō ita vultis vnusquisq̄ vbivult pergat. At illi proijcientes se in terram spoponderunt se ita facturos: ⁊ sic permanserunt per multos annos cum multa humilitate ⁊ patientia. Quattuor: boris dormiebant i nocte: ⁊ quattuor psallebant ⁊ quattuor operabantur deinde vero vsq̄ ad nonā legebant scindentes folia palmarū: ⁊ post hoc victum sibi preparabant: colligentes quasdam berbas terre. S.clxxxviij.

Uerunt ⁊ alij septem similiter probatissimi viri qui in ea beremo que sarracenis contigua est habitabant: cellulis quidem haud longe a se diuisis: sed ipsi vinculo charitatis cōnexi quoꝝ vnus vocabatur petrus: alius stephanus: tertius Jobānes: quartus georgius. quintus theodozus: sextus felix: septimus laurus. Hic ergo in sterili ac vastissima solitudine ⁊ pene hominibus inhabitabili commorantes semel sibi i septimana videndos se prebebant. Sabbatozum nanq̄ die boca diei nona cōueniebant singuli de locis suis ad locum sibi conditū deferentes vnusquisq̄ si quid inuenire poterat. Et vnus quidem deferebat nuces: alius lactozones: alius dactilos: alius ficus: alius berbas visibiles i. lapsanum pastinacas caricas ⁊ petrosilinuz. Iste quippe erat precipuus eoꝝ victus panē nāq̄ ⁊ oleū vel potū extra vsum babebāt. Tantūmō supradictis verbis ⁊ pomis sustentabant. Uestimentū eis palma solūmō prebebat: aqua in locis illis minime inueniebat. Neq̄ enim aliter potabantur q̄ eruntes mane ac discurrentes per diuersas berbas col-

ligentes rozem qui affluentissime ibi cadit: ⁊ ide tā tūmodo bibebant. Cunq̄ sic vt dixim⁹ invnum cōuenirent locum agentes deo gratias sumebant cibum. Post refectionem vero vsq̄ ad vesperā sedentes meditabant de scripturis sanctis. Nō enim discurrebat inter eos secularis fabula: non cura secularium actio terrenarū rerū: sed solūmodo collatio spiritalis regni celestis desiderabilis cōmemoratio: futura beatitudo: gloria iustoꝝ: pena peccatoꝝ sanctozumq̄ oīum requies: que iā inter beatas paradisi sedes letant. Hec cōmemozates suspirabant ex imo pectore ⁊ flebant vberrime. Cunq̄ p totam noctē vigiles pmanerent celebrātes dño laudes: die dñico boza nona loquēdi secū: ⁊ videndi se terminū capiebant. Redibat ess vnusquisq̄ ad cellaz suā: in qua solus soli deo dieb⁹ ac noctib⁹ vacabat. In bis igitur studijs eos positos sarraceni late p beremū discurrentes reppererunt: ⁊ irruentes sup eos de beremo eiecerūt: atq; ligantes eos pedib⁹ suspenderūt multisq̄ iniurijs affectos ad extremū focū subtus eos deberbis amarissimis cōgesserūt vbi incredibiliter cruciati lumē oculoꝝ ex amaritudine fumi amiserūt. Et postq̄ multi tozmētis eos afflixerūt semiuiuos eos dimiserūt. ex q̄bus vnum nouimus in quodam loco plurimo postea supuixisse tempore ceteri vero vbinam fuerint deuoluti: penitus ignozamus. S.clxxxix.

Interrogauit quidā frater abbatē Poemenē dicēs. Quid est quod dñs in euangelio ait.

A Nemo bac dilectione maiorem hz q̄ vt quis animā suam ponat ꝓ amico suo: quō boc fiet. respondit senex. si quis audit verbum malum a proximo suo: ⁊ cum possit ipse similia respondere illi: pugnat tamē in corde suo portare laborem ⁊ vim sibi facit ne foras respondeat illi ⁊ contristet illum iste talis animā suam ponit pro amico suo. S.cxc.

Requisitus abbas Moyses dixit. Si non cōcordat: actus ⁊ oratio in vanum laborat homo. Cum enim orat quis pro seipso: vt indulgētiaz illi peccatorum detur obseruet ne faciat illa iteruz quando enim voluntatem peccandi quis dimiserit ⁊ ambulat permanens in timore dei: istum mox cū gaudio suscipit deus. S.cxcj.

Sanctuz senē requisiuit frater dicens. Quid faciet homo in omni tentatione veniente super se ⁊ omni cogitatione immissa ab inimico. Respondit plangere debet in cōspectu bonitatis dei vt succurrens auxilietur ei. Scriptum est enim dominus mihi adiutor: est: ⁊ ego despiciam inimicos meos.

S.cxcij.

Quidam senex dixit. Sicut ad succensaz ollā muscę nō appropinquant: si vero tepida fuerit insident in eā: ⁊ faciunt vermes ita ⁊ monachū succensuz igne diuini amoris fugiunt demones: tepidū vero illudunt ⁊ insequuntur. S.cxciij.

Abbas siluanus sedens aliquando cum fratribus in spelea factus est in excessu mētis: ꝛececidit in faciem suam: ⁊ post multuz surgens plorabat. Et interrogauerunt fratres eum dicentes. quid babes pater. Ille vero tacebat ⁊ flebat. Cōpellentibus autem illis dixit. ego ad iudiciū raptus sum ⁊ vidi multos de habitu nostro euntes in tormenta: ⁊ multos seculares ad regnum. Et lugebat senex: ⁊ nolebat deinceps exire de cella sua. Sed si exire cogebatur operiebat caputio faciem suam dicens. quid necesse est videre lumen istud temporale: in quo nibil est vtile. S.cxciiij.

multi ſeculares ad regnū: et mo nachi ad infernū tēdūt.

Quidam senex dixit fratri omni die vicinaz tibi mortem esse cogita: quasi iam clausus in monumento: nibil de boc seculo cures. Timor dei permaneat in te in omni hora. Erede te dominib⁹ omnibus inferiozem esse. Non detrabas alicui: qz deus cognoscit oīa: sed esto pacificus cum oībus ⁊ dabit tibi dominus requiem. S.cxcv.

id fiet̄ do exit nobis regez.

Cum quidam fratres quemadmoduz orarēt beatum macbarium requisissent. respondit illis dicens. Non sunt necessaria nobis supflua verba: sed extendere manus ac dicere. Deus quomodo vis: ⁊ sicut tibi placet. ita fiat. Si autem tentatio irruerit: aut impugnatio dicendum est. Domine deus clementissime auxiliari dignare nobis tu enim scis quid nobis expediat fac nobiscum ꝛ misericoz: diam tuam. S.cxcvi.

q̄ꝛ oꝛa dum

Abbas Jobannes dicebat. Similis dz esse monachus domini sedenti sub arboze grandi: qui respiciens feras diuersas ⁊ serpentes venientes ad se cuz non potuerit eis resistere subiit arborez ⁊ saluatur. Ita ⁊ monachus sedeat in cella sua: ⁊ respiciens prauas cogitationes: ia culatiōesq̄ venientes super se: cum non potuerit eis resistere: confugiat per oratiōnē ad dñm: cui oīa possibilia sunt ⁊ saluabit. ¶ Item dixit: similis dz ee monachus domini habenti a sinistra ignem: ⁊ a dextra aquaz: vt quotiēs succensus fuerit ignis tollat de aqua ⁊ extinguat illum. Sic oportet ⁊ monachum facere omni hora: vt quando cogitatio turpis succensa fuerit ab inimico: tunc aquaz. i. orationes ꝓtinuas effundat ⁊ extinguat illam. S.cxcvij.

decōne ſimile ꝙ malas cogitatiōes

ſimile

Abbas zenon dum esset in scitbia: egressus est nocte de cella sua ambulare per beremū Et factum est dum lōgius processisset errauit: tres noctes dieszq̄ ambulās: ⁊ cecidit fatigatus vsq̄ ad mortem. Et ecce sterit ante eum infans babens in manu sua panem: ⁊ dixit ei: exurge ⁊ comede. At ille exurgens oravit: timuit enim fantasiaz esse. Cui infans dixit. benefecisti q̄ orasti: mō ergo surge ⁊ comede: cui abbas zenō nō acquieuit nisi sēdo ac tertio orasset. Et cū ille laudaret: qz orabat. Jam tunc surrexit ⁊ comedit: post bec dixit ei infans quantū tempus ambulasti: tantuz longe es a cella tua. Sz surge sequere me: ⁊ mox inuentus est ante cellā suā Dixit ergo ei senex. Ingredere in cellam meā: ⁊ fac orationem. Et ingresso sene in cellam suam ille non comparuit. S.cxcviij.

orabat assi-
mig ꝗntꝫ ceꝑ

ABbas daniel referebat de beato Arsenio: eo ꝙ sabbatorum dieveſpere ſolem relucentem poſt doꝛſum ſuum dimittebat in oratione perſiſtens extendenſq; ad celū manus non deſiſtebat orare niſi iterum ſequenti die ſol ſurgēs oculos ei⁹ impleſſet. Ceteras autem noctes peruigiles ducebat ꝛ ppe diluculo cū vellet pax ꝓ nature fragilitate deſcere: dicebat ſomno: veni male ſeruet: ꝛ mox claudens oculos, deſcere parū ſomni ſedendo ſurriebat ꝛ ſtatim exurgebat. ℣.cxcix.

ſōnū: malꝫ ſ
vng vocabat.

VEnerunt aliquando ad abbatez Lucium in Thennatum monachi qui dicebantur cochiti. boꝛ: eſt orantes. Et interrogabat eos ſenex dicens Quod eſt opus manuū veſtraꝝ Et illi dixerūt: nō contingim⁹ aliq̄d opus manuū ſed ſicut dixit apl's ſine intermiſſione oramus: dixit eis ſenex: ꝛ nō māducatis? Illi aūt dixerunt. Et māducamus: ꝛ dixit eis ſenex. Quādo ergo comeditis quis oꝛabit ꝓ vobis? Et iterꝝ interrogauit eos dicens. Non dormitis? Et dixerunt. Dominus. ꝛ dixit ſenex. Et cum dormitis quis ꝓ vobis oꝛat? ꝛ non inuenerunt ad hec quid reſponderent illi. Et dixit ſenex. Ignoſcite mihi fratres: q̄ nō facitis ſicut dixiſtis. Ego autem oſtendo vobis: q̄ operans manib⁹ meis ſine intermiſſione oꝛo. Sedeo eñ iuuante deo infundēs mihi paucas palmulas: ꝛ facio ex eis plectas ꝛ dico. Miſerere mei de⁹ ſm̄ magnā miſericordiā tuā. Et ſm̄ multitudinē miſerationū tuaꝝ dele iniquitatem meā. Et dixit eis: ꝛo eſt an nō? Et dixerunt ēt Et dixit iterū. Quando ꝓmaneo tota die laboꝛans ꝛ oꝛās facio plus minus quindecim nummos: ꝛ pono ex eis ad oſtium duos: ꝛ reſiduum manduco: ꝛ qui acceperit illos duos denarios: oꝛat ꝓ me tēpoꝛe quo ego manduco vel dormio. Atq̄ ita per gratiam dei ꝛmpletur mihi quod ſcriptum eſt. Sine intermiſſione oꝛate. ℣.cc.

q̄ſine inter-
miſſione ora-
bat

ABbas Macharius dū ſemel de ſcithia poꝛtās ſpoꝛtellas quas texerat grade reture: vie laboꝛis deſeſſus reſedit ꝛ dixit Deus tu ſcis: q̄ amplius non valeo ambulare. ꝛ mox inuentus eſt ad fluuium. vnde adhuc per multum aberat interualum itineris. ℣.ccj.

baſiliſcū videt

ABbas ammon veniens in deſerto ad quendam locum baurire aquam vidit⁹ baſiliſcum ꝛ iactans ſe in faciem ſuam dixit. Domine aut ego moꝛiturus ſum aut iſta beſtia. Moꝛ baſiliſcus per virtutem dei diſſipatus eſt. ℣.ccij.

ABbatis Beſarionis diſcipulus noie dulus cum quadam die cum ipſo pariter iuxta litꝰ maris ambularet: cōtigit eū multū ſitire. ꝛ dixit ſeni. Sitis me macerat pr̄. At beatus beſarion facta oꝛatione iuſſit eū aquam de mari tollere ꝛ bibere. Quod cū feciſſet ꝛ dulciſſimā aquā reperiſſet vaſculū quod ſecū poꝛtauit: ſipleuit. Quod cū vidiſſet abbas beſarion dixit ad eū. Quare ſpleſti vas aqua fili? At ille dixit. Indulge mihi pr̄: timeo ne forte in ante ſitiam Cui ſenex dixit. Indulgeat tibi dominus fili: quia ꝛ vbiq̄ deus eſt ꝛ poteſt tibi dulcem aquam preſtare. ℣.cciij.

SEnex quidam narrauit ꝙ aliquis frater cuz conuerti voluiſſet ꝛ pbiberet a matre ſua ipſe non acquieſcebat ab intentione ſua dicens. Saluare volo aīam meā. Illa vero multū renitens: cuz deſideriū eius impedire non poſſet: poſtea ꝓmiſit. Abiens aūt factus eſt monachus ſub negligētia vitam ſuā expendens. Contigit aūt vt mater ipſi⁹ moreretur ꝛ poſt tp̄s aliquod ꝛ ipſe infirmatus eſt infirmitate magna. Et cū fact⁹ fuiſſet in exceſſu mentis venit ad iudiciū ꝛ inuenit matrē ſuā cum bis q̄ in pena iudicabant. Illa aūt vt vidit eū obſtupuit ꝛ dixit. Quid eſt hoc fili. Et tu in hūc locū deduct⁹ es condemnandus: vbi ſunt ſermones tui quos loquebaris dicendo. Saluare volo animā meā. Confuſus aūt in his q̄ audierat ipe doloꝛe ſtupid⁹ factus eſt: ꝛ ſtabat non habens quid matri ſue reſpōderet. Iuxta diſpenſationē autem miſericordie dei poſtea q̄ hec vidit contigit vt repararet ꝛ euaderet ab infirmitate. ꝛ cogitans apud ſe. diuinit⁹ factam eſſe huiuſmodi viſionem: includens ſe de cetero ſedebat ꝛ cogitabat de ſalute ſua: penitēs ꝛ plorans de his que egerat ſub negligentia prius. Tanta autem erat ei intentio vt multi eū rogarēt indulgere ſibi paululum ne forte leſionem aliquam pateref de fletu: quem ſupra modum ſibi inducebat. Ille tunc nullo mō conſolari volebat dicens. Si ipſe ꝓperium matris mee ſuſtinere non potui quō chriſti ꝛ ſanctoꝝ angeloꝝ eius aduerſum me confuſionem potero in die iudicij ſuſtinere. ℣.cciij.

QUidam frater ſedebat in egypto: in magna humilitate ꝓcipuus: ꝛ habebat ſoꝛoꝛem in ciuitate meretricem: que multis animabus pditio fuerat. Frequenter enim in ultabant ſenes fratri illi: ꝛ vix potuerunt ei perſuadere vt veniret ad eam: quatenus per admonitionem eius poſſet peccatuz quod per eam fiebat euincere. Cū aūt veniret ad locum: quidaz ex notis eñ videns p̄ceſſit ꝛ nūciauit illi dicens. Ecce frater tuus venit ad te. Illa autez pregaudio relictis amatoꝛibus ſuis quib⁹ miniſtrare conſueuerat capite diſcooperto ad occurrenduz fratri egreſſa eſt. Dum ergo tēptaret eum complecti dixit ei. Soꝛoꝛ mea chariſſima parce anime tue q̄m multi ꝓpter te peunt ꝛ quēadmodum poteris ſufferre amara illa ꝛ eterna tormenta. Illa aūt contremiſcens dixit ad eum. Scis frater q: mihi eſt ſalus vlla an non? Cui ille dixit. Si volueris eſt tibi adhuc ſalus. Illa autem iactans ſe ad pedes fratris ſui petebat vt eam ſecū deduceret in deſertuz. Cui frater dixit. Vade opi caput tuū ꝛ ſequere me Cui illa. Eamus opz eñ me inter boues deformari nudo capite ambulātē q̄ſin officinā peccati mei iterū ingredi. Dum aūt pariter ambularent monebat eā ad pniam. ¶ Videns aūt q: quidā obuiarēt. ſibi dixit ei. Q̄ſi necdū oēs ſciūt q̄ ſoꝛoꝛ mea es: ſecede parum de via donec tranſeant. Et poſt trāſgreſſos

meretrix q̄ cito iuit ad relig.

a de rege ab antonio epheſo q̄ exulbeſtebat.
ex deſertu vſq.

b pennia in veſta ſepelitur in monacho.

illos vocat eam. Eamus ſoꝛoꝛ viā noſtrā. Illa autē non rndente: ꝙ quirens inuenit eā mortuā. ꝛ veſtigia pedū eius plena ſanguine. Erat enim diſcalciata. Cum aūt ſenibus renunciaſſet factū ꝓtendebāt inter ſe de ſaluatione eius. Manifeſtauit aūt de⁹ vni ſeni de ip̄a: eo q̄ nulla illi cura fuit in itinere de coꝛporali vſu: ſed vulnus ꝓprium cōtemnens: ꝛ in tam grandi perditione ſua ſuſpiras ideo: pro deuotione cordis eius ſuſcepit deus penitentiam eius. ℣.ccv.

QUodam tpe cum beatus Anthonius a ſancto athanaſio alexandrie epo ꝓpter cofutationem hereticoꝝ in vbe eſſet adductus pret it ad eū Didimus vir eruditiſſimus captus ocul. Cū q̄ multa de ſcripturis ſanctis loquerenf inter ceteras ſermocinationes: quas de ſanctis voluminib⁹ habebant cum Anthonius miraref ingeniū eius: ꝛ acumen animi eius collaudaret: ſciſcitās ait ad eū Non triſtis es ꝙ oculis carneis careas? Et cuz ille pudoꝛe reticeret: ſcdo tertioq̄ eū iterogās Anthonius tandē elicuit vt meroꝛē animi ſimpliciter fateretur. Cui anthonius ait: Miroꝛ prudentē virū ei⁹ rei dolere damnū quā formice ꝛ muſce ꝛ culices habent, ꝛ non potius letari illi⁹ poſſeſſione: quā ſancti ꝛ apoſtoli meruerunt. Melius enim multo eſt ſpiritu videre q̄ carne ꝛ illoꝝ oculos poſſidere in quos peccati feſtuca non poſſit incidere: q̄ illos qui ſolo viſu per concupiſcentiam poſſunt hominem in interitum gehenne mittere. ℣.ccvj.

QUidam frater ex nitria parcioꝛ magiſq̄ auarioꝛ. ꝛ neſciens triginta argenteis dñm teſuz venditū: centū ſolidos quos lina texendo collegerat: moriens dereliquit. Initū eſt aūt conſilium inter monachos. Nam eodem in loco circiter quīq̄ milia dimiſſis cellulis habitabant. quid facto opus eſſet. Alij pauperibus diſtribuendos eſſe cenſebāt. alij dandos eccleſie. nōnulli parentib⁹ eius remittendos. Macharius vero ꝛ pābo ꝛ Iſidorus ꝛ ceteri ſenioꝛes patres ſancto in eis loquente ſpiritu decreuerūt infodiendos eſſe cū dño ſuo dicentes. Pecunia tua tecū ſit in pditionē. Ne hoc crudelit quiſq̄ putet factū tant⁹ terroꝛ: ꝛ pauoꝛ ꝓ tota egypti cunctos monachos inuaſit. vt vnū ſolidū dimiſſe grādis apud eos ſit criminis. ℣.ccvij.

ERat q̄dā adoleſcens grecus in egypto cōſtitutus in cenobio: qui nulla cōtinentia: nulla operis magnitudine flāmas poterat carnis extinguere. Cunq̄ ad patrē monaſterij hec eius tētatio fuiſſet plata: hac ille eū arte ſeruauit. Imperauit cuidā viro graui ꝛ aſpero: vt ſurgīs atq̄ cōuitijs inſectaref adoleſcentē: ꝛ poſt irrogatā iniuriā ꝛm⁹ veniret ad querimoniā. Cūq̄ ſperata ſibi pficeret ī ſup vocati teſtes p eo loquebanf: qui contumelijaz adoleſcenti fecerāt. At ille cepit fleref ꝫ mendaciuz quotidie gemens: quotidie lachrymas fundens ſedebat ſolus: q: amaritudine repletus erat: omnicq̄ auxilio deſtitut⁹ ad ieſu pedes iacebat. Quid multa? adoleſcēs q̄ndā mat⁹ tenet ne earnis aſſus abbate.

a ℣ vādo exi
mig ſalm.

Finit liber adhortationum patrum.

¶ Incipit libellus de ꝓfectu patrum.

INterrogauit quidā frater abbatē Anthoniū dicēs. Quō placebo dño. Reſpondens ſenex. Que mādo tibi cuſtodi. Quocūq̄ vadis deuz ſemper habe pre oculis: ꝛ in bis que ag's teſtificationē ſanctaꝝ ſcripturaꝝ adhibe: ꝛ in quocunq̄ loco ſederis non cito inde mouearis. Hec tria cuſtodi ꝛ ſaluus eris. Interrogauit abbas Pambo abbatē Anthoniū dicens. Quid faciā. Reſpondit ei ſenex. Noli eſſe in iuſticia tua confidens: neq̄ penitearis de re tranſacta ꝛ continēs eſto lingue tue ꝛ ventris. ¶ Dixit ſanctus Gregorius: ꝙ tria exigit deus ab omni homine qui eſt baptiſmum conſecutus: videlz fidem rectam ex tota aīa: veritatem linguę ꝓtinentiā ꝛ caſtitatē coꝛporis. ¶ Dixit abbas euagrius q: dicebāt quidā patrū ꝙ ficcioꝛ ꝛ non inequalis victus charitati cōiunctus: citius introducat monachū in portū impaſſibilitatis. Iterum dixit. Nunciata eſt cuidā monacho moꝛs patris ſui. Et ille ait ad eū qui nūciabat. Define inq̄t blaſphemare. Deus enim pater immoꝛtalis eſt. ¶ Dixit abbas Macharius abbati zacharie. ¶ Dic mihi quod eſt opus monachi. Dixit ei. Me interrogas pater. Et dixit ei abbas macharius Certus ſuz de te fili zacharia eſt enim quod me pulſat vt interroguez te. Dixit ei zacharias. Quantum eſt ad me pater hoc puto: quoniam quicunq̄ ſemetipſum neceſſitatibus ſubiecerit atq̄ coegerit ipſe eſt monach⁹ ¶ Dicebant de abbate Theodoꝛo cui prenomen eſt firme. quia hec tria capitula haberet ſupra multa. i. nihil poſſidendi: abſtinendi: homines fugiendi. ¶ Dixit abbas Johannes nanus. Ego volo hominem ex omnibus virtutibus percipere. Itaq̄ ꝓ ſingulos dies ſurgens mane de omni virtute ſume principium ꝛ mandata cuſtodi in magna patientia cum timoꝛe ꝛ longanimitate: in charitate dei cum bono ꝓpoſito aīe ꝛ coꝛporis ꝛ humilitate multa: in patientia ꝛ tribulatiōe coꝛdis ꝛ obſeruatiōe in oratione multa ꝛ ſupplicationibus cum gemitibus in puritate ꝛ munditia linguę: ꝛ cuſtodia oculoꝝ: in iniuria patiens ꝛ non iraſcens: pacificus ꝛ non reddens malum ꝓ malo: non attendēs ad inuidiam alioꝝ atq̄ temetipſum exaltes: ſed eſto ſubditus ꝛ humilioꝛ omni creature: renunciando omni materie coꝛporali: et his que ſm̄ carnem ſunt in cruciatu in certamine: in humilitate ſpiritus: in

monachg ille
ē q̄ſe neceſſi
tatibꝫ ſubiere
rit.

bona voluntate ⁊ abstinētia spiritualī: in ieiunio: in penitētia: in fletu: in certamine pugne: in discretione iudicij: in charitate anime: in pceptione boni cuz quiete: in opere manuum tuarum: in nocturnis vigilijs: in fame ⁊ siti: in frigore ⁊ nuditate: in laboribus: includens te in sepulchro tanq̄ iam mortuus vt videatur tibi esse proxima mors omni die. ¶ Dixit abbas Joseph thebeus. Quia tres ordines sūt bonorabiles in conspectu domini. Primus quādo homo infirmatur ⁊ adijciuntur ei temptationes: ⁊ cum gratiarum actione suscepit eas. Secūdus autem est quando aliquis omnia sua opera facit munda corā domino nil habēs humanum. Tertius vero est quando aliquis sedet in subiectiōes pceptī patris spiritualis: ⁊ omnibus propijs renunciat voluptatibus. ¶ Narrauit abbas Lassianus de quodā Johanne abbate qui erat primus congregatiōis q̄ magnus fuerit in vita sua. Hic cum moriturus esset ⁊ discessurus cum hylaritate et proposito mentis ad dominum circūdederunt eum fratres rogantes verbū aliq̄d cōpendiosum ⁊ salutare loco hereditatis sibi ab eodē relinqui: p quod possent ascendere ad pfectionē que est in xp̄o. Ille aūt ingemiscēs ait. Nunq̄ feci propriam voluntatē: nec aliquē docui quicq̄: quod ego primus ipse non fecerim. ¶ Frater interrogauit senem dicens. Que res sit bona est quam faciaz vt viuā in ea. Et dixit senex. Deus solus scit quod bonuz est: sed tñ audiui: qz interrogauit vnus patrum abbatē Nesteronem magnum qui erat amicus abbatis antbonij. Et dixit ei. Quid est opus vt faciam. Et rñdit ei. Non sunt omnia opa equalia. Scriptura dixit. Quia abraaz hospitalis fuit ⁊ deus erat cum eo. Et helyas diligebat quietē ⁊ erat cum eo deus. Et dauid humilis erat: ⁊ deus erat cuz ipso. Quod ergo vides animam tuam sm deū velle hoc fac ⁊ custodi eo: tuuz. ¶ Dixit abbas pastor. Quia se custodire semetipz considerare: ⁊ discretionē habere: hec tria opationes monachi sunt. ¶ Frater quidam interrogauit eum dicēs. Quomodo debet homo conuersari. Respondit ei senex. Uidimus Danielē quia nō est inuenta in eo accusatio: nisi de seruitio quod exhibebat deo suo. Dixit iterum. Quia paupertas ⁊ tribulatio he sunt operationes solitarie vite. Scriptum est enim. Quia sic fuerunt hi tres viri Noe: Job et Daniel. Noe personam habet nihil possidentium. Job autem personam tribulatorum. Daniel vo discernentium. Si ergo fuerint he tres actiōes in homine deus habitat in eo. ¶ Dixit abbas pastor. Si duas res oderit monach⁹: potest liber esse ab hoc mundo. Et dixit frater. Que sunt iste. Et dixit senex. Carnalē repausationē ⁊ vanam gloriam. ¶ Dicebāt de abbate Pambo: quia in ipsa hora qua decedebat ex hac vita: dixit astantibus sibi sanctis virīs: quia ex quo veni in hunc locum solitudinis: ⁊ fabricaui mihi cellam ⁊ habitaui hic extra laborē manuum mearum non recolo me comedisse panem alio quo modo: nec comedere voluisse: nec penituisse de sermone: quē locutus sum vsq̄ ad hāc horā: ⁊ sic vado ad dñm: quasi q̄ nec initiū fecerim seruiēdi domino. Dixit abbas Sisoys: esto ptēptibilis: ⁊ volūtates tuas post tergū tuū, pjice: ⁊ esto liber ⁊ secura secularib⁹ curis: ⁊ habebis requiē. Abbas cames cum esset moriturus dixit filijs suis. Nolite habitare cū hereticis: nec habeatis noticiā iudiciū: nec sint manus vestre aperte ad aliq̄d cōgregandū: sz sint magis extēse ad tribuēdum. ¶ Frater interrogauit senem dicens. Quō venit timor dei in homine? ⁊ dicit senex. Si habet homo humilitatem ⁊ paupertatem: ⁊ non iudicat alterum: sic venit in eum timor dei. Dixit senex. Timor ⁊ humilitas ⁊ egestas victualium ⁊ plāctus in te sint. ¶ Dicebat ergo quidā senum. Quicq̄d odio habes: alij ne facias. Si odis qui tibi male loquūt: nec⁊ tu male loquaris de aliquo. Si odio habes quis tibi calumniam facit: nec⁊ tu facias alicui calūniam. Si odio habes qui tibi calūniam dicit aut iniurijs afficit: aut aufert q̄ tuum est: aut aliq̄d tale facit: tu nihil horū facias cuiq̄. Qui ergo hoc verbum custodire potest: sufficit ei ad salutē. Dixit quidam senex. Vita boni monachi ⁊ opera est obedientie meditatio ⁊ vt non iudicet: aut non loquat: aut nō murmuret. Scriptum est enī. Qui diligitis dīm odite malum. Monachi igitur vita hec est. Non ingredi cū iniusto: nec videre oculis suis mala nec⁊ curiose agere aut audire aliena: nec⁊ manibus rapere: sed manibus tribuere: nec⁊ superbire corde: nec⁊ cogitatione malignari nec⁊ ventrem implere: sed cum discretione: omnia agere: ecce in his est monachus. Dixit quidam senex. Roga deum vt det luctum in corde tuo ⁊ humilitatē ⁊ respice semp in peccatis tuis ⁊ non indices alios sed esto subditus omnibus: ne habeas amicicias cum mulieribus: nec⁊ cuz pueris: nec⁊ cū hereticis. Abscinde a te fiduciam ⁊ retine linguam tuam ⁊ ventrē: ⁊ abstine a vino: ⁊ si aliqs loquit de quacūq̄ cā: noli cōtēdere cū eo: sed si bene dicit dic sic esse: si autē male: dic ei: tu scis qō loqueris. Et ne contēdas cum eo de his que locutus est: ⁊ tunc erit mens tua pacifica.

¶ Finit liber de profectu patrū.

¶ Incipit liber de quiete.

Dixit abbas Antbonius sicut pisces si tardauerint in ficco moriuntur ita ⁊ monachi tardātes extra cellam: aut cum viris secularibus immorantes a quietis pposito resoluuntur. Opz ergo sicut piscem ad mare: ita ⁊ nos ad cellā reuerti: ne forte foris tardantes obliuiscamur interioris custodie. Dixit iterum. Qui sedet in solitudine: ⁊ quiescit a trib⁹ bellis eripit. i. auditus locutionis: ⁊ visus: ⁊ cōtra vnū tantūmodo habebit pugnam. i. cordis. ¶ Abbas arsenius cū adhuc eēt in palatio orauit ad dīm dicens. Dñe dirige me ad salutē. Et venit ei vox dicēs. Arsen. fuge homines ⁊ salvus eris. Jdē ipse descēdens ad monachalē vitam rursuz orauit eūdē sermonē dicens. Dñe dirige me ad salutē. Audiuit q̄ voce dicētē sibi. Arseni fuge: tace: quiesce: hec em sunt radices non peccādi. Venit aliquando beate memorie Theophilus archiep̄s ad abbatē Arsenium cum quodam iudice ⁊ interrogabat senem archiep̄s volens ab eo audire sermonem. Paulisper autē tacens senex postea respōdit ad eum dicēs: ⁊ si dixero vobis custodietis. Ille autē q̄ miserunt se custodire: ⁊ dixit eis senex. Ubi cūq̄ audieritis Arsenium appropinquare nolite. ¶ Alia itez vice volēs archiep̄s videre eum: misit primo videre si aperiret senex: ⁊ remādauit senex ei dicēs. Si venis aperio tibi: sed si tibi aperio omnibus aperio: ⁊ tunc vltra hic iam non sedebo. Hec ergo audiēs archiep̄s dixit. Si cum pſecuturus vado: nequaq̄ vadā ad dominē sanctū. Venit aliquādo abbas Arsenius in quēdam locū: ⁊ erat ibi arundinetū ⁊ motum est a vēto: ⁊ dixit senex ad fratres. Quis est motus hic. Dicunt ei arundines sunt. Dixit eis senex. Uere si quis sedet cum quiete ⁊ audierit vocē auis: non habebit cor: eius eandē quietem: quanto magis vos habētes sonum barū dinum barū. Dicebant autē de eo: quia erat cella eius longe in miliaria triginta duo: ⁊ nō exibat cito: sed faciebant alij ei ministeria. Quando vo in solitudinē reductus est locū qui vocat scitbie exiuit plozās. ⁊ dicens pdidit mūdus romā ⁊ monachi scitbiā. Sedēte eodē abbate Arsenio aliquādo in canopo: venit vna matrona virgo de roma valde diues ⁊ timens deum: vt videret eum: ⁊ suscepit eam theophilus archiep̄s. Illa autē rogauit eum vt ageret cum sene vt videret eū. Qui abiens ad eum rogauit dicens. Aliqua matrona venit de roma: ⁊ vult te videre senex autē non acquieuit ei. Supradicta autē matrona audiēs hec iussit sterni animalia dicens. Credo in deū: quia videbo eū. Sunt em̄ in ciuitate nostra multi boies: sed ego veni solū pp̄ bonam hunc videre. Et cū venisset ad cellaz eiusdem senis: iuxta dei ordinationē inuentus est oportune foras cellam senex: ⁊ videns eum supradicta matrona: prostrauit se ad pedes eius. Ille aūt leuauit eam cum indignatione: ⁊ intuēs eam dixit. Si facie mea videre vis: ecce vide: illa autē pre verecūdia non consideravit facie eius: ⁊ dixit ei senex. Non audisti opera mea. Oportet enim videre quid necesse est. Quomodo autē presumpsisti tantam nauigationem assumere. Nescis q̄ mulier es: ⁊ nō debes exire quoq̄. An idcirco vēnisti vt vadas romā ⁊ dicas aliis mulieribus: qz vidi Arsenium: ⁊ faciāt mare via mulierū veniētiū ad me. At illa dixit. Si voluerit me deus reuerti romā nō pmitto aliquā venire huc. Sed ora p me ⁊ memor esto mei semp. Ille aūt respōdēs dixit ei. Ozo deū vt deleat memoriā tui de corde meo. Que audiens hec egressa est turbata: ⁊ cū venisset in ciuitatē: pre tristicia febricitare cepit. Et nunciatū est archiepō qz infirmaret: ⁊ venit ad eā cōsolandam interrogās q̄d haberet. Illa aūt dixit ei. Utinam non venissem huc. ¶ Dixi enim seni. memor mei esto. ⁊ dixit mihi. Ozo deū vt deleat memoriā tui de corde meo. ⁊ ecce pre tristicia moriar ⁊ dixit ei archiep̄s. Nescis quia mulieres ⁊ inimicus p mulieres sanctos viros impugnat. Propterea hoc dixit senex. nā p anima tua semp orat: ⁊ ita curata est mēs eius ⁊ discessit cum gaudio ad ppria. ¶ Dixit abbas euagrius abscinde a te affectiones multorū: ne mens tua in turbatione fiat ⁊ quietis dissipet modū. Frater q̄dā p applicuit i scitbia ad abbatē moysen: petēs abi eo sermonē ⁊ dixit ei senex. Uade ⁊ sede in cella tua: ⁊ cella docebit te vniuersa. Dixit abbas moyses: bō fugiēs homines similis est vue mature: q̄ aūt cū hominib⁹ puersat sicut vua acerba erit. ¶ Dixit abbas nylus. Impossibilis manet a sagittis inimici qui amat quietē: q̄ aūt miscet multitudini: crebra suscipit vulnera. ¶ Dixit abbas pastor. Initiū malorū est distēdere mētē. Dicebat itez. Quia bonū est fugere tpalia. Qñ enim bō est iuxta corpale bellū: assimilabit̄ viro stāti, supra lacū pfundissimū: vt quando visus fuerit inimico eius: facile eū deo? impugnat: si aūt a corpore alib⁹ longe fuerit: assimilabitur viro lōge posito a puteo ⁊ volēs eū inimicus pijcere deorsum: dū eū violēter trahit deus ei auxiliū dirigit. ¶ Dicebat aliqñ Abraabā discipulus abbatis syssoy ad eū. Pater senuisti: eamus parūp iuxta mūdū. Dicit ei abbas syssoys. Ubi non est mulier ibi eamus. Dicit ei discipulus eius. Et vbi est locō babēs mulierem: nisi forte in solitudine. Dixit ei senex. ergo in solitudine me tolle. Dixit ei abbatissa matrona: multi in mōte positi ea q̄ sunt popularia agētes perierūt. Oelt'est, enī vt cū multis sit ⁊ solitariā vitā agat volūtate: q̄ cū solus sit esse cū multitudine, pposito mētis. Dixit senex semp oz monachus emere quietē sibi, vt prēnat ēt si corpale cōtingat euenire dispēdiū. ¶ Narrauit q̄dā senex quia tres studiosi diligētes se facti sunt monachi. Et vn⁹ q̄dē ex eis elegit litigātes in pacē reducere iurta illud qō scriptū est. Beati pacifici. Secūdus vo visitare infirmos: tertius vo abijt quiescere in solitudinē. Prim⁹ ergo laborās pp̄ter lites hominū non poterat oēs sanare ⁊ tedio victus veniebat ad eū q̄ seruiebat infirmis ⁊ inuenit ēt ipm aīo deficientē: ⁊ non pualētē mādatū pficere ⁊ pcordantes bi duo abierūt videre illū q̄ in berem ī discesserat: narrauerunt q̄ ei tribulationes suas ⁊ rogauerunt vt dissereret eis quid ipse pficeret: ⁊ reticens paululum mittit aquam in cipbum: ⁊ dixit eis. Attēdite in aquā. Et erat turbulēta. Et post modicum dicit. Attendite modo quō limpida facta est aqua. Et cūi ītēdissent in aquam: vident tanq̄ in speculo vultus suos. Et tunc dixit eis. Sic est q̄ in medio hominū cōsistit. Pre turba enim nō videt peccā sua. Cū aūt quieuer-

tres ordines honorabiles apud deū.

nō enim hūc cōmia venimus.

cenobiales monachi.

Pme: Jacob: et Danielē q̄ tres intellexit.

monachus duo debet ēē liber ab hoc mūdo.

monachus debet q̄ vice sep.

solitudo q̄dā similis q̄ aīe dete.

hō fugiēs homines similis vue.

timor dei collag summit.

rit ⁊ maxie in solitudine:tūc delicta sua cōspiciet.

¶Finit libellus de quiete.

¶Incipit liber de compunctione.

De abbate arsenio qz totū tps vite sue sedens ad opus manuum suaz pānū habebat in sinu ppt lachrymas que crebro currebāt ex oculis ei⁹. Frater q̄dā interrogauit abbatē amonē dicens. Dic mihi aliqd ỹbū. Dixit ei senex. Vade ⁊ talē faciem cogitationē tuā sicut faciūt iniqui qui sunt in carcere. Illi enī interrogāt boies vbi est iudex:⁊ qñ venit. Et ipsi expectatione pene suaruz ploratorum:ita ⁊ monachus dz semp suspectus esse ⁊ animā suā obiurgare dicēdo. Veh mihi quō astare baboante tribunal xp̄i:⁊ quō babeo ei actuū meoz reddere rōnem? Si igitur sic semp meditatus fueris poteris saluus esse. Dixit abbas euagrius. Luz sedes in cella collige ad te sensum tuū ⁊ memor esto diei mortis ⁊ tūc vide corpis tui mortificationem. Cogita cladē:suscipe doloꝛē:boꝛeat tibi mūdi istius vanitas. esto modestus ⁊ sollicitus vt possis semp in eodē quietis ppōsito ꝓmanere:⁊ nō infirmaberis. Memorare etiam eoꝝ q̄ in inferno sunt:cogita apud teipsum quomodo sunt mō ibi anime in q̄ amaro filētio:aut in q̄ pessimo gemitu vel in quali metu ac certamine:aut in quali expectatione ⁊ doloꝛe:⁊ sine mitigatione infinite lachryme sunt ibi. Sed ⁊ diei resurrectionis nouissime memor esto:⁊ illud diuinū boꝛēdum atq̄ terribile imaginare extremum iudicium. Adduc ad medium repositā peccatoribus confusionē quam passuri sunt in ꝓspectu dei ⁊ xp̄i eius:⁊ coram angelis ⁊ archangelis potestatibus ⁊ vniuersis hominib⁹. Sed ⁊ supplicia omnia ignē eternum ve:mē conscientie immoꝛtalē:tartari tenebras ⁊ sup omnia dētium stridoꝛes:timoꝛes ⁊ toꝛmēta. ¶Adduc etiam ad memoriam ⁊ bona que sunt iustis reposita:fiduciā ante deū patrē ⁊ xp̄m eius coā angelis ⁊ archangelis:⁊ potestatibus:atq̄ omni plebe regnuz celoꝝ:⁊ dona eis gaudiū ⁊ requiē. Utroꝝq̄ boꝝ cōmemoꝛationē habe apud te ⁊ sup iudicia quidem peccatoꝝ ingemisce ploꝛa vestire luctu imaginē: metuens ne ⁊ tui ipse hec incurras. super bona vero iustoꝝ reposita gaude ⁊ exulta ⁊ letare:⁊ bis quidē frui festina ab illis vero effici alien⁹. Vide ne oblinīscaris aliquādo fluentia cellam tuam fis:siue foris alicubi:et memoriam boꝝ ne abijciat mens tua vt ꝑ hec soꝛdidas saltē ⁊ noxias cogitationes possis euadere. ¶Dixit abbas helias. Ego tres res timeo:vnam quando egressura est anima mea de coꝛpoꝛe:aliam quando occursurus sum deo:tertiam qñ aduersum me ꝓferenda fuerit sententia. ¶Sancte memoꝛie Theophilus archiepō cuz moꝛitur⁹ esset dixit, Beatus es abba Arseni:qz semp hāc boā ante oculos habuisti. Dicebāt patres:qz manducantib⁹ aliqñ fratribus in charitate rigitvnus fratrū ad mensaz. Et vidēs cum abbas Johannes fleuit dicēs, Quid putatis bz iste frater in coꝛde suo qz rīsit cuz debuisset fleꝛe:qz agapē māducat. ¶Dixit abbas Jacobus:qz sicut lucerna obscurū cubiculū illuminat:ita timoꝛ dñi si venerit in coꝛ boīs illuminat eū ⁊ docet oēs virtutes ⁊ mādata dei. ¶Interrogauerūt q̄dā patrū abbatē macharium egyptium dicentes. Quō sic ⁊ qñ māducas ⁊ qñ ieiunas coꝛp⁹ tuuz siccū est. Et dixit eis senex:sicut lignū in manu bominis cū quo fructices in igne versant atq̄ reuersant semp ab igne cōsumi:⁊ ita si hō mūdauerit mētē suā in timoꝛe dei:ipse timoꝛ dei ēt ossa eius cōsumit. ¶Diserūt aliqñ senes de mōte nytro ad Abbatē Macharium in scitbia rogātes vt veniret ad eos:alioqn scīret oēm multitudinē:si ipse nō veniret ad se esse vēturā qñ desiderarēt eū videre ante q̄ migraret ad dñm. Qui cū venisset ad montē cōgregata est oīs multitudo fratrū ad eum. Rogabāt aūt senes vt faceret ỹbū aliqd ad frēs. Ille aūt lachrymās ait. Ploꝛemus fratres ⁊ ploꝛemus oculi nostri lachrymas anteq̄ eamus hinc vbi lachryme nostre coꝛpa nostra cōburāt. Et fleuerūt oēs ⁊ ceciderūt proni in facies suas dicētes. Pater oꝛa pro nobis ¶Preteriēs aliqñ abbas pastoꝛ in egypto:vidit mulierē in monumēto sedētē ⁊ flētē amare ⁊ dixit, Si veniāt oīa delectabilia mūdi huius:nō trāsferūt animū istius a luctu:ita ⁊ monach⁹ semp dz luctum habere in semetipso. ¶Alia vice trāsibat cū abbate anub in partib⁹ Dyolcbi:⁊ veniētes circa monumēta moꝛtuoꝝ vidēr mulierē nimis cedentem sepulchris flentē amare. Qui stātes ītēdebant in eā. Paululū aūt procedētes occurrerūt cuidā:⁊ interrogauit eū abbas pastoꝛ dicēs. Quid bz mulier ista q̄ sic ploꝛat amare. Dixit ei. moꝛtuus est maritus eius ⁊ filius ⁊ frater. Et rūdens abbas pastoꝛ:dixit abbati anub. Dico tibi q̄ nisi homo oēs voluptates carnis fue, moꝛtificauerit ⁊ possederit luctū hūc nō pōt monachus fieri. Tota enim vita mulieris istius mēs in luctu est. Dixit iterum abbas pastoꝛ. Luctus duplex est qui opatur:⁊ qui custodit. Frater quidam interrogauit eum dicēs:quid facis. Dixit ei. Quando venit abrahā in terram ꝓmissionis: monumētum sibi comparauit:⁊ p sepulchruz terram in hereditatē accepit. Dixit ei frater. Quid est sepulchū. Et dixit ei senex. Locus flendi ⁊ lugēdi. ¶Sancte memorie Athanasius rogauit abbatē pambon descēderet de beremo in Alexandriam. Qui cum descēdisset vidit ibi mulierē theatricam:⁊ lachrymatus est. Interrogatus autem ab his qui aderāt quare fuerit lachrymatus:dixit inquit res me mouerunt. Una de illius ꝓditione. Alia quia ego non habeo tale studiuꝫ placēdi deo quale bz ista vt homi-

memorā da ꝑ scripg dicta.

ā timenda.

x mulier theatrica, ꝓp duo moꝛe debēt videres: ad luctū et nō ad risū

nibus turpib⁹ placeat. ¶Abbas Siluanus sedēs aliquādo cum fratrib⁹ factus est in excessu mētis ⁊ cecidit in faciē suam:⁊ post multū tēporis surgens ploꝛabat:⁊ rogauerunt eum fratres dicētes. Quid habes pater. Ille autē tacebat ⁊ flebat. Compellētibus autē eum dixit illis. ego ad iudicium raptus sum:⁊ vidi multos de habitu nostro euntes ad toꝛmēta:⁊ multos seculares ad regnum celoꝝ:⁊ ingebat senex ⁊ nolebat deinceps exire de cella sua sedē si exire cogebatur operiebat caputio faciē suā dicēs. Quid necesse est videre lumē istud tēporale in quo nihil est vtile. ¶Dixit sancte memorie syncletice. Laboꝛ est ⁊ certamē magnum in primis qui cōuertunt ad dominū:nā postea inenarrabile gaudium. Sicut enī qui ignē accēdere volunt prius fumantur ⁊ ex fumi molestia lachrymātur:sic qui obtinēt quod voluntr etenī scriptuz est:qz deus noster ignis consumēs est. Itaq̄ opoꝛtz nos diuinū ignē cum lachrymis atq̄ laboꝛibus in nobisipsis accendere. ¶Dixit abbas Hyperichius. Noctē ⁊ die laboret monachus vigilans ⁊ in oꝛationibus ꝑmanens pungens autē coꝛ suum ꝓducit lachrymam ⁊ celitus ꝓuocat misericoꝛdiam. Applicuerūt fratres ad abbatē felicē babētes secū aliquos seculares:⁊ rogauerūt eū vt diceret eis sermonē. Illis aūt diutius rogantibus:dixit ad eos. Sermonē vultis audire? Qui dixerunt. Etiaz pater. Dixit ergo senex. Modo non est sermo. Quōdam aūt interrogabant senioꝛes ⁊ faciebāt fratres q̄ dicebantur ab eis:⁊ triduo habebat deus quō loquerētur. Nunc autē qñ interrogant quidē:non autē faciunt q̄ audiunt:abstulit deus gratiam a senibus:vt nō inueniāt q̄d loquantur:qñ q̄ opetur nō est. Q̄d cum audissent fratres ingemuerūt dicētes. Oꝛa pro nobis pater. ¶Narrauerunt de abbate Oꝛ:⁊ de abbate Theodoꝛo:qz mississent caprinam pellē in cellam suam:⁊ dixerunt sibimet nicē. Si nos visitauerit deus modo:quid faciemus ⁊ flentes reliquerunt locum ex lateribus:⁊ sic recesserunt in cellas suas. ¶Narrauit quidā senex:q̄ aliquis frater cum conuerti vellet:ꝓhibereꝫ a matre sua. Ille aūt non quiescebat ab intentione sua dicēs. Saluare volo animam meā. Mater vero eius multum resistēs:⁊ cum desideriū eius impedire non posset postea ꝓmisit. Abiens aūt filius eius factus est monachus:⁊ sub negligentia vitam suaz expēdit. Contigit autē vt mater ipsius moꝛeretur:⁊ post aliquantum tēpus etiā ⁊ ipse infirmatus est infirmitate magna. Et cum factus fuisset in excessu mētis raptus est ad iudicium:⁊ inuenit matrem suam cum bis qui iudicabantur. Illa aūt vt vidit eum obstupuit ⁊ dixit. Quid est hoc fili, ⁊ tu in loco hoc condēnatus es. Ubi sunt sermones tui:quos loquebaris dicendo:saluare volo animam meam. Cō fulus autē in bis que audierat ipso doloꝛe stupefactus est:⁊ stabat non babēs quid matri sue respondere posset. Juxta dispēsationez autē misericoꝛdie dei. ¶Postea q̄ hec vidit contigit vt repararetur.

ꝑ q̄ a matre sua q̄ vetabat ꝓhibebat q̄ q̄ Xus et negligēs videt mīra in dei visione illū mirat⁹ q̄ cū dēpnat⁹.

Abbas Antbonius deficiēs in consideratione pfunditatis iudiciorum dei postulauit dicēs Dñe quomodo aliqui puo tempore vite sue moriūtur: ⁊ alij vltra decrepitam veniūt senectutem: ⁊ quare quidam egeni sūt ⁊ alij facultatibus ditant: ⁊ quō iniusti opulēti sūt iusti vero pauptate p̄munt? Et venit ei vox dicēs. Antboni ad teip̄m intende bec em̄ iudicia dei sunt ⁊ te scire ea non p̄uenit. ¶ Dixit abbas antbonius abbati pastori. Hoc est magnū opus bois: vt culpā suā sup se vnusquisq; ponat coraz dño ⁊ expectet tēptationē vsq; ad vltimū vite sue tp̄s. Dixit itez abbas Antbonius: vidi oēs laqueos inimici tēsos: ⁊ terra: ⁊ ingemiscēs dixit: quis putas transiet istos: ⁊ audiui vocē dicentē. Ibumilitas. Uenerūt aliq̄ senes ad abbatē antbonū: ⁊ erat cum eis ēt abbas Josepb. Uolens aūt abbas antboni⁹ probare eos mouit sermonē de scripturis sanctis: ⁊ cepit iterrogare a singulis quid esset boc: aut illud verbū ⁊ singuli ei dicebāt put poterāt. Ille aūt dixit. Neqd̄ inueniſtis. Post oēs vero dixit abbati Josepb. Tu quō dicis esse verbū boc: ille rñdit nescio: ⁊ ait Antbonius. Tu solus inquit inueniſti bumilitatis ianuā. Astiterunt aliq̄ abbati arsenio demones in cella sedenti ⁊ tribulabant eū. Supuenerunt autez ⁊ fratres qui ei ministrare soliti erant: ⁊ stātes extra cellā audiebant eū clamantē ad dñm ⁊ dicentem: dñe non me derelinquas: q̄ nibil boni feci coram te: sed p̄sta mibi p̄m benignitatē tuā saltē mō babere bene viuendi principia. ¶ Dicebāt de eo qui supra. Quia sicut dū in palatio esset: nemo meliozibus vestimentis eo vsus est: ita vt dū in cōuersatione moraref nemo eo vilioribus vtebaē. Cū interrogaret aliq̄ abbas arsenius quendā senem egyptiū de cogitationib⁹ suis. alius videns eū dixit Abba Arseni. Quō tu qui tante eruditōis es in latina lingua ⁊ greca rusticū istū de cogitationib⁹ suis interrogas Et ille respondit. Latinā quidā ⁊ grecā eruditōez q̄tum ad seculū apprehendi: sed alphabetū rustici illius necdū discere potui. Dicebant senes q̄ dederint quidā fratribus aliq̄ in scitbia paucas caricas: ⁊ p̄ boc q̄ pauce erant nō transmiserunt ex eis abbati arsenio: ne velut iniuriā patere⁊: ille aūt cū boc audisset nō est egressus iuxta morē ad op⁹ dei cum fratrib⁹ celebrandum dicēs: ex cōicastis meyt nō mibi daretis culogiā quā transmisit dñs fratribus: ex qua ergo nō fui dign⁹ accipe. Quod cuz audissent oēs edificati sunt in bumilitate senis: ⁊ vadens p̄sbyter portauit ei de caricis istis: ⁊ adduxit eum in p̄gregationē gaudentē. Dicebant aūt de eo q̄ nemo potuerit cōprehendere modū cōuersationis eius Sedente aūt eodē abbate arsenio aliq̄s i inferioribus p̄tibus egypti: cū illic ꝑ opportunitates pateref visum est ei derelinquere cellā illā. Et nibil ex ea tollēs dixit discipulis suis Alexādro ⁊ zoilo. Tu Alexander ascende nauē: ⁊ tu zoile veni mecū vsq; ad flumē: ⁊ quere mibi nauiculā in alexandriā cuntē ⁊ ita nauigabis ⁊ tu ad fratrē tuum. zoilus autē turbatus ē in verbo suo ⁊ tacuit atq; ita diuisi sunt ab inuicē. Descēdit aūt senex circa ptes alexādrie ⁊ egrotauit egritudine magna. Discipuli aūt eius dicebāt ad inuicē. Putasne aliqs nostrū p̄tristauit eum. ꝓpterea diuisus est a nobis: ⁊ nō inueniebāt in se ingratitudinis cām: neq; q̄ inobediētes ei aliq̄ fuissent. Cumvero sanus factus fuisset senex dixit ad semetipsum. Uadā ad patres meos: ⁊ ita navigans venit in locum qui dicit petra vbi erant supradicti ministri eius. Cuz vero esset iuxta flumen puella quedā ethiopissa veniēs tetigit melotē eius senex aūt increpauit eā. Illa vero dixit. si monach⁹ es vade in montē. Cōpunctus autē in bocverbo senex dicebat ad semetipm. Arseni si monach⁹ es vade in montē. Et inter bec occurrerunt ei alexander ⁊ zoilus discipuli eius. Et cuz ecidissent ad pedes eius piecit se ēt ⁊ ipse in terrā ⁊ flebāt simul. Dixit aūt senex. Nō audistis q̄ egrotaui. Et dixerunt ei ēt audiuimus ⁊ ille dixit. Et quare non venistis videre me: ⁊ dixit Alexander. Quia diuisio tua a nobis non fuit tolerabilis: q̄m multi ex ea contristati sunt dicentes. Nisi inobedientes fuissemus sentire quaq̄ se separasset a nobis: ⁊ dixit ei senex. ⁊ ego cognoui q̄ boc dicere⁊: sed cū itez dicturi sunt boies q̄ nō inueniēs columba requiē pedibus suis reuersa est ad Noe in arcbam. In boc ergo verbo curati sunt animi discipulox eius: ⁊ p̄manserūt cū eo vsq; ad vltimum vite sue tp̄s. Quo morti appropinquāte turbati sunt: ⁊ dixit eis. Nodum venit boza: cum aūt venerit indicabo vobis. Judicari autē babeo vobiscū ante tribunal xp̄i si permiseritis quenq̄ de corpore meo aliquid facere: ⁊ illi dixerunt. Quid ergo faciemus: q̄ nescimus mortuū vestire vel sepelire: ⁊ dixit senex. Nescitis mittere funē in pedē meū ⁊ trabere in montē. Cum aūt traditurus esset spm viderunt fratres eū flentē ⁊ dicunt ei. In veritate tu times mortē p̄: ⁊ dixit eis. In veritate em̄ timor qui in bac boza mibi est semp fuit i me ex quo factus sum monachus: ⁊ timeo valde. Atq; ita in pace obdormiuit Ille autē sermo semp in ore illius erat. Arseni ꝓpter quid existi. Loqui me semper penituit: tacere nunq̄. ¶ Audiens aūt abbas pastor q̄ ab bac vita discesserit Arsenius lacbrymatus est ⁊ dixit. ¶ Beat⁹ es abba Arseni: q̄ fleuisti te met ipsum in seculo isto. Qui enim se in boc mundo nō fleuerit sempiterne ploz̄abit illic: siue igitur volūtarie bic: siue illic tormentis cogentibus impossibile est non flere. Narrauit abbas daniel abbati Arsenio q̄ nunq̄ voluit loqui de questiōe aliqua scriptura: cū posset magnifice loqui si vellet: sed neq; epistolam cito scripsit ad aliquē. Oñ aūt ad cōuentuz post aliquantū tp̄is veniebat post colūnā sedebat: ne quis videret faciē eius ⁊ ne ipse attēderet alii. Erat autē visio eius angelica sicut iacob: canis ornatus crinibus: elegans corpore ficcus. tamen. Habebat autem barbam p̄lixam omnino attingentem vsq; ad ventrem eius. Pilt oculorum eius p̄ nimio eius fletu ceciderant: longus autez erat: sed senio longinquo curuatus. Mortuus est aūt annorum nonagintaquinq̄. Hic fuit in palatio diue memorie theodosij maioris qui fuit pater arcbadij ⁊ bonorij annos quadraginta: ⁊ decem annos in loco qui dicitur tbroben supra babyloniam contra ciuitatem membis. ⁊ tres annos in canopo alexandrie: ⁊ alios duos annos reuertens iterum in tbroben fecit: ⁊ ita dormiuit consūmans in pace ⁊ in timore dei cursum suum vir bonus ⁊ plenus spiritu sancto ⁊ fide. ¶ Narrauit aabas Jobannes: quia abbas Anub ⁊ abbas Pastor ⁊ residui fratres eorum ex vno vtero nati: monachi fuerunt in scitbia ⁊ quando venit illuc gens mazicorum: ⁊ desolauerunt locum ipsum: primo discesserunt illinc: ⁊ venerunt in locum qui dicitur tb remitbym donec deliberarent vbi habitare deberent ⁊ manserunt illic in templo quodam antiquo: paucos dies. Dixit autem abbas Anub abbati Pastori. Ostende charitatem vt tu ⁊ fratres tui ⁊ singuli seorsum habitemus: ⁊ non veniamus ad nos inuicem bebdomada bac. Et respondit abbas Pastor. Faciamus qualiter vis Et fecerunt sic. Erat autez ibi in templo statua lapidea ⁊ surgebat quotidie abbas Anub. ⁊ faciem statue illius lapidabat: vespere autem dicebat. Ignosce mibi. ⁊ tota bebdomada ita fecit. Die autem sabbato occurrerunt sibi inuicem: ⁊ dixit abbas Pastor abbati Anub. Uidi te abba bebdomada ista lapidantem faciem statue buius. ⁊ iterum penitentiam agentez apud eam. fidelis autem bomo bec non facit. Et respondit senex. Banc rem ego propter vos feci. Quando me vidistis lapidantem faciem statue illius. an locuta est aliquid: an furuit? Et dixit abbas Pastor. Non. Iterum quando apud eam penitentiam egi: an turbata est: aut dixit. Ignosce? Et respondit abbas pastor. Non. Et ille dixit. Ergo ⁊ nos q̄ sumus septem fratres: si vultis vt maneam⁹ simul efficiamur velut statua bec que contumelijs affecta non conturbatur: si autem non vultis ita fieri: ecce quattuor ingressus sunt templi buius: vnusq̄sq̄ qua vult exeat: ⁊ quo vult vadat. Illi autem bec audientes prostrauerunt se in terram: ⁊ dixerunt Anub. Quomodo iubes pater ita fiat: obediemus tibi in oībus que dixeris nobis. Postea autem retulit abbas Pastor dicens. Quia manducamus simul omni tempore vite nostre. operantes ⁊ facientes oīa sm verbū senis: quodcunq̄ dixerit nobis. Constituit aūt vnum ex nobis dispēsatorē: qui q̄cunq̄ nobis apposuisset: manducabamus: ⁊ impossibile erat vt diceret aliquis ex nobis: affer aliud aliquid: aut diceret: nolo illud manducare: ⁊ sic trāsiuimus omne tempus vite nostre cum quiete ⁊ pace. ¶ Dicebāt de abbate Ammone. Quia venerūt quidā ad eum petentes vt iudicaret inter eos. Senex aūt dissimulabat. et ecce quedā mulier ad aliā mulierem iurta se stantem dicebat. Senex iste fatuus est. Audiuit eam senex: ⁊ vocans illaz ad se dixit ei. quantos labores putas sustinui in solitudinibus diuersis: vt acquirerē fatuitatem istam: ⁊ propter te bodie ꝓditur⁹ sum. ¶ Narrauerunt de ep⁹

a demõ fuit tõma q machabeꝰ ieju nãdo vigilãdo ꝙ tñ vñ cit. humilitate machabeꝰ

monachus fatty episcopꝰ q̃re non poterat ꝑ vare virgo respmꝫ.

ciuitatis q̃ vocatur Oxirincus nomine abbas afus: quia cum esset monachus: nimis dure tractauerit vitaz suam: ⁊ cum factus esset episcopus voluit ipsa duritia vti in ciuitate quã i deremo habuerat ⁊ non p̃eualuit. Idcirco p̃strauit se in cõspectu domini dicẽs, Putasne domine ꝓpter episcopatum discessit a me gratia tua. Et reuelatuz est ei q̃ non: sed quia tunc solitudo erat: ⁊ cũ non esset homo deus tuus susceptor erat: nunc aũt hic in seculo es vbi homines auxiliant tibi. ¶ Dixit abbas Daniel: quia erat in babylonia filia cuiusdaz p̃incipis demonium habens. Pater autem eius diligebat monachum quẽdam. Dixit autẽ ei monachus ipse, Nemo põt curare filiam tuaz: nisi quos scio solitarios: ⁊ si perrexeris ad eos: non acquiescent hoc facere ꝓpter humilitatẽ. Sed hoc faciamus vt quando veniunt afferentes venalia que operãtur: dicatis vos emere velle quod vẽdũt: ⁊ dum venerint ad domuz p̃cium accepturi: dicem⁹ eis vt faciant oratiõnẽ: ⁊ credo quia saluabitur filia tua. Exeũtes ergo in plateam inuenerunt vnum discipulũ senis sedentem vt venderet sportas suas: ⁊ tulerunt eum secum in domum: vt quasi p̃cium sportarũ acciperent cum intrasset monachus ille in domũ: venit puella illa q̃a demonio vexabatur: ⁊ dedit alapã monacho illi. Ille autez conuertit ei ⁊ alteram maxillam sm̃ diuinum p̃ceptum. Demon coactus clamare cepit, O violentia mandatorum iesu xp̃isti expellit me hinc: ⁊ statim mundata est puella illa. Cum autẽ venissent ad senes: indicauerũt eis quod fuerat factũ: ⁊ glorificabãt deũ ⁊ dixerũt, Cõsuetudo est dyabolice superbie: humilitate mandatorum iesu xp̃isti cognuere. Dicit abbas euagrius, P̃incipiuz salutis est: si teipsum redargnis. ¶ Dixit abbas Serapion: quia multos labores corpales feci plus q̃ filius meus zacharias: ⁊ non puenit ad mẽsuram humilitatis ⁊ taciturnitatis eius. ¶ Abbas moyses dixit fratri zacharie, Dic mibi quid faciaz? Ille aũt hoc audiẽs: iactauit se p̃nous in terram ad pedes eius dicẽs, Tu me interrogas pater. Dixit ei senex, Crede mibi fili zacharia: q̃ vidi spiritũ sanctũ descẽdẽtẽ in te: ⁊ ꝓpterea cõpellor interrogare te. Tunc tollẽs zacharias cuculla suã de capite suo misit illam sub pedibus suis: ⁊ p̃culcans eã dixit: nisi ita cõculcatus fuerit homo: non põt monach⁹ esse. Dixit abbas pastor, Quia interrogauerat abbas Moyses fratrẽ zachariam: tpe quo moriebatur dicens, Quid vides: ⁊ ille dixit. Nihil melius q̃ tacere pater. ⁊ dixit ei, Fili verum est: quia tacere bonum est: hoc a autẽ mortis eius sedens abbas Isidorus respexit in celum ⁊ dixit, Letare letare fili mi zacharia: quia aperte sunt tibi ianue regni celorũ. ¶ Sancte memorie Theophilus episcopus alexãdrinus: venit aliquãdo ad montẽ Nytrie: ⁊ venit ad eum abbas mõtis illius: ⁊ dixit ad eum episcopus, Quid amplius inuenisti in vita ista pater. Et rãdit ei senex, Culpare ⁊ reprehẽdere meipsum fine cessatione: ⁊ dixit ei episcopus, Non est alia via sequẽda nisi hec. Quando abbas Theodorus cum fratribus manducabat: accipiebat calices cum reuerẽtia ⁊ taciturnitate: nec dicebant: sicut mos est ignosce. Dixit autem abbas Theodorus, Perdiderunt monachi ingenuitatẽ suam: ⁊ nõ dicunt ignosce. ¶ Dicebant de eodem abbate Theodoro: quia cum factus esset dyaconus: in scitbia non acquiescebat ministrare ⁊ huc atq̃ illuc fugiebat: ⁊ iterum senes adducebant eum dicẽtes, Non derelinquas ministerium tuũ. Dicit autẽ abbas Theodorus, Dimittite me ⁊ deprecor deum: ⁊ si ostẽderit mihi, q̃ si debeo stare in loco ministerij huius faciam. Et dum deprecaret deũ dicebat, Si voluntas tua est domine vt stem in hoc ministerio demõstra mihi. Et ostẽsa est ei colũna ignis de terra vsq̃ ad celum ⁊ vox sonuit dicẽs, Si potes fieri sicut colũna hec: vade ministra. Ille autez audiẽs statuit apud se nullatenus acq̃escere ministrare. Qui cum venissent ad ecclesiam penitẽtiam apud eum egerũt fratres dicẽtes, Si nõ vis ministrare vel saltim calicẽ tene. ⁊ non acquieuit dicẽs, Si me non dimittitis discedam de loco isto. ⁊ ita discesserunt ab eo. Dicebat abbas Johannes breuis, Quia ianua dei est humilitas ⁊ patres nostri per multas contumelias gaudẽtes intrauerunt ciuitatẽ dei. ¶ Dixit iterum qui supra, Quia humilitas ⁊ timor dei: superãt virtutes. Dixit abbas Johannes thebeus q̃ dz monach⁹ ante omnia humilitatẽ habere: hoc est enim p̃mũ saluatoris mãdatũ dicẽtis, discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ alibi, Beati paupes spũ: q̃m ipsorum est regnum celoz. ¶ Collecti sunt aliquãdo fratres q̃ habitabant in scitbia: ⁊ ceperunt intra se querere de Melchisedech sacerdote. Obliti sunt autem vocare abbatem coprem. Postea aũt vocãtes eum: interrogabant eũ de ea dẽ q̃one. Ille aũt tundẽs tertio os suuz dixit, Ueb tibi copres: quia quod tibi mandauit deus vt face res: dereliquisti: ⁊ q̃ a te nõ requirit: illa scrutari p̃sumis. Hec audiẽtes fratres fugerunt singuli i cellas suas. ¶ Narrauit aliquando de seipso abbas Macharius dicẽs, Quando eram iuuenis: ⁊ sedebam in cella mea: tenuerunt me ⁊ fecerunt me clericum inuitum. Et cuz nollẽ acquiescere ad ministrãdum: fugi ad alinz locũ: ⁊ venit ad me quidam secularis quidẽ homo: sed vita religiosus, ⁊ tollebat a me opus quod faciebã manibus meis: ⁊ ministrabat mihi que necessaria erant. Contigit autẽ tẽptante dyabolo vt virgo q̃dam in vico suo viciata lapsum incurreret: ⁊ cũ in vtero habere cepisset interrogabatur quis eẽt de quo in vtero haberet. Illa autẽ dixit: q̃ hic solitarius est qui mecũ dormiuit. Exeũtes aũt de vico illo comprehẽderunt me: ⁊ adduxerunt ad vicum: ⁊ appenderunt in collo meo cacabas ollas: ⁊ ansas vasorũ: ⁊ miserũt me circuire per vicum: ⁊ per viam ducebãt dicẽtes. Hic monachus corrupit filiam nostram tollite tollite eum. Et cecidi

a machario imponitur reime et Ego nõ pt parere q̃ imposuit reime.

derũt me pene ad mortẽ. Supueniens aũt quidam senũ dixit. Quãdiu monachũ istũ ceditis peregrinũ? Ille aũt q̃ mihi solebat ministrare necessaria: se quebaꝫ retro cũ verecundia: etenim ⁊ ipsuz cõtumelijs multis affecerũt dicẽtes, Ecce solitarius monachus cui tu testificabaris: quid fecit? Et dixerunt parẽtes puelle illius. Quia nõ dimittemus euz: donec fideiussorẽ p̃beat: qui pascat eã: ⁊ dixit illi q̃ mihi ministrare solebat: ⁊ fidẽ dedit. Et reuersus sum in cellã meã: ⁊ dedi ei quãtas habui sportellas dicẽs. Uẽde eas: ⁊ da illi mulieri mee mãducare, dicebam aũt in animo meo, Macbari ecce inuenisti tibi mulierẽ opus habes mõ amplius laborare: vt pascas eam. ⁊ opabar non solũ in die: sed ẽt in nocte ⁊ trãsmittebã ei. Cũ aũt venisset tps infelici illi vt pareret: arctabaꝫ p̃ plurimos dies: ⁊ nõ pariebat. Dicũt ergo ei, Quid ẽ hoc. At illa dixit, Ego scio quare ista patiar. Et interrogata a parẽtibus suis quare. Rndit, Quia monacho illi crimẽ illud imposui ⁊ falsẽ implicaui eum cum iste nõ habeat culpam sz inuenis ille talis hoc fecerit. Audiẽs aũt hec verba minister me⁹ gaudẽs venit ad me: ⁊ dixit, Quia non potuit parere puella illa: donec cõfiterer: quia tu nullũ crimẽ in ea habuisses: sz quia mẽtita sit aduersum te. ⁊ ecce oẽs habitatores vici illi⁹ volũt venire huc ad te: glorificaturi deum ⁊ penitẽtiã apud te acturi. Ego autẽ audiens ista a ministro meo ne affligerẽt me homines surrexi: ⁊ fugi huc in scitbiã: ⁊ hoc est principiuz cause ꝓpter quam hic habitare cepi. ¶ Preterieꝫ aliq̃n abbas Macharius a palude ad cellã suã: ⁊ reuertens portabat palmulas ⁊ ecce occurrit ei dyabolus in via cuz falce mestoria. Voluit aũt ꝑcutere euz de falce illa: ⁊ nõ potuit. Et dixit ei multã violẽtiã patior a te macbari q̃ non possum p̃ualere aduersuz te: ecce ẽm quicq̃d tu facis ⁊ ego facio, ieiunas tu: ego penitus non comedo: vigilas tu ego oĩno non dormio. Unuz est autem solum in quo me superas: ⁊ dixit ei abbas macharius, Quod est illud ⁊ rndit dyabolus. Humilitas tua. p̃ quã non p̃ualeo aduersum te. ¶ Perrexit aliq̃n abbas Mathois de raytu in partibus gebalẽ. Erat autẽ cum eo frater eius. Et venit eps loci illius ad memoratũ senẽ: ⁊ fecit eum p̃sbyterum. Quum gustarẽt simul dixit eps. Ignosce mihi abba q̃ nunc scio q̃ nolueris banc rem: sz vt benedictionẽ tuam acciperem: p̃sumpsi hoc facere. Dixit ei senex cum humilitate ⁊ animus meus modicum volebat hoc. Uerũtamẽ in hoc graviter fero q̃ compelloz separi a fratre meo q̃ mecũ est. neq̃ ẽm sufficio oẽs oznes quas simul faciebamus iplere. Et dixit eps. Si scis q̃ dignus est, ego ipm ordino: ⁊ dixit ei abbas Mathois equidẽ si dign⁹ est nescio: vnuz autẽ scio q̃ melioz me est. Ordinauit aũt ⁊ ipm episcopus ⁊ ita vtrq̃ recesserunt de bac vita: vt nunq̃ se ad sacrificandum oblationẽ altario p̃rimarẽt. Dicebat aũt senex, Credo in deum q̃ fortitan non sustineam graue iudicium ꝓpter ordinationez quam ordinatꝰ nõ audet gerere p̃humilitate vide q̃ facer dotibꝰ nr̃is.

fuscepi: dum oblationẽ nõ audeã ꝓsecrare: boc enim officium illoz est: qui sine q̃rela viuũt. Dixit autẽ ab bas Mathois, Quantum se homo approximat ad deum: tm̃ se peccatorẽ videt. Esaias em̃ ꝓpheta videns dom̃: miserum se ⁊ immundũ dicebat. Nãvir labijs pollutus sum. ¶ Dicebãt de abbate Moyse. Quia cũ factus eẽt clericus imposuerũt ei bumerale: ⁊ dixit ei archiep̃us: ecce factus es candidatus abba Moyses. Et ille rndit, Putas defocis domine aut intus? Uolẽs aũt eps euz ꝓbare dixit clericis, Cũ intrat abbas Moyses ad altare expellite eum ⁊ se quimini eum vt audiatis quid dicat. Cum autez cepissent eum mittere foras dicebant ei, exi foras ethiops. Ille vo egrediẽs dicebat, Bñ tibi fecerũt cinerate ⁊ cacabate quia cum homo non sis quasi te in medio hominum dare p̃sumpsisti. ¶ Cũ abbas pastor in congregatione esset audiẽs de abbate Nesterone desiderauit eum videre: ⁊ mandauit abbati eius: vt mitteret eum ad ipsum. Qui cũ nollet eum solum dimittere: non direxit euz. Post paucos autem dies dispensatoz monasterij rogauit abbatem vt p̃mitteret eum ire ad abbatem pastorẽ: ⁊ diceret ei cogitationes suas. Abbas aũt cum eũ dimitteret dixit ei, Tolle ⁊ fratrẽ istum tecum q̃ mandauit mihi de ipso senex ⁊ non p̃sumẽs eum solũ dimittere distuli vsq̃ modo. Cum ergo veniss̃et dispẽsator ad senem locutus est ei de cogitationib⁹ suis: ⁊ ille sanauit eum responsione sua. Post bec autẽ interrogabat senex fratrẽ illum dicens, Abba nestro quomodo acquisiuisti virtutẽ banc: vt quando immergit tribulatio aliqua in monasterio: non loquaris neq̃ te med iũ facias. Et cuz diu cogeret frater a sene dixit ei, Ignosce mibi abba: q̃ quando intraui in initio in congregationez istam dixi animo meo, Tu ⁊ asinus vnũ estote. Si ergo asinus vapulat et non loquitur iniuriaz patitur nõ respõdet: ⁊ sic tu quẽadmodum in psalmo legit vt iumentum factus sum apud te: ⁊ ego semper tecum. ¶ Dicebant de abbate, Olimpio in scitbia: quia seruus esset ⁊ descẽdebat per singulos annos in Alexandriam portans mercedẽ dominis suis: ⁊ occurrebãt ei ⁊ salutabant euz, Senex aũt aquam mittebat in peluim ⁊ afferebat: vt lauaret pedes dominis suis. Illi autẽ dicebant ad eum, Noli pater me graues nos. Ille vero respõdebat eis, Ego confiteor: quia seruus vester sum. ⁊ gratias ago quia dimisistis me liberũ seruire deo. Sed tamẽ lauo vobis pedes: ecce suscipite mercedes meas. Illi autẽ contẽnebant: ⁊ non acquiescebant. Dicebat ergo eis, Credite mibi: q̃ si nõ vultis recipere mercedes meas remanebo hic. ⁊ seruio vobis. Illi autẽ reuerẽtiam eius habẽtes dabant in potestatẽ eius vt faceret quod vellet. Et reuertentẽ deducebant eum cum bonore p̃bentes ei que necessaria erant vt faceret pro eis agapen ⁊ ex eo factus est nominatus monachus in scitbia. Dicebat abbas Pastor, Quia semp̃ homo humilitatẽ ⁊ timorem dei habẽs respirare dz incessabiliter.

qui mapis homo ad deum accredit eo se ꝓtore bidet.

de abbate moyse ordinato clerico

qñ abbas nestro dixit in tribus linee tacere.

abbas Olimpius ꝑ erat et sms dñis singulis ãnis solebat mercedes.

ficut flatum quē naribus attrahit vel ēmittit. Interrogatus est abba Pastor a quodaz fratre. Quomodo debeo esse in loco in quo habito? Et respondit ei senex. Habeto prudētiā velut aduena in quocunq; loco fueris: ne queras verbum tuum coram te habere potētiam ꝛ quiescis. Dixit iterum: quia si piecerit se quis in conspectu dei ꝛ non ſ. ipsum extulerit: ꝛ miserit post tergum suum propriam voluntatē ferramēta sunt quibus anima opatur. Item dixit: Non metiaris teipsum: sed adbere ei qui bene conuersatur. Dixit iterum: quia frater interrogauit abbatē Alonium dicēs. quid est contēptus? ꝛ dixit senex. Ut sis infra animalia irrationabilia: ꝛ scias quia illa non contēnuntur. Dixit iterum qui supra. quia humilitas terra est in qua dominus sacrificiū fieri mandauit. Rursus dixit: quia si homo ordinē suum custodiat non conturbabitur. Iterum dixit quia sedētibus aliquando senibus ad manducādū stabat abbas Alonius ꝛ ministrabat: ꝛ vidētes laudauerunt. Ille autē omnino nihil respondit: dixit ergo ei quidam secrete: quare non respondisti senibus laudantibus te: ꝛ dixit abbas Alonius: quia si responderem eis: inuenirer delectatus laudibus meis. ¶ Narrauit abbas Joseph quia sedentibus nobis aliquando cum abbate pastore nominauerunt abbatē Agathonē ꝛ diximus ei: inuenis est: quare eum appellas abbatē: ꝛ dixit abbas Pastor: quia os suum fecit eum appellari abbatē. ¶ Dicebant de abbate Pastore: q; nunq; voluisset sermonē dimittere supra verbum alterius senis: sed magis laudauerit semp; que ille dixisset. ¶ Venit aliquando sancte memorie Theophilus epūs Alexandrinus in scitbia. Congregati autem fratres dixerunt abbati pambo. Dic vnū sermonē pābo vt edificetur animus eius in hoc loco. Et rñdit senex. Si in taciturnitate mea non edificatur: neq; in sermone meo edificabitur. ¶ Narrauit frater Pyſtus dicēs. Quia iuimus septē fratres solitarij ad abbatē Sysoy habitantē in insula clismatos: ꝛ cum rogaremus eum vt diceret nobis aliquid. Ille respondit. Ignoscite mihi q; ydiota homo sum sed veni al qñ ad abbatē Or: ꝛ ad abbatē atren: ꝛ erat in infirmitate abbas: quia decē ꝛ octo annis: ꝛ cepi supplicare eis vt dicerēt mihi aliquod verbum: ꝛ dixit abbas Or. Quid tibi habeo dicere. Quicquid vides fac. Deus enim illius est qui sibi vltra q̄ pōt extorquet ꝛ violētiam facit ad omnia. Ibi tamē ambo nō erant de vna prouincia: boc est abbas Or: ꝛ abbas atrē. Fuit autē inter eos magna gratia donec extirpāt ambo de corpore. Abbas aūt atren summe obediēs erat: abbas vo Or multe būilitatis fuit: feci ergo apud eos paucos dies inuestigans virtutē eorum ꝛ vidi mirabile quid: quod fecit abbas Atren Attulerat enim eis quidā piscem modicuz ꝛ voluit illum facere abbas Atren seniori abbati Or. Posuerat ergo abbas Atren cultellum: ꝛ incidebat piscē illum: ꝛ vocauit eum abbas Or dicens. Atrē atren. Ille vero statim dimisit cultelluz in medio pisce incisō ꝛ non pscidit eum. Et cucurrit ad eū ꝛ miratus sum tantā obediētiam eius: quia nō dixit: expecta donec incidero piscē. Dixi autē ego abbati Atren. Vbi inuenisti obediētiam banc. Et ille mihi rñdit. Non est mea: sed illius senis est. Et tulit me dicēs. Veni ꝛ vide obediētiam eius. Coxit ergo modicuz piscē male: ita vt perderet eum voluntarie ꝛ apposuit eum seni ꝛ manducauit nihil loquēs ꝛ dixit ei. Bonum est senex: ꝛ ille rñdit: bonum valde. Post bec attulit ei illud modicum nimis bene coctum ꝛ dixit. Ecce istud pdidi senex male istud coxi. Et ille respondit: etiam modice tibi male exiuit: ꝛ cōuersus ad me ababbas Atren dixit. Vides quia bec obediētia istius senis est: ꝛ exij ab eis: ꝛ quicquid vidi boc feci sm virtutē meaz. ¶ Hec dixit abbas Syloy fratribus. Unus autē ex nobis rogauit eum dicēs. Ostēde charitatem ꝛ dic nobis ꝛ tu vnum sermonē ꝛ dixit. Qui habet quod innumerabile est in scientia: perficit omnē scripturam. ¶ Item alter ex nobis dixit ei. Quid est peregrinatio pater: ꝛ respondit. Tace ꝛ in omni loco quocunq; veneris dic. Nō habeo causam: ꝛ bec est peregrinatio. ¶ Venit quidā frater ad abbatē Syloy in montē abbatis Anthonij: ꝛ loquentibus eis dicebat abbati Syloy. Modo adbuc non pueniſti ad mensuram abbatis Anthonij pr: ꝛ rñdit ei senex. Ego si haberē vnam cogitationē abbatis Anthonij: efficerer tot' velut ignis. Verūtamen scio dominē: qui cum labore pōt ferre cogitationes suas. Iterum aūt interrogauit eum frater ille dicēs. Putas sic persequebatur sathanas antiquos. Et dixit ei abbas Syloy. Modo plus quia tēpus eius appropinquauit ꝛturbat. ¶ Venerunt quidam alij ad eumvt audirent abeo sermonē: ꝛ nihil eis loquebatur sed semper dicebat ignoscite mihi. Videntes autē sportellas eius dixerunt discipulo eius Abrabā. Quid facitis de sportis istis. Et rñdit eis. Huc ꝛ illuc eas expendimus. Hec autē audiens senex dixit. Et syloy binc ꝛ inde manducat. Illi aūt audientes edificati sunt valde in humilitate senis: atq; cum gaudio recesserunt. Frater quidam interrogauit abbatem Syloy dicens. Video meipsum: q; memoria mea ad deum intenta sit. Et dixit ei senex. Non est magnum boc vt mens tua cū deo sit. Magnum aūt est si teipsum videas sub omni creatura: boc aūt ꝛ labor corporalis corrigit ꝛ ducit ad humilitatis viā. ¶ Dixit bea te memorie sincletice. Sicut impossibile est nauem fabricare sine accutis: ita impossibile est hominez sine humilitate saluari. ¶ Dixit abbas Iperitius. Arbor: vite est in excelso: ascēdit ad eam humilitas monachi. Dixit iterum qui supra. Imitare publicanum illum: ne cuz pharisco damneris: ꝛ sequere mā suetudinez Moysi: vt summitates cozdis tui resecans cōuertas in fontes aquarum. ¶ Dixit abbas Osisius. Si fragmē crude tegule in' fundamento mittatur: vbi iuxta fit fluuius: non sustinet vnū diē cocta aūt pmanet velut lapis: ita est homo qui carnalē sapiētiā bz tnō est tēptationū igne excoctus sicut ꝛ Joseph. Huiusmodi em̄ vbo dei resoluit: q; cū initiū fecerit: multis tēptationib' i medio hominū agitat. Bonū ē em̄ vt qs nouerit mēsuras suas ꝛ declinet in initio pōdus: fortes aūt in fide imobiles sunt. Illā de ipso sancto Joseph si velit aliqs loqui: dicet q; nec terrenus erat. Quāto tēptatus in qualipuincia: vbi nec vestigiū erat diuini cult', Bz deus patrū eius erat cū eo: qui eripuit euz ex omni tribulatiōe ꝛ nūc est cū patribus suis in regno celoy. Et nos ergo agnoscētes mēsuras nostras certemus: vt ēm̄ possimus nos effugere iudiciū dei. ¶ Senex quidā erat solitarius vacās in beremo: ꝛ dicebat in semetipso q; pfectus eēt in virtutibus. Hic orauit deū dicēs. Ostēde mihi quid desit pfectioni mee: vt faciā. Volēs aūt deus humiliare cogitationes eius: dixit ei. Vade ad illū archimādritā: ꝛ quicq̄d tibi dixerit. facito. Revelauit aūt de archimandrite illi: anteq; ille veniret ad eū dicēs. Ecce ille solitarius veniet ad te: dic ergo illi vt tollat flagellū: ꝛ vadat ꝛ pascat tibi porcos. Veniens ergo senex pulsauit ostiū: ꝛ ingressus est archimandritam illuz, ꝛ cum se salutassent: sederūt: ꝛ dixit ei solitarius ille qui venerat. Dic mihi quid faciamvt sim saluus: ꝛ dixit ille. Facies quodcūq; dixero tibi: rñdit etiam, ꝛ dixit ei. Ecce tolle flagellum: ꝛ vade pasce porcos. Ibi aūt qui eum nouerant ꝛ audierant de eo: cū audirēt q; porcos pasceret: dicebant. Vidistis illum magnū solitariū de quo audieram', ecce stupuit eo: et': ꝛ a demonio vexat' ꝛ pascit porcos. Vidēs aūt deus humilitatē eius: q; ita patiēter sustinebat approbria hominū: pcepit eum iteruz redire ad locū suum. ¶ Quēdam senē monachum solitariuz homo qui a demonio vexabat' ꝛ fortiter spumabat: pcussit in maxillā. Senex vero cōuertit ei aliam maxillaz. Statim demon non ferēs intendium humilitatis illius mox exiliuit ab eo. ¶ Dixit senex quidam. Quādo cogitatio supbie aut elationis cordis tui intrauerit scrutare conscientiā tuā. Si omnia mandata diuina custodisti: si inimicos tuos diligis: si gaudes in aduersarij tui glorificatione: ꝛ cōtristaris in minoratione eius: ꝛ si cognoscas teipsuz esse inutilē seruum ꝛ omniū peccatorū deteriorē esse. Sed nec tunc ita de te sentias quasi omnia coxeperis sciēs q; huiusmodi cogitatio tua euiuersa resoluet. ¶ Dixit senex cuidaz. Non apponas cor tuum aduersus fratrē dicēs: quia tu illo sobrior ꝛ continētior ꝛ intelligētior es: sed subditus esto gratie dei in spiritu pauptatis: ꝛ p charitatem nō fictam: ne spiritu exaltationis elatus pdas laborē tuum: sz esto spiritali sale cōditus in cbristo. Dixit senex. Quia si quis plusq̄ dignus est: honorat aut laudatur, amplius patiē detrimētum: qui autē omnino non fuerit ab hominib' honoratus: bic in celestibus honorabit'. Frater aliquis interrogauit senē dicēs. Bonū est assidue penitere. Et rñdit ei senex. Vidimus Jesum filiū nauen: q; cū pronus iaceret: in facie apparuit ei deus. Interrogatus senex quare ita inquietaret' a demonib', rñdit. Dico q; arma nostra abiecimus: qd est superbia ꝛ humilitas: patiētia ꝛ pauptas. Frater quidā interrogauit senē dicēs. Si qs frater tulerit ad me ō foris cogitatōes suas: dicā eivt nō eas afferat ad me. et rñdit ei senex. Noli, ꝛ dixit frater. Quare. Rñdit ei senex. q; nec potuim' id custodire: ꝛ ne forte cum dicimus primo ne faciat illud: inueniamur ꝛ nos postea idipm faciētes. Et dixit frater. Quid ergo debz fieri? Et rñdit ei senex. Si volueritis taciturnitatē seruare sufficit primo modus ipse. Interrogat' est quidā senex: quid eēt humilitas, ꝛ ille rñdit. Si peccāti in te fratri ignoueris: anteq; apud te penitētiam agat. ¶ Dixit senex. In omni tēptatiōe nō culpes dominē: sz temetipsuz ꝛ tntū dicēs: q; p peccatis meis bec eucnerūt mihi. Dixit senex. Nunq; preteriui ordinē meū vt altius ambularē: neq; suz aliquādo in humilitate positus. Omnis em̄ cogitatio mea in boc erat vt deprecarer deū: quousq; spoliaret me veterē hominē. ¶ Frater qdā interrogauit senē dicēs. Quid est humilitas. Et rñdit ei senex. Ut bñfacias bis qui tibi male faciunt. Et dixit frater. Ut pueniat homo in hāc mēsuram: quid faciet. Rñdit ei senex. Fugiat eligens taciturnitatem. ¶ Frater aliqs interrogauit senē dicēs. Quod est opus peregrinatōis. Et ille dixit ei. Scio frēm peregrinantē, qui cū inuētus eēt in ecclesia: ꝛ prigisset ibi fieri agapē: sedit ad mēsam vt māducaret cū fratribus. Dixerunt aūt quidam. Istuz bic qs tenuit. Et dixerūt ei. Surge ꝛ vade binc foras. Qui surrexit ꝛ abijt. Alijvo contristari de expulsione ei' egressi sunt ꝛ revocauerunt eū. Post bec interrogauit eum quidā dicēs. Quid putas est in corde tuo, quia expulsus es ꝛ iterū revocatus. Et ille dixit posui in corde meo. q; equalis essem cani. qui quando insectat' foras egredit. quando aūtvocat' ingredit. ¶ Venerunt quidam aliq̄ de thebaida ad quēdā senē babētes secum vnum qui a demonio vexabat' vt curaretur ab illo sene. Senex vo cuz diu rogaretur. Dixit demoni. Exi de factura dei. Et respōdit demon. Exeo. sz interrogo te vnuz sermonē, vt dicas mibi. Qui sunt bedi, ꝛ qui sunt agni. Et dixit senex. Hedi quidem tales sunt qualis ego. agnos vero deus scit. Et audiens demon clamauit voce magna dicēs. Ecce ppter istaz humilitatē tuaz ego exeo. Et exiuit eadē bora. ¶ Manebat quidam monachus egyptius in suburbano constantinopolitane ciuitatis ꝛ dum transieret theodosius iunior impator p illam viam reliquit oēs qui in obsequio eius erant, ꝛ venit solus in cellam eius, ꝛ pulsans ad ostium monachi aperuit ei monachus. Videns aūt eum agnouit q; impator esset. sic tamē suscepit eum tanq̄ vnuz ex officio militantiū. Cum ergo introisset fecerunt orationē ꝛ sederūt. Cepit aūt eum interrogare Imperator dicēs. Quomodo sunt pa

a ſi vat porthos vnaz expn̄ mutacc magna ſuſtinet hoīs ꝓpprobria.
b qd rogitā dus ꝑ ſuſpbiaz.

qd ſit cōtēptus

ſiſoy humilitas

atren ſobediētia ſūma et abbatis cōr humilitas.

x

r ſine humilitate ſalvari ē impoſſibile
d hō ſine tēptāne ſicut tegula crudaē miſſa in flumine ꝛ

qd ēē pegrinaret quod ꝓpg illig.

ſanat demoniaꝝ hedūſ cē dicēs.

impator theodoſig iunio ꝛ ſolꝰ ingre dī ad monachū vide fo. 100. ſ. 17.

tres in egypto. Et ille respondit, Orant pro salute vestra omnes. Imperator autē circumspiciebat in cella eius si quid haberet: et nihil ibi vidit nisi parvam sportellam habentē modicum panis et lagenā aque. Et dixit ei monachus, Busta modice. et infudit ei panē: et immisit oleum et sal: et manducauit et bibit. Et dedit ei aquam bibere. Dixit autem ei imperator. Scis quis sim ego. et ille dixit ei. Deus te scit quis es. Tunc dixit ei. Ego sum Theodosius imperator. Ille autē statim adorauit salutans eum humiliter et dixit imperator. Beati estis vos monachi: qui securam vitam habetis: et non cogitatis de hoc seculo. Veritatem dico vobis: quia licet in imperio natus sim nunq̄ tamē ita delectatus fui pane et aqua sicut hodie. Satis enim et libenter comedi. et cepit extunc honorare eum imperator. Senex ergo egrediēs fugit: et iterum venit in egyptum. ¶ Dicebāt senes. Quia quando temptamur: tūc magis humiliamur quoniam deus sciens infirmitatē nostrā: pregit nos: si aūt gloriamur aufert a nobis protectionē suam et perimus. ¶ Cuidā fratri apparuit dyabolus transformat' in angelum lucis: et dixit ad eū. Ego sum angelus gabriel. Quare clausisti oculos tuos. Ego sum missus ad te. Ille autē dixit ei. Vide ne forte ad alium missus sis. ego enim non sum dignus vt angelus mittatur ad me: dyabolus aūt statim non comparuit. Dicebant senes. Quia si vel p veritate angelus tibi appareat non suspicias facile: sed humilia temetipsum dicens. Non sum dignus videre angelum: viuēs in peccatis. ¶ Narrauerunt de alio senē: quia sedēs in cella sua et sustinēs temptationes viderit demones manifeste et cōtempserit eos. Cum aūt dyabolus se videret vinci a senē: venit et ostēdit se ei dicēs. Ego sum ille qui te clausisti oculos tuos. Et respōdēs senex dixit ei. Ego hic christum nolo videre. sed in alia vita. Audiens aūt hec dyabolus non comparuit. ¶ Alterū senē volentes seducere demones dixerunt ei. Vis videre xp̄m. Et ille dixit. Anathema vobis et de q̄ dicitis. ego aūt meo christo dicenti credo. Si quis vobis dixerit ecce hic est christus ecce illic: nolite credere. Quo dicto statim non cōparuerūt. ¶ Narrauerunt de alio senē: quia perseuerauit ieiunans septuaginta hebdomadas: semel in hebdomada sumens. Et cum reficiēs, hic postulabat a deo de quodam sermone scripturarum sanctarum: et non reuelabat ei deus. Dixit ergo in semetipso ecce tantum laborē assumpsi et nihil profeci: vado ergo ad fratrē meū et requiram ab eo. Qui cū egressus clausisset ostium vt abiret: missus est ad eū angel' dñi dicēs. Septuaginta hebdomade quas ieunasti non te fecerunt primū deo: nunc vero q̄n ita humiliatus es: vt ad fratrem tuū pgeres missus sum tibi indicare sermonē tuū et aperiēs ei de re quā querebat discessit angel' ab eo. ¶ Dicebat senex quidam. Quia si quis timore dei et humilitate iniungit fratri aliquid facere: et sermo ipse qui pter deum egredit facit fratrē illum subiectum existere: et implere q̄d fuerat iperatus, fiat quis volens iubere fratri: et non hoc p̄m timorē dei fecerit: sed quasi p autoritatē: volens sibi in eo ptātes defendere deus q̄ videt occulta cordis: nō permittit eū audire vel facere q̄d iubetur. Manifestū est enim opus q̄d p̄m deum fit. et iterū manifestū est q̄d p voluntate aut ptāte iniungit: quia q̄d a deo est cū humilitate et obsecratiōe imperat: q̄d aūt ex potestate est cum furore et perturbatione: vtpote: quia maligno est. ¶ Dixit senex volo vinci magis cum humilitate q̄ vincere cum superbia. ¶ Dixit senex non ptemnes astantē tibi quia nescis vtrum in te sit spiritus dei: an in illo. Assistentem autem tibi dico eum: qui minister tuus est. ¶ Frater aliquis interrogauit senem dicens. Si habito cum aliq̄s fratribus et video aliquam rem inconuenientem vel stolidam et dixit ei senex. Si sunt aliq̄ maiores tibi aut coetanei, tace magis. et requiem habebis. In hoc enim q̄ te minorem facies. etiam securū te reddes. Dicit ei frater. Quid ergo facio pater. perturbat enim me spiritus. dixit ei senex. Si laboras. commonefacito semel humiliter. Si autem non obediunt tibi, relinque laborem tuum in conspectu dei. et ipse te cōsolabitur. Hoc est enim vt proficiat se dei cultor: cōdeo. et relinquat ipse voluntates suas. Attende autem tibi vt p̄m deum fit solitudo tua. et tamen quomodo video, bonum est tacere. Humilitas enim tibi est taciturnitas. ¶ Frater quidam interrogauit senex dicens. Quid est profectus hominis. et dixit ei senex. profectus hominis est humilitas. Quantū enim quis ad humilitatem inclinatus fuerit, tantū eleuabitur ad profectum. Dicit senex. Quia si quis dicat. ignoscite mihi humilians se, comburet demones tēptatores. Dixit senex. Si acquisieris taciturnitatem non habeas apud teipsum. quasi aliquam virtutem iam obtinueris, sed dic quia indignus sum loqui. ¶ Dicebat senex quidā. nisi velauerit pastor oculos animalis circuētis ad molam conuertet se animal et comedet labores suos. ita et nos velamen accipimus p̄m dispensationē dei. ne videamus que operamur bona. et beatificantes forsitan nosmetipsos pdamus mercedē nostram. Propterea ergo relinquimur per interualla tēporum simul et semel sordidas cogitationes assumere vt cū easdem cogitationes aspicimus. nosmetipsos pprio iudicio pdēnemus. Ne enī sordide ipse cogitatiōes. velamē sunt ipsius modici boni opis. Oñ aūt homo seipm accusat. nō pdit mercedē suā. ¶ Dicit senex q̄dam. volo magis doceri q̄ docere. Itē dixit. Nō docea ante tps alioquin oī tpe vite tue minor aberis intellectu. ¶ Interrogatus est quidam senex. quid est humilitas. et respondens dixit. Humilitas magnum opus est et diuinū. Via autem humilitatis hec est vt labores corporales assumi debeant. et ascribat seipsum bō peccatorē et pōat se subiectū boib' et dixit frater. Quid est esse sub boibus. Respondit senex. Hoc ē esse subiectum boibus vt non attendat quis alicui

pctā: sed sua semp aspiciat et deprecet sine intermissione dei: vt ignoscat. ¶ Rogauit q̄dā frater senē dicēs. Dic mihi vnā rē quā custodiā et viuā p eam. Et dixit ei senex. Si potueris ptumeliā pati et sustinere magnū est hoc et sup oēs virtutes. Dixit senex. Qui ptēptū et iniuriā et dānū patiēter fert pōt saluus esse. Dixit senex cuidā. Nō habeas notitiā cuiusdā abbatis: neq̄ frequēter adiū geris ei: qm̄ ex hoc fiducia sumes: et desiderare incipies vt teneas et ea ipse primatū. ¶ Frater q̄dā erat in congregatione et omne pōdus q̄d fratrib' iminebat ipse suscipiebat: ita vt se ēt in fornicatione accusaret. Quidā aūt eius frēs ignorātes actus ei' ceperūt murmurare aduersus eū dicētes. Quāta mala fecit hic: et nec opatur. Abbas aūt sciens q̄ agebat frater ille dicebat fratrib', pl' volo vnā mattulā isti' fratris cū būilitate: q̄ oēs vestras cū superbia: vt demōstraret ex dei iudicio qualis eēt. Frater ille attulit oia q̄ operati fuerant alij fratres: et mattam eius de quo ḡrebantur, accēdit ignē: et iactauit in mediū: cōsumpta q̄ sunt opa: et matte illoꝝ oia: matta aūt frati is illi' illesa pmansit. Hoc aūt videtes illi fratres timuerunt pniam coram illo egerunt babētes eū deinceps velut patrē. ¶ Interrogatus est q̄dam senex quō quidaꝝ dicerent videre se aspectū angelorū: et respondit dicēs. Beatus est qui petm̄ suum semp videt. Frater aliquis ptristabat aduersus alium fratrē. Quod audiēs ille venit satisfacere ei. Ille aūt non aperuit ei ostiū celle sue. Perrexit ergo ille ad quēdam senē et dixit ei causam: et respōdit ei senex. Vide ne quasi iusticiā adbibeas cause apud teipsum in corde tuo tanq̄ culpaturus fratrē tuum: vt quasi illum reprehēdas. et teipsum iustifices: et propterea non tetigit deus cor eius: vt aperiret tibi. Verūtamen hoc est q̄d dico tibi: vt si vel ille peccauit in te ponas in corde tuo: q: tu in illo peccaueris et fratrē tuum iustifica: et tunc deus dat in corde illius pcorrigere eū. Et narrauit illi exēplum tale dicēs. Duo quidaꝝ erant seculares et religiosi et colloquētes secum egressi sunt et facti sunt monachi: emulationez aūt babētes vocis euangelice sed non p̄m scientiam: castrauerunt se quasi pter regnū celorū. Audiēs aūt hoc archiepiscopus: et cōiecit eos. Illi autez putantes quia bene fecissent indignati sunt cōtra eum dicētes. Nos pter regna celorū castrauimus nos et excōmunicauit nos. Eamus et interpellemus aduersus eū hierosolymorū archiepiscopū. Abeuntes ergo indicauerūt ei hec omnia: et dixit eis archiepiscopus hierosolymitarū. Et ego vos excommunico. Et quo iterū contristati abierunt antiochiaz ad archiepiscopū: et dixerunt ei omnia q̄ acta fuerant circa se. Et ille similiter excōmunicauit eos et dixerūt ad semetipsos. Eamus romam ad patriarchaz: et ipse nos indicabit de omnibus istis. Eūtes ergo ad sūmū archiepiscopū romane ciuitatis suggesserūt ei que fecerūt eis memorati epi: dicentes. Venimus ad te: q: tu es caput omnium: dixit eis et. quare hō nō dat veniaz hominiq̄ petēti vide totum exēplū: rō est q: q̄ petit nō vere se humiliat. vt i stulticia versā ipse. Et ego vos excōico et segregati eritis. Tūc decreuerūt extores totius ꝓfilij et dixerūt ad semetipsos. Isti episcopi fidei nuicē dereliquerunt et cōsentiūt pter quod in synodis ꝓgregantur. Sed eamus ad illū virū dei sanctū Epyphaniū episcopū de cypro: quia ꝓphēta est et psonam dominis nō accipit. Cū aūt proximarent ciuitati eius reuelatum est ei deipsis. Et in trēs in occursum eoz mādauit eis. Ne intretis ciuitatē istam. Tunc illi in se reuersi dixerunt. In veritate nos culpabiles sum'. Ut q̄d ergo nosipsos iustificam'. Nūquid qz illi nos iniuste excōmunicauerūt: etiam et iste ꝓphēta? Ecce enim deus reuelauit de nobis: et reprehēderunt semetipsos valde similiter et culpam quaz fecerāt. Tunc videns deus qui corda nouit. quia se in veritate culpabiles fecerant reuelauit episcopo Epyphanio: et ultro misit et adduxit eos. Et cōsolatus eos suscepit in communionē: et scripsit de eis archiepiscopo Alexādrie dicēs. Suscipe filios tuos: quoniā in veritate penitētiā egerunt. Et addidit senex: qui hoc exēplum narrauerat dicēs. Hec est sanitas hominis: hoc est q̄d vult deus: vt homo culpā suam p̄fiat ante deum. Hec autez cum dixisset frater: fecit p̄m verbum senis: et pergens pulsauit ostium fratris. Ille autem mox vt sensit eum: primus apud illum deintus penitētiam gessit: aperuitq̄ statim ostiū et osculati sunt inuicē ex animo. et facta est inter vtrosq̄ pax magna. ¶ Duo monachi qui erāt etiā carnales frēs. habitabāt simul et volebat dyabolus separare eos ab inuicē. Semel ergo vnus q̄ erat iunior etate incēdit lucernā: et posuit eā sup candelabrū. Fecit autē opa sua demon et cuertit cādelabrū: pro, qua re accidit cū maior frater cū ira. Ille aūt penitētiā egit: dicēs ei. Habe patiētiā in me frater. Et itez incendā eā. Et ecce virtus dñi venit: et torquebat demonē illū vsq̄ mane. Demon aūt nūciauit principi suo quid factū fuisset. Et audiuit sacerdos paganorum id quod renulerat demō: et egressus factus est monachus et ab initio cōuersationis sue tenuit humilitatē dicēs. Humilitas soluit oēm virtutē inimici: sicut ego audiui demones loquētes dicendo. Quia quando perturbamus monachos cōuertitur vnus ex eis et agit penitētiam. et destruit omnem virtutem nostram.

¶ Explicit liber de humilitate.

¶ Incipit liber de penitentia.

Iicebāt frēs de abbate gelasio: qui habuerit codicē in mēbranis valētē solidos decē recto. Cōtinebat enī vetus et nouū testamētum totū et positus erat codex ipse i ecclesia: vt qui vellet de fratribus legeret in eo. Supueniēs aūt quidā fra-

a rns videns q̄ ab q̄ in alijs mala q̄d faciēdum
b ꝗlr delat deg nra bona opa nepeant.

a q̄ptng mperata ee aa nm patienter sustinessat vehitur. rng abbate nō frequētādo ne dignitatē eig appeta rng.
b fr ōia frēs oppobria sustī nēsecq̄ arguās de alioꝝ culpis. Et humiliter age.

sal oleum et panē impator mādauit q̄ et agnā bibat. sanctū q̄ sit mādauisse dixit.

demō appet dicēs se ee gabriele

dixit diabolo q̄ hic nolo xp̄m videre sed in alia vita

si monē scripturarum nō intellexit quousq̄ ire incepit ad interrogādū.

impās alteri rng humilitate fanla ē debet ei nō tm sing potestate et furore.

humilitas q̄d sit et via ad illam et q̄d ee subjectus boib'g.

humilitas ōnē virtutē mimici solvit vt p̄z in his duobꝰ fr̄ibꝰ narratis libꝰ.

sacerdos idolorū fit monachꝰ.

ter peregrinus applicuit ad senē:ꝛ vidēs codicē illū cōcupiuit:ꝛ furatus est eū ꝛ exiuit atq; discessit. Senex aūt nō est secutus post eū vt cōprehēderet eū:cū vtiq; intellexisset qō fecerat. Ille aūt pgens in ciuitatē querebat cui vēderet eū. Et cū inuenisset q̄ vellet emere:cepit sedecim solidos p̄ciū ipsius postulare. Ille ꝯo volēs comparare dixit. Da mihi primū vt ostēdam eū ꝛ sic dabo tibi p̄ciū. Dedit ergo illi codicē ad ostēdēdū alicui. Quē accipiēs ille q̄ emere cupiebat:attulit eū ad abbatē Belasiū:vt pbaret si bonus esset codex:aut si tantum valeret. Dixerat enim ei ꝛ quantitatē quam venditor postulabat. Et dixit senex Belasius. Eme illū quia bonus codex est:ꝛ valet hoc pæcium:quod dicit tibi. Ille autem retulit venditori aliter:ꝛ non sicut audierat a sene. Dicitq;. Ecce ostēdi codicē illum abbati Belasio:ꝛ dixit mihi q̄ bonus est:sed non valet quantū dixisti. Ille hoc audiens dixit ei. Nihil aliud dixit senex. Et respōdit. Nihil. Tunc dixit ei Jam nolo vēdere codicē istum. Cōpunctus aūt venit ad senē penitētiam agens:ꝛ rogans eū vt codicem reciperet. Senex autē nolebat eum recipere. Tunc dixit ei frater. Quia si non recipis eum non possum securus esse. Et dixit ei senex. Si non potes securus esse nisi recipiam:ecce recipio eum. Et remansit frater ille apud eum:vsq; ad exitū suū:proficiens de patientia senis. ¶ Factus est aliquando conuentus in cellis p̄o quadam causa:ꝛ locutus quidē Euagrius abbas ꝛ dixit ei p̄sbyter monasterioꝝ Scimus abba Euagri:quia si esses in patria tua forte aut episcop⁹ eras:aut multoꝝ caput:nūc aūt hic velut peregrinus sedes. Ille ꝯo compunctus nō quidem tribulanter aliquid rīdit:sed mouens caput:respiciēs ad terram digito scribebat ꝛ dixit eis. Reuera fratres ita est. ¶ Sedēte aliquādo abbate Jobāne breui statura ante ecclesiaꝫ circūdederūt eum fratres:ꝛ erquirebāt ab eo singuli de cogitationib⁹ suis. Quidam autē senex hoc audiens:accēsus inuidia dixit ei. Surisicula tua abba Jobānes plena veneno est. Et rīdit ei abbas Jobānes. Ita est abba. Hoc autē dixisti q: ea q̄ foris sunt tantūmodo vides. Si autē videres que intro sunt:quid eras dicturus? Dicebant de Jobāne minore de thebaida qui fuit⁹ discipulus abbatis Anthonij:quia duodecim annos fuerat in ministerio seruiēs seni in infirmitate eius:ꝛ post hec sedebat sup mattam. Senex ꝯo contristabat p eo. Et cum multum laborasset cū illo:nunq̄ dixit ei sanus esto. Quādo autē iaz moriturus erat:residentibus senibus loci tenuit manū eius ꝛ dixit. Sanus sis:sanus sis. sanus sis. Et tradidit eum senibus dicens. Hic angelus est:non homo. ¶ Dicebāt de abbate Isidoro qui erat in scitbia:quia si quis habuisset fratrem infirmum aut pusillanimē:aut iniuriosum:ꝛ volebat eum expellere foras:ille dicebat. Adducite eum ad me. Et apprehendens eum patientia sua curabat animum fratris illius. ¶ Abbas Macharius

de rodire frrato

a tarere vnus qui laborem

b fr vult se vindicare de se

f vsit infirmo in ānā.

cepit offerre. Dicebat aũt boc se factuꝝ ẽt si nos nõ aduenissem. Tũc susceptã cellulã ipsius cuꝫ oĩbus vtẽsilib⁹ possedim⁹. Erat itaq; illis paucis diebus q̃bus ꝓstruende celle pararet ĩpendia: de illo loco discedẽs. ℟ euersus post bec aliã sibi sũmo labore ꝓstruxit: quã rursuꝫ nõ lõge post supueniẽtib⁹ fratrib⁹ similiter charitatis cã cũ vniuerso tradidit instrumẽto: ipse ꝯo erga opus charitatis infatigabilis pseuerãs tertiã sibi cellãvbi cõmaneret ĩstruxit.

¶ De duobus adolescentib⁹ qui ficus ad egrotuꝫ ferẽtes in itinere defuncti sunt. Capi. xxxvij.

Vidam aũt frater cum ficus de Mareote: abbati Jobãni i beremũ scribie detulisset: ille statim eas ad senẽ quendã qui i interiore deserto mala valitudine laborabat ꝓ duos adolescentulos misit. Si q̃dem decẽ & octo milibus lõge ab ecclesia cõmanebat solitari⁹. Qui adolescẽtes acceptis pomis cũ ad ꝑdicti senis tẽderẽt cellulã: infusa repente densissima nube tramitez recti itineris perdiderũt. cũq; tota die ac nocte discurrẽtes: ꝓ auiã beremi vastitatem nequaq̃ potuissent beremite egrotãtis cellulã inuenire taz itineris lassitudine q̃ inedia fitiq; ꝓfecti: fixisq; i terrã genibus dum orarẽt spũ dño reddiderũt. Qui post bec vestigioꝝ indicijs diutissime pquisiti q̃ in locis illis arenosis tanq̃ niuibus ipressa designarẽtur donec ea leui flatu ventoꝝ tenuis arena discurrẽs coopiret. Inuẽti sunt tandem sicut orauerãt iacentes: & ficus intactas vt acceperant reseruãtes. Elegerunt enim animam magisq; fidem depositaz perdere: ne scilicet absq; iussu abbatis quicq̃ victꝰ presumerent vitamq; potius maluerũt amittere tẽporalem: q̃ senioris violare mandatum.

¶ Quanta sit ĩgitas operum apud egyptimonachos. Capi. xxxviij.

Ertotam igitur egyptum monachi nullo modo patiuntur eẽ ociosi: sed victum suum labore manuum consequuntur & nõ solum de laboribus suis peregrinos & aduenẽtes fratres secuz reficiunt: sed etiam per loca Libie bis qui fame laborant: necnon etiam per ciuitates bis qui in carceribus & diuersis vinculis tenentur: immanem conferunt alimoniã substantiam de fructu manuum suarum rationabile sacrificium domino tali oblatione se offerre credentes. Dicũt enĩ operantẽ monachũ demone vno pulsari semp ociosum vero innumerabilibus spiritibus deuastari.

¶ De abbate Paulo. Capi. xxxix.

Eniq; abbas Paulus pbatissimꝰ patrũ cũ in beremo vastissima ꝑsisteret: que porphyrio nũcupat: trũ palmaꝝ fructib⁹ & boxto modico sustentaba: nec poterat aliud vnde sustentaret opis exercere: eo q; ab boĩbus vel babitabili terra ampliusq; septẽ mãsionib⁹ aberat in deserto. Hic ergo ne momentũ tpis penitus ociosus staret: colligebat palmaꝝ folia: & quotidianũ pensum velut exinde sustẽtandus: ipse a semetipso exigebat iugiter cũq; ope totius anni spelunca eius fuisset ipleta: & nõ haberet qui boc distraheret: neq; ipse ociosus posset manere: totũ qõ sollicita cura laborauerat: annis singulis igne supposito concremabat. In tantum ꝓbans sine opere manuũ: nec in loco posse monachuꝫ perdurare: nec ad perfectionis culmen aliquando conscendere.

¶ De fratre blaspbemo qui intolerabili estu libidinis vexabatur. Capi. xl.

Qui aliũ fratrẽ qui ꝓbatissimo cuidã sen: vicio carnis semetipm grauissime cõfessus est ipugnari: intolerabili nãq; estu libidinis vexaꝝ Tũc senex velut spiritaꝝ medicus interioꝝ cãm & originẽ morbi buꝰ primus ꝓuidẽs: grauiterq; suspiras ait. Nequaq̃ sili tã nequã spiritui tradite dñs ꝑmisisset: nisi aliqd blaspbemasses in eo. Quod frater audiẽs: statim pcidit ad pedes ei⁹ in terrã: sũmaq; admiratiõe perculsus: ꝓfessus ẽ se in filiũ dei cogitatiõe ipia blaspbemasse. Unde pspicuũ est: eũ q; in deũ blaspbem⁹ existit: tanq̃ qui irroget illi iniuriã: ꝓfectionis integritate priuari & sctificationẽ castimõie nõ mereri.

¶ Collatio bona de discretiõe que est custos & mater virtutum. Capi. xli.

Quodã aũt tpe cõuenerũt plurimi seniorũ ad beatũ antboniũ cõmorantem in thebaide ptibus ꝓfectionis ĩstitutione & collocatiõis graꝫ: cũq; a vesperinis boris vsq; ad lucẽ fuisset ꝓtracta collatio questio discretionis maximum noctis spacium consumpsit: Nam diutissime inter eos querebatur que nam virtus vel obseruatio monachuꝫ a dyaboli laqueis custodire posset illesum: vel certe ad deũ recto tramite firmoq; gressu ꝓduceret. cũq; ꝓ captu mẽtis sue vnusquisq; sniam ꝓferret in mediũ & alij quidẽ boc ieiuniorũ vigiliarũq; studio collocarent alij in nuditate & ꝑceptu rez: alij remotioꝝ vitaz & beremi secreta cẽserent: & nõnulli imprimis sectãde charitatis. id est humanitatis officia definirent q; ipsa pie erga fratres & peregrinos studio susceptionis ꝑpendunt. Cũq; in hũc modũ pia ꝓtẽtione decertarent. esset q; iã noctis maximũ tps cõsumptũ. arridens demũ. b. Antbonius vniuersis dixit. Oia

a: discretio reteras/ virtutes excellit.

quidẽ bec que dixistis necessaria sunt & vtilia sitientib⁹ deũ sed bis principalez retribuere graz: nequaq̃ nos innumerabiles multoꝝ fratrũ casus & experimẽta ꝓmittunt. Nã sepe vidimus fratres bas obseruatiões tenentes: repẽtino casu deceptos: eo q; in bono q̃ ceperãt discretionẽ minime tenuerunt. Nec enim alia cã lapsus eoꝝ deprebẽdit nisi q; minus a senioribꝰ institutꝰ: nequaq̃ potuerũt rõnẽ discretiõis buius adipisci que viã regiã docet monacbũ semp incedere. & nec excessu cõtinenti modum transire ꝓmittit nec deflectere advitia ꝓmittit. In oĩbus ergo que agimus discretio anteponẽda est. manifestissime enĩ declarat: nullã sine discretionis gra ꝓfecte posse vel ꝓfici vel stare virtutez. Et bec dicente Antbonio: vniuersoꝝ snia diffinitum est discretionẽ esse que fixo gradu intrepidũ monachum perducat ad deum: & predictas virtutes iugiter cõseruet illesas. Omnium nanq; virtutum genitrix & custos atq; moderatrix discretio est.

¶ De Herone sene idiscreto mõacbo. Capi. xlij.

Et vt bec exẽplis certioribꝰ approbemus referã vobis de quodam sene Herone noie: qui discretionẽ minime retinẽs oĩs ꝓfectos labores ꝓdidit & insup miserabiliter vitã finiuit. Ante paucos etenim dies illusione dyaboli: a summis ad ima deiectus ẽ. Hic ita q;. l. annis in beremo cõmoratus singulare vite districtionẽ tenuit: & solitudinis secreta miro furore vltra oĩs sectatus est. Hic igit̃ post tãtos laboꝝ ab insidiatore delusus grauissimo lapsu coruens: cunctos in beremo cõstitutos luctuoso dolore ꝑcussit: qui minime ecciderãt: si bonũ discretionis tenere voluissent. Tanto siquidẽ rigore animi sui ĩmutabilem ieiunij cõtinentiã semp exercuit: & solitudinis ac cellule secreta iugiter sectatus est: vt nec die sancti pasche rigorem abstinentie solueret. Cũq; oĩs beremite ꝓ tãta solẽnitate ad ecclesiã pariter conuenissent solus ille non affuit ne q̃tuluncũq; perceptione leguminis parui a suo ꝓposito videret relaxasse qua ꝑsumptiõe deceptus angelum satbane velut angeluꝫ lucis suscipiẽs cũ summa venratiõe eiusq; ꝓceptis obediẽs semetipsum in puteũ ꝓfundissimũ ꝓcipitẽ iactauit magnũ. s. virtutis sue meritũ ꝓbaturus cũ inde exisset illesus: de quo puteo cũ grandi fratrũ labore semiuiuus extract⁹ vitã tertia die finiuit: & qõ bis deterius est: ita in deceptiõis sue ꝑobstinatiõe pmãsit: vt ei nullateꝰ potuisset persuaderi: q; demonum calliditate fuisset delusus.

¶ De duobus monacbis qui euntes per desertũ decreuerunt non sumere cibum nisi deus illis transmitteret. Capi. xliij.

Uid dicã de illis duobꝰ fratribus q; habitantes vltra illã beremum vbi quondã fuerat. b. Antbo. cõmoratꝰ minus cauta discretiõe ꝓmoti euntes ꝑ ertã solitudinis vastitatẽ: nullã escã penitus sumere decreuerunt: nisi quã ꝑ seipm illis dñs ꝓstitisset. Cũq; errantes eos ꝑ deserta & deficiẽtes taz fame: ꝓpetissent allõge mazites: que gẽs cũctis natiõibus ĩmanior atq; crudelior est: nõ eos ad effusionẽ sangu nis desiderij ꝑde sed sola ferocitas mẽtis instigat. Visis ergo eis: ꝺ naturã ferocitatis sue cũ panib⁹ illis occurrerunt tũcvnus ex illis fratribus subuenẽte discretiõe velut a deo porrectos sibi panes cũ gratiarũ actione susceptit: reputãs escã sibi diuinit⁹ ministrari: nec sine dei iussu factũ esse dicens: vt illi qui semp boĩum sanguine gauderent tunc deficientib⁹ eis vite substantiã largirent. Alius vero recusans cibum: velut ab boĩe sibi oblatũ: in die labore consumptus mortuus est: quoꝝ scilicet q̃uis initia exreprebẽsibili persuasione descenderint: vnus tamẽ subueniente discretione: id quod incauta conceperat emendasse cognoscitur alius autem stultia ꝓsumptione perdurans mortem quam dominus abeo auertere voluit: ipse sibi asciuit.

¶ De monacbo qui decepꝰ a dyabolo voluit filium suum ĩmmolare. Capi. xliiij.

Uid etiaz de illo monacbo cõmemorẽ: cuius nomẽ: qz adbuc supest: fileoꝰ qui dũ longo tpe demonẽ in angeli suscepit claritate reuelatiõibus eius sepe deceptꝰ credidit eũ internunciũ eẽ iusticie. Nã ꝑ oĩs noctes i cellula eius: lumẽ absq; vllius lucerne officio ꝓbebat: dyabolꝰ ad extremuz vero iussit eũ: vt fil. ũ suũ qui cũ eo pariter in eodez monasterio cõmanebat deuotus deo offerret victimam: vt sez boc sacrificio abrabe patriarcbe meritis coequaret̃ cuius verbis ille intantũ est seductꝰ vt boc confestim opere perfecisset nisi puer de cellamanibus eius elapsus concitus aufugisset.

¶ De monacbo cui ostendebat dyabolus exercitũ cbristianoꝝ & iudeorũ. Capi. xlv.

Uit & alius monacbus qui nimiaz semper tenuit abstinentiam. Quiq; per annos multos singulariter in cella reclusus perpaucis imitabilez exbibuit abstinentiam. Hic ad extremuz ita est dyabolicis reuelationib⁹ delusus vt post annuos laboꝝ atq; virtutes quibus alios monacbos excesserat: ad iudaissimum & circũcisionem carnis mis

malunt mori q̃ ee inobedientes.

demõ delusit illũ lumẽ ꝑ õnes noctes in cellacis ponẽs.

delusq; ꝓ minimaz ab stinencia. vt ĩ rõnẽ deceret.

serabiliter sit lapsus. Post mlta nãq; tempora: dyabolus velut nuncius veritatis ostendebat illi per vana somnia ⁊ per quasdam inanes reuelationes christianorum atq; monachorum exercitus: tenebrosum ac tetrum omniq; macie tepiduq; atq; deformẽ ⁊ ecõtra ostendebat illi iudeorum plebem summa leticia tripudiantem: ingentiq; lumine coruscantẽ Ac proinde commonebat eum: vt si mallet beatitudinis illorum particeps effici circuncisionez quoq; suscipere festinaret. Ex quibus profectu ⁊ vt ꝓstat] memoratis viris tam lugubriter nemo fuisset illusus, si rationẽ discretiõ is assequi laborassent. Quã obrem in quantis perniciosum sit discretionis gratiam non habere: multorum casus ⁊ experimenta declarant.

¶ Confessio proprij delicti potenter demonis instigationẽ repellit. Ca.xlvj.

Abbas Serapiõ solebat frequenter iunioribus fratrib⁹ instructionis gratia de seipso narrare dicẽs. Cũ adhuc essem puerulus ⁊ cum abbate Theona commanerẽ: hec mihi consuetudo erat inimico inuente vt postq; refeci sem cuz sene bora nona: vnũ parimacium quotidie in sinu meo latenter absconderem: quem sero ignorante sene occulte comedebam. Quod furtum licet quotidie perficerẽ: expleta tamen concupiscentia fraudulenta ad memetipsum reuertẽs super admisso furto acrius cruciabar q; super esum illius fuerã iocundatus. Cunq; istud molestissimum opus singulis diebus explere nõ sine cordis mei dolore compellerer: ⁊ clãdestinũ furtum patefacere sem confunderer: contigit per dei prouidentiam quosdam fratres edificationis obtentu cellulam senis auidissimos expetisse. Cunq; refectione transacta: confabulatio spiritalis interesse cepisset respondensq; senex propositis interrogationibus eorum de castrimargievitio ⁊ occultarum cogitationum exponeret: ad vltimum intulit dicẽs Nihil sic notium est monachis ⁊ letificat demões: q; si celent cogitatiões suas spirituales patres. Tũc ego compunctus corde: existimaui seni secreta pectoris mei patefacta: ⁊ in occulto primuz gemitus excitans: deinde cordis mei compunctione crescente in apertos singultus lachrymasq; prorumpens: cepi amarissime flere: ⁊ continuo eicci de sinu meo parimacium quod vitiosa consuetudine clanculo praueram comedendum, cunq; in medium proferens: quomodo quotidie inuoluens eũ occulte ederem prostratus in pauimento: cum venie postulatione confessus sum: ⁊ vbertiz profusis lachrymis: orationibus eorum veniam apud deum postulabam.

furtum quotidie dimittit.

pandit ꝓ et furtuz.

Tunc senex dixit: confide fili: quia liberauit te a captiuitate ista confessio tua: victorem nanq; aduersarium tuum hodie triumphasti validius eum tua confessione elidens: q; ipse fueras ab eo tua tacitumitate delectus. Et idcirco post hanc publicationem tuam iste malignus spiritus non dominabitur tibi: nec in te latibulum sibi teterrimus serpẽs hactenus vsurpabit: quia de tenebris cordis tui: p hanc confessionem proiectus es. Necdũ senex hec verba compleuerat: ⁊ ecce statiz velut lãpas ignis accensa de meo sinu procedens: tanto fetore cellaz repleuit: vt vix in ea residere possemus. Resumens q; senex dixit. Ecce probauit tibi dominus veritatem sermonum meorum: vt passionis illius incentorem de corde tuo confessione salubri fugatum: oculorum fide perciperes: patefactumq; hostez nequa q; locum in te vlterius habiturum: aperta eius expulsione cognosceres. Itaq; ẽm sententiam senis: ita est in me virtute confessiõis dominatio dyabolica extincta: vt nunq; mihi vlterius, nec memoriaz cõcupiscentie huius tẽptauerit inimicus ingerere.

¶ De monachis a sarracenis interfectis. Capitulum.xlvij.

In palestine partibus iuxta vicum thecue: quã amos prophetã meruit procreare: solitudo vastissima est vsq; arabiam ac mare mortuum quo ingressa deficiunt fluenta iordanis ⁊ cinis sodomorũ amplissima extẽsione porrecta pertingens. In hac solitudine summe sanctitatis monachi diutissime commorãtes repente sunt a discurrentibus interempti sarracenis. Quorum corpora tam a populo regionis illius q; ab vniuersa arabum plebe tanta veneratione sunt percepta: vt innumeri populi concurrentes ex vtraq; parte grauissimuz sibi certamen pro reliquijs eorum indixerint pie inter se pro sancta rapine deuotione decertantes qui nam iustius mereretur eorũ sepulturam ac reliquias possidere. Illi. s. de vicina commoratione ipsoruz alijs de originis propinquitate gloriantibus.

¶ De abbate Daniele. Capi.xlviij.

Inter ceteros beremitas abbatẽ quoq; vidimus danielem: equalez ceteris in omnibus virtutibus sed peculiari⁹ gratia humilitatis preditum. Qui merito puritatis ac mansuetudinis sue a sancto Papbũcio eiusdẽ solitudinis presbytero ad dyaconij officium est ꝑelectus. Intantũ em isdẽ b. Papbũcius virtutib⁹ ipsi⁹ aggaudebat: vt quez vite meritis ⁊ grã parẽ sibi noueratt: coequare sibi ẽt sacerdotij ordie festiaret. Denicq optãs sibimet

successorẽ dignissimũ pulcre suppstẽs: pdyterij bonore eũ puerit. Qui tñ prioris psuetudinẽ humilitatis nõ omittẽs: nihil vnq; sibi illo pñte de sublimioris ordinis adiectiõe donauit. sed semp abbate Papbuncio offerente spiritales hostias: ille velut dyaconus in prioris ministerij pmansit officio. In quo tamen, b. Papbuncium cum talis vir esset ac tantus vt in multis etiam prescientiã gratie possideret: hec spes de substitutionis electione frustrata est. Naz non longe post hunc ipsum quez sibi parauerat successorem ante se deum premisit.

¶ De abbate Sereno. Capi.xlix.

Umme sanctitatis ⁊ cõtinentie virum: nominisq; sui speculũ abbatẽ vidimus Serenũ quẽ singulari veneratiõe ꝑ ceteris admirati sumus Cui supra oẽs virtutes que non solũ in actu eius vel moribus: sed ẽt in ipso vultu p dei gratiã refulgebãt: ita est peculiari beneficio dono castitatis infusus: vt nec seipsum quidẽ naturalibus incẽtiuis inquietari vel in sopore sentiret. Ad quã tñ carnis puritatẽ quõ puenerit: quia supra cõditionem humane nature videtur necessariũ esse reor explicare. Dic igitur, b. serenus pro interna cordis atq; corporis castitate: nocturnis diurnisq; precibus ieiunijs quoq; ac vigilijs infatigabiliter insistens: cũ se vidisset oznõnũ suarũ obtinuisse vota: cunctosq; estus in corde suo ꝓpitiãtie extinctos: velut suauissimo gustu puritatis accensus: in maiorẽ suã fitim zelo castitatis exarsit: ⁊ intentioribus cepit ieiunijs atq; obsecratiõibus incubare: vt mortificatio passiõis huius que interiori homini solo dono dei fuerat attributa ad exterioris ẽt puritatẽ eatenus pueniret: vt ne ipse q̃dez vel illo simplici ac naturali motu qui ẽt i paruulis atq; lactentib⁹ excitat] vlterius pulsaret. Cũq; petitioni cepte supplicatione iugi ac lachrymis indefessus insisteret aduenies ad eũ angelus in visione nocturna eiq; velut aperiens iterũ quendã igni tam carnis strumã de eius visceri⁹ euulsit atq; proiecit suisq; locis vt fuerãt oia intestina restituẽs dixit ad eum Ecce inquit incẽtiua carnis tue abscissa sunt: ⁊ obtinuisse te noueris hodierno die ꝑpetuaz corporis puritatẽ quaz fideliter postulasti. Hec de gratia dei que memorato viro peculiariter attributa est breuiter dixisse sufficiat. ¶ Ceterum cum ad eum die quadragesima venissemus: ac de diuersis questionibus eum flagitaremus: ad extremum de impugnatione demonum eum requirebamus. Tũc ille sꝛ vt semper erat placidissimo vultu] respondẽs dixit. Non enim demones habere potestatem: quenq; hominum ledẽdi: exemplum beatus Iob manifesta ratione demonstrat: vbi non amplius eum temptare audet inimicus q; diuina ei dispensatione conceditur.

¶ De eo q; non eandam vim habeãt nunc demones contra monachos quomodo anteriori tempore. Capitu.l.

Atis tamen nobis experientia nostra ⁊ seniorũ nostrorum relatione cõpertum est: non eandem vim demones nunc habere contra monachos: quam anteriori tempore inter anachoritaruz principia in quibus adhuc raritas monachoruz in beremo cõmanebat Tanta nanq; tunc erat demonũ feritas. vt vix paucissimi tolerare habitationẽ solitudinis posset. Siquidẽ in ipsis cenobijs in quibus cõmorabanꝫ, ꝛ. vel. xj. ita eoz atrocitas grassabat: ⁊ frequenter ac visibiles sẽtiebanꝫ aggressus vt nõ auderẽt oẽs pariter noctibus obdormire: sed vicissiz alijs degustãtibus somnũ: alij vigilias celebrãtes psalmis ⁊ orationibus seu lectionib⁹ inberebãt. Cũq; illos ad soporẽ nature necessitas inuitasset expergefactis alijs: ad eoz qui dormituri erãt custodiã similiter vigilie tradebãt. vñ dubitari nõ ꝑtinũ e duob⁹ nũc eẽ: aut enim virtute crucis sẽt deserta penetrãte: ⁊ eis gra vbiq; choruscãte] retusa est nequitia demonũ: aut negligẽtia nostra illos ab ipugnatiõe pristina reddidit lentiores: dum dedignanꝫ aduersum nos illa in cõtentione cõfligere qua tunc ꝛ illos probatissimos christi milites seruebãt: ceteq; corpora liter traditos satbane vl infirmitatib⁹ magnis ẽt viros sanctos nouim⁹ p leuissimis q̃busq; delictis cũ in illis nec tenuissimũ quidez peccatũ aut maculã in illo iudicij die patiẽ inuenire diuina clementia: vt eos tã q̃ aurum ꝓbatũ ad illã ꝑpetuitatẽ gloriosuz: nulla indigentes penali purgatiõe transmittat iuxta illud. Vir iustus ꝓbaẽ in fornace humiliationis. Et illud. Quẽ enim diligit dñs corrigit: flagellat autẽ oẽm filium quem recipit. Quod nostris quoq; temporibus satis euidẽs contigit ⁊ apta ꝓbatio in abbate paulo vel moyse qui habitauit locum huius solitudinis qui calamus nuncupatur. Nam paulus commoratus est in beremo qui adiacet panephisi ciuitati: quã solitudinẽ iam olim factã aque salsissime inundatione cognouimus que quotiẽs flauerit spiritus aquilonis de stagnis impulse ac superfuse adiacentibus terris: ita omnem illius superficiem cõtegit regionis aqua vt antiquos ibidem vicos] qui olim hac ipsa de causa omni sunt habitatore deserti] faciat velut insulas apparere.

duo nõ tẽp tant nos de mo nes nũc sint antea

¶ De abbate paulo. Capi.li.

Ic igitur abbas paulus in tanta cordis puritate in quiete solitudinis silẽtioq; ꝓfecerat vt non dicam vultuz femineum: sed ne vestimenta quidem serpentis illius conspectui suo patere⁊ offerri. Nam cũ quadã die pergeret ad cuiusdã senioris

mulierem ap pellans fingebat valde.

cellam: casu mulier ei obuiauit quam cum vidisset tanta fuga ad suum rursum monasteriuz pretermisso quod arripuerat itinere cucurrit: quanta nullus a facie leonis vel immanissimi draconis aufugeret. Quod licet zelo castitatis: ⁊ puritatis ardore fit factum: tamen quia non ℞m scientiam presumptuz est: sed obseruantia discipline excessus est modus: ne elatio eum inuaderet: tali confestim correptione percussus est: vt totum corpus eius paralyseos valitudine solueretur: nullumq; in eo mẽbruz penitus suum officium prevaleret explere. Siquidem non solum pedes ac manus sed etiam lingue motum ipseq; aures ira auditus proprij amiserunt sensum: vt in eo nibil amplius ex homine q̃ immobilis statue figura remaneret ⁊ ad hoc redactus ẽ vt infirmitati eius nullo modo virorum diligentia deseruire sufficeret nisi sola ei mulebris sedulitas ministraret. Nam portatus ad monasteriuz sanctarum virginum cibus ac potus femineo ei ingerebatur obsequio: explendisq; omnibus nature necessitatibus: eadez illi diligentia per annos ferme quatuor. i. vsq; ad vite sue terminum seruiebat: qui cuz tanta esset membrorum omnium debilitate cõstrictus vt nulli eius artus vllacem motum retentarent: tanta ex eo virtutum gratia procedebat: vt cũ de oleo quod corpore suo tetigerat vngerentur ifirmi: statim a cunctis valitudinibus curarentur: ita vt super hac eius valitudine euidenter claresceret: ⁊ debilitatem membrorum eius amore domini contributam: ⁊ sanitatum gratiaz pro testimonio ⁊ manifestatione meritorum ⁊ spiritussancti virtute prestaret.

¶ De abbate moyse. Capi. lij.

Secundus vero quem diximus Moyses in hac heremo commoratus cum ⁊ ipse singularis ⁊ incomparabilis vir esset ob reprehensionem vnius sermonis quem contra abbatem macharium durius protulit: taz diro demoni est confestiz traditus vt humanas egestiones ori suo ingereret. Quo flagellum purgationis diuinam ei intulisse dispositionem: ne vel momentanei peccati macula in eo resideret: velocitate curationis eius demonstratum est. Nam continuo abbate macario in oratione prostrato dictu citius malignus spiritus ab eo fugatus discessit. Ex quo manifeste perpenditur: nõ debere eos abhominari vel despici: quos videmus diuersis temptationibus vel malignis spiritibus tradi: quia duo hec credere immobiliter nos oportet: primo q̃ fine dei permissu nullus omnino temptatur. secundo q̃ omnia que a deo nobis inferuntur velut a pissimo patre ac clementissimo medico pro nostris vtilitatibus irrogentur.

duo virtutes vel admone (oppressos cõsidera ne eos abhorreas.

¶ De monacho qui in solitudine noctu vidit multitudinem demonum. Capi. liij.



Vidam autem frater cum per solitudinem iter ageret aduesperãte die speluncam quandaz reperiens: ibidem substitit. Vbi duz psalmos ex more cantaret: tempus medie noctis excessit. Cuq; finita vigilia: refecturus lassum corpus paululuz resedisset: repente cepit innumerabiles cateruas demonum vndiq; confluentium intueri: que infinita constipatione precedentes alie preibant principem suum: alie sequebantur. Qui princeps eorum ⁊ magnitudine proceritate cunctis ⁊ aspectu terribilio: videbatur. Cunq; in quodã solio sublimissimo cõsedisset vniuscuiusq; actus diligenti examinatione cepit discutere illosq; qui nec dum se circũuenire emulos suos potuisse dicebant velut inertes a conspectu suo cum iniuria iubebat expelli: spaciũ tanti temporis ⁊ opus inaniter expensum cum fremitu furoris eius exprobrãs. Illos vero qui nunciabant confignatos sibi homines decepisse summis laudibus cuz exultatione ac fauore cunctorũ vt fortissimos pugnatores ad etẽplum cunctorum gloriosissimos coram omnib⁹ emittebat. Inter quos cum quidam nequissimus spiritus: vtpote magnum triumphum nunciaturus letior aduenisset nomen monachi optime cogniti designauit asserens se post quinq; annos quibus cuz iugiter obsideret: vir eadem nocte in ruinam fornicationis merfisse. Super cuius relatione cum imane cunctorum gaudium fuisset exortum summis a principe eorum laudibus eleuatus: magnisq; preconijs coronatus abscessit. Aurora itaq; superueniente cum ois multitudo demonum ab oculis ei⁹ euanuisset dubitans frater ille de assertione spirit⁹ immundi memor etiam euangelice sententie quod in veritate non stetit. ⁊ quia non est veritas in eo: ⁊ cum loquitur mendacium ex propijs loquitur: petulsum petijt vbi illum fratrem nouerat commorari quem malignus spiritus asseruit esse deceptum. Erat etiam ibi ⁊ alius frater illi notissimus quem interrogans de eodem fratre: reperit quod eadem nocte qua teterrimus ille demon ruinam eius suo principi nunciarat monasterio pristino derelicto: vi cum petisset ⁊ in fornicationem miserabiliter cecidisset. Hec autem audiens frater suspirans ⁊ flens reuersus est in locum suum.

¶ De duobus philosophis qui ad sanctum Anthonium perrexerunt. Capi. liiij.

Quodam autem tempore quidã duo philosophi audientes famam beati Anthonij perrexerũt ad eũ. Qui cuz inter se quasdaz questiones habuissent: despicientes philosophi sanctum Anthonium velut imperitum ⁊ nine litteris virum reuersi sunt ab eo. Volentes autem eum si nibil amplius potuissent ledere vel de cellula eius magicis prestigijs ⁊ circũuentione demonum perturbare. miserunt ei nequissimos demones ad impugnationem hac inuidia ⁊ liuore percussi: eo q̃ multi hominum ad illum velut dei famulum quotidie conuenirent. Cunq; illo nunc quidem imprimente pectori suo: ⁊ fronti signaculũ crucis nunc vero oratiõi suppliciter incubante nec appropinquare quidem diri ssimi demones eidem auderent reuertebantur ad eos qui illos direxerant sine effectu. Tunc illi alios rursum quasi potentiores miserunt. cunq; ⁊ illi fatigati reuertissent: item alios nibilominus potentiores ac vehementiores aduersus militem christi destinauerũt qui nibil penitus prevaluerunt Antbonio viriliter reluctante eo. Itaq; nibil profecerunt tales tanteq; eorum infidie tota magica arte ⁊ nigromantia quesite vt ip bec euidentissime comprobarent magnam virtutez ineſſe professioni christianorum: quibus ille tam se ue vmbre nibil Antbonium non solum ledere: sed nec puncto quidem de habitaculo suo valuerunt perturbare. Pro bac ergo admiratione stupefacti philosophi confestim ad sanctum Antbonium venerũt impugnationum suarum magnitudinem ⁊ causas atq; insidias liuoris sui ei patefecerũt: christianos se fieri protinus poposcerunt: cunq; diem ab illis pdite impugnationis requireret indicauerunt. Asseruit aũt se beatus Antbonius amarissimis cogitationum stimulis tunc fuisse pulsatum. Eundez beatum Antbonium ita nonnunq; in oratione nouim⁹ perstitisse vt eundem in excessu mentis frequenter orantem cum solis ortus cecidisset infundi audierimus eum in furore spiritus sic proclamantem quid me impedis sol qui ad hoc oriris: vt me ab hui⁹ veri luminis abstrabas claritate.

¶ Finit tertia pars principalis huius operis videlicet liber de regulari conuersatiõe egyptioz monachoz ⁊ eoz qui degũt apud Palestinam vel Mesopotbamiam.

¶ Incipit prologus sancti Pascasij ad exhortationẽ sanctoz tam grecorum q̃ egyptiorum.

Omino venerabili patri Martino presbytero ⁊ abbati Pascasius. Vitas patrum sanctorum grecorum vt cetera facundia studiose scriptas iussus a te sanctissime pater in latinum transferre sermonem insolito si licuisset opere renuissem. Neq; enim vnq̃ qõ scribi vel legi potest excudi ingenio aut conscientia cordis prohibente. Scire em̃ me q̃ nibil sciã nõ audeo dicere neverbũ boc sapientissimo socratisue risipiã. Sz quia tua pater necesse est iussione vtar non gloriabor ingenio. sed fidem quam tibi debeo etiã opere iniuncto prestabo. Verum: quia eloquentium virorum libri sunt plurimi: sermone latino scripti: quorum lectionis expertum me esse: te etiam astruente testificor: si quid de illis aut bic insertum forte reppereris: vt minus eleganter expressum ne mee culpe deputetur exore: quia sicut in dato mibi codice repperi ea scripta sic transtuli: licet nec ea studiose posse me proferre profiteor. Unde restat: vt quod te iubente cepi, te orante perficiã. que tamen si scribenda decreueris vt tuo polire sermone digneris exposco. Neq; enim mibi liquebit quedam placuisse tibi: non ⁊ aliqua displicuisse cognouerim.

¶ Incipit liber exhortationum. Et primo contra castrimargiã ad deuitãdũ gule desideriũ.

Quidam frater quẽadmodũ in cella propria degere deberet: abbarem Sisoy requisiuit: cui respondit abbas Sisoys comede[inquit] panẽ tuum ⁊ salem: ⁊ nõ fit tibi necessitas aliquid excoquẽdi: aut longius euagandi. Alteri quoq; idem requirenti respondit Daniel propbeta cum dixit. Panez desiderio zum non comedi. ¶ Dixit vnus senex ad alterũ senem babentem charitatem: ⁊ suscipientem tã monachos multos q̃ seculares: lucerna quidem multis lucet: rostrum tamen proprium incendit. ¶ Dixit vnus ex patribus. quia inuenitur bomo multuz comedens. ⁊ adbuc esuriens continet se: ne satiet: alter autem comedit parum. ⁊ satiatur. Qui autem multum comedit ⁊ adbuc esuriens continet se maiorem mercedem habet: q̃ ille qui parum comedit ⁊ satiatur. ¶ Dixit quidam senex. Ne quod desideraueris aliquando manduces. Comede autem qõ transmissum tibi fuerit a domino: ⁊ gratias ei age. ¶ Quidaz frater impugnabatur a spiritu blasphemie: et erubescebat dicere: ⁊ quoscunq; audisset magnos senes: pergebat ad eos vt illis declararet ⁊ mor vt peruenerat: verecundebatur dicere. Cuz autem frequenter ad abbatem Pimenium veniret: vidit eum senex habentem cogitationes: ⁊ dixit ei. Ecce frequenter venis ad me habens cogitationes: et sic iterum remeas tristis tecum illas portans: dic ergo mibi fili: quid est quod habes. At ille dixit. In blasphemia impugnat me dyabolus: et erubescebam dicere. Et mor vt aperuit causam: leuior impugnatio eius apparuit. Et dixit ei senex ne contristeris fili. Quando enim bec

peruenerat confiteri.

cogitatio aduenit: dic, Ego hac causa opus nō habeo: blasphemia tua sup te sit sathana. Hanc enim causam anima non vult. Quācunq; enīz causaz anima noluerit non diu permanebit. Et ita frater ille discessit. ¶ Dixit abbas Moyses per bas quatuoz res pollutionis passio gignitur: per abundātiam esce ⁊ potus ⁊ saturitatē somni: p ociū ⁊ iocus: ⁊ ornatis vestiū? incedēdo. Jtē dixit: corpoze multe sunt passiones. Et dixit ei frater: ⁊ q̄ sunt abbaz? At ille rīdit: qz paulus apostolus dicit fornicatio: ⁊ īmundicia vel omnis cupiditas: nec nominet in vobis: sicut decet sanctos: visus quoq; ⁊ fiducia frequēter ad plium veniunt.

¶ De abbate Hacbario.

Abbas Hacbarius referebat q̄ cū maneret in illa solitudine vbi solus residebat inferius aūt fuit altera solitudo: q̄ plena erat multis fratribus: sero p viam circūspiciēs vidit demonē veniētem in figura hominis vestitū linea tunica pforata: p fingula foramina vasa parua pēdebant ⁊ dixit ei senex. Quo vadis maligne. Et rīdit ei. Uado cōmanere fratres qui sunt inferius. Ait senex. Et propter q̄d tot vascula tecum fers. At ille dixit. Bustū fero fratribus: ⁊ ideo tanta fero vt si vnum non placuerit porrigo aliud: q̄ si ⁊ illud displicuerit ostēdā aliud ⁊ sic fieri non potest: nisi vnum ex illis aliquod placeat eis: ⁊ hec dicēs discessit. Permansit aūt senex in eodē loco: iterum per viam circunspiciens: vsq; quo demon rediret ⁊ cognosceret que indicaret: ⁊ cum rediret dixit ei saluus sis. At ille respondit. Quid mihi istud verbum: quia omnes mihi cōtrarij facti sunt: ⁊ nullus consilijs meis acquiescit: dixit ei senex: ergo neminē ibi babes amicum. At ille respondit. Unum habeo amicum: ipse mihi consentit: ⁊ quotiēs viderit me huc atq; illuc cito conuertitur ad me velut vētus. Cūq; nomē eius ab eo requisisset dixit. Quia Theopistus dicitur: ⁊ mox euanuit. Exurgēs itaq; confestim abbas Hacbarius descēdit ad inferiorē beremum. Quem cum vidissent fratres a longe egressī sunt obuiaz ei: ⁊ vnus quisq; sperans q̄ apud se maneret: p̄parabat se. At ille requirens cellam theopisti ad eum pfectus est. Cumq; cum gaudio ille suscepisset ⁊ essent vterq; soli. Dixit ei abbas Hacbarius. Quēadmodum tecum est frater. At ille respondit. Interim orationibus tuis bene est. Et senex ait. Nō te impugnāt cogitationes? At ille ait. Jntrea bene sum. Erubescebat enim dicere. Et dicit ei senex. Ecce quot annis sum in solitudine ⁊ ab omnibus honoroz: ⁊ i hac etate cum sim senex molestē mihi sunt cogitatiōes. Respondit Theopistus ⁊ ait. Crede abba: quoniā ⁊ mihi. Tunc senex singulas cogitationes quasi se impugnantes fingebat vsq; quo confiteret illi totū Theopistus. Post hec dixit senex. Quēadmodum ieiunas. At ille dixit. Usq; ad nonam. Dixit ei senex. Jeiuna vsq; ad vesperam: ⁊ de euangelio vel de alijs scripturis sine cessatiōe semp aliquid meditare: quotiēs tibi aliqua cogitatio supuenerit: nū q̄ deoz suz aspicias sed sursum oculos cordis intende: ⁊ mox dominus adiutoz tibi erit ⁊ ita discessit ad propriam solitudinē. Et dum insisteret oratioīcircūspiciens viam iterum vidit demonem euntē: ⁊ reqrit eum. Quo vadis? At ille simili modo fratres commouere respondit: cuz autē reuerteretur interrogauit eum senex. Quēadmodum nunc se habent fratres? At ille dixit. Vale: quoniam omnes agrestes effecti sunt: ⁊ q̄ de omnibus peius est vnum quē habui amicum obedientē mihi: ⁊ ipse nescio vnde conuersus omnibus asperioz est: ⁊ iurauī me nō calcaturū illum locum nisi post multum tēpus. Et hec dicēs discessit. ¶ Interrogauit quidam frater cogitationes suas abbatē Pimeniū. Et respondit senex: monachus si ventrē ⁊ luxuriam ⁊ linguaz renuerit: ⁊ vagationē non fuerit sectatus: cofido q̄ non morietur: sed viuet in ppetuuz. ¶ Duo fratres ad abbatē Heliam venerūt impugnati a cogitationibus. Et videns eos senex q̄ copuleti essent: tanq̄ ad discipulum suuz subridens dixit. Uere frater ego erubesco pro te: quia sic in sagina nutristi corpus tuum. quia esca vermium sumus: cum pfitearis te esse monachum. Pallor enim cum humilitate ⁊ macies decus est monachi. Jtem dixit: q̄ monachus edēs multum ⁊ operans multum non confidat: qui aūt parum edit etiam si parum operetur confidat: ⁊ agat viriliter.

¶ Contra philargiam ⁊ de perfecta abrenunciatione.

Uidam inuenis volebat abrenūciare mundo: ⁊ frequenter cum egressuz de domo sua reuocabāt cogitationes inuoluentes pluribus negocijs. Erat enim dies valde. Uno die egresso eo: bostes imundi circundederūt eū ⁊ multuz puluerē excitauerunt ante illum. Ille vo pfestim expoliās se ⁊ iactās vestimēta sua: currebat nudus ad monasteriū. Declarauit autē de vni seni dicēs. Surge ⁊ suscipe athletā meum. Surgēs ergo senex obuiauit illi nudo: ⁊ cognoscēs cām admiratus est: ⁊ dedit illi habitū monachale. Quādo aūt aliqui veniebāt ad senē reqrere de cogitationib' varijs instruebat eos de abrenunciatione mūdana ⁊ dicebat. Illum fratrē requirite q̄ nec indumēta sui corporis seruauit: quia ego ad mēsuram renunciationis ipsius necdum pueni. ¶ Dicebat aūt: paulus abbas galatha: si aliquas res vo,

luerit monachus in cella sua habere pter eas sine quibus non pōt viuere: frequēter cogit e cella egredi: ⁊ ita a demonib? puaricatur ac decipit. Hic aut ipse Paulus in vna quadragesima cū sextario lētis: ⁊ paruo vasculo aque pdurauit: ⁊ vnā mattulā faciēs eandē texebat ⁊ retexebat: ne tātūmodo foras exiret. ¶ Quidaz frater requisiuit senē dicēs. Fac abba charitatē ⁊ dic mihi sermonē: q̄d debeaz in iuuētute congregare vt habeam illud in senectute. Respondit senex. Aut xp̄m adipiscere ⁊ cogita dē te: aut certe pecuniam ne mēdices: ergo tuuz est eligere: aut dominū deū aut māmona. Frequēter abbas agathon suū discipulum cōmonebat dicēs. Ne aliquando tale aliquid tibi acquiras quod fratri te petēti dare pigeat: ⁊ per hoc inueniaris mandata dei transgrediēs. Qui petit da ei: ⁊ volēti a te mutuari: ne auertaris.

¶ Nihil dolendum monachо si quid pdiderit vel amiserit.

Abbas Hacbarius dum esset in egypto ⁊ egressus fuisset de cella sua regressus inuenit quēdam latronē furārē id quod in cella sua haberet stetit ergo ⁊ ipse tāq̄ peregrinus: ⁊ caricauit animal cum illo: ⁊ cū magna patientia deduxit eū dicēs: nil intulim? in hūc mundū: dns dedit: sicut illi placuit ita factū est: benedictus dns in omnib'. ¶ Quidā frater vicinus cuiusdā magni senis: occulte igredieba tur cellam eius: ⁊ quicquid habebat senex furabat sed amplius opabatur dicēs. Puto frater ille necessari' est. Habebat ergo senex grandē tribulationē ex penuria panis: cū aūt moriturus esset: ⁊ circūdedissent eū alij fratres ille cū vidissent illū fratrē: q̄ solebat illi furari: dixit ei. Accede huc ad me frater: ⁊ apprehēdēs manus eius osculatus est eas dicēs. Gratias ago manib' istius fratris: qz pter eū arbitror me iturū in regnū celoz. Ille aūt compunct' ⁊ agēs penitētiam: factus est ⁊ ipse strēnu' monachus ex actibus senis quos vidit.

¶ Quod tolerantia pauperta tis in requiem ducit.

Jcebat vnus ex senib'. Nihil inuenim' scriptū de Lazaro illo paupe q̄ aliquā virtutē fecisset: nisi hoc tantū qz nunq̄ ad uersus dns ite murmurauit q̄ uis illi nullā misericordiam faceret: sed cuz gratiarūactione portauit laboē pauptatis sue: ideoq; in sinū abrahe sulceptus est. ¶ Jtē dixit: q̄ nō opz quenq̄ cogitare: nisi de timoze dei. Nā ⁊ si coactus fuerit de corporali necessitate esse sollicitus nunq̄ cogitet de ea ante tēpus.

¶ De reprimēda auaricia.

Abbas Siluanus dū modicum discessisset a cella: discipul' su' zacharias cum alijs fratribus sepē orti amouit ⁊ fecit boatum maioze. quod post q̄ regressus senex agnouit tulit melotē suū vt discederet. At illi prosciētes se ad pedes ei' ppter quid hoc faceret vt indicaret postulabāt. Tūc senex ait. Non ingredioz inquit in cellā banc nisi sepes fuerit in locū suum reuocata: quo mox facto ita regressus est. ¶ Quidam frater requisiuit senē dicēs. Si mihi debeat paucos nūmos frater iubes vt repetam eos? Cui senex. Semel tantūmodo illi dic cum humilitate. At ille dixit. Oō si semel dixero ⁊ nihil mihi dederit quid faciam? Tunc senex ait. Ulteri' ei nihil dicas. At ille iterū ait. Et quid faciā. qz nō possum vincere cogitationē meam nisi fuero illi importunus. Dicit ei senex. Dimitte cogitatiōes tuas tantūmodo fratrem tuum ne contristeris: qz monachus es. ¶ Abbas agathon volentibus emere opera manuum suarū: cum requie vendebat. Precium aūt erat cribri cētum: sportelli vero ducenti q̄nquaginta: ⁊ volentibus comparare dicebat precium ⁊ quicquid illi dedissent suscipiebat tacens: nec alij quando numerans. Dicebat enim. Quid mihi prodest concertare cum illis: vt illi peccent forsitan ignorantes: ⁊ quando supfuerint nummi erogē illos fratrib'. Sed qz deus nōvult huiuscemodi elemosynā a me neq; illi placet vt aliquē pmittam in sacrificio peccare. Et dum illi frater diceret: ⁊ panis in cellaz vnde venturus est? Dixit ei. Quid enim panis bominum in cella.

¶ Contra iram ⁊ de origine ire.

Dixit quidam ex sanctis patrib'. Ira p bos quattuoz actus erurgit: p. cupiditatē auaricie dandi ⁊ accipiēdi ⁊ rescp alienas rapiendi: ⁊ si quis ppriam suaz amās defendit: ⁊ si quis sevult bonoribus esse dignū: ⁊ si quis doctoz se esse vult: plb' omnibus sapiētem se esse sperans. Ira etiam per hec quattuoz humanos sensus obscurat: si odio habuerit bō primū suū: ac si p nihilo habuerit: aut si inuiderit illi: aut si detractauerit de eo. Ad hoc sanctū Johānē euāgelistā ostēdā autoz. Qui odit inqt

retribuitio vicq̃ modis hꝫ.

fratrē suū in tēnebris est ⁊ nescit quo eat: ⁊ manet in morte. Passionis autē hui⁹ retributio quattuor modos habet. Primum ex corde, secundū ex facie: tertium ex lingua: quartum ex facto. Si quis ergo potuerit ita portare ꝓximum vt non ingrediatur in corde non puenit vsq; ad faciē. Si aūt venerit in faciē custodiat linguam suaꝫ ne loquaꝫ illud. Quod si locutus fuerit: vel boc custodiat ne redcat in factō: sed mox abscidat a corde. ¶Tres enim gradus sunt hominum in passione ire. Nam qui nulli volunt arie nocet: ⁊ resistētibus non iniuriaꝫ ⁊ parcit ꝓximo suo: bic ꝑm xp̄i naturam est. Qui aūt nec alīū ledit: neq; se ledi vult: bic ꝑm adam est. Qui vero alijs nocet: aut iniuriaꝫ: aut calūnias ingerit aut vsuras exigit: bic ꝑm dyabolum est. ¶Quidā fratres veniētes ad abbatē Antbonium postulabant ab eo audire sermonē ꝑ quē saluarētur. Quib⁹ ille ait. Scripturas audistis: que vobis a xp̄o sufficiāt scitis. At illi vt ipse quoq; aliquid eis dicere dignaretur instabant. Tunc dicit eis. Euangelium dicit. Si quis te pcusserit in maxillam dextram prebe illi ⁊ alteram. At illi se facere boc non posse dixerunt. Respondit senex. Prebere alteram non potestis? vel in illam iterum si voluerit ferire sustinete. Sed cum neq; boc se posse facere testarētur: dixit eis senex. Ergo si boc non potestis ne reddatis ꝓ eo qō accepistis. Et cū idē verbū qō superius dixerāt: rogauerunt: dixit abbas Antbonius discipulo suo vas de fac illis escas vt comedant: vides enim q̄ valde infirmi sunt. Et ait ad illos. Si vnum non potestis ⁊ alterum non vultis: quid ad me requiritis? Ut video necessaria est vobis oratio q̄ quam infirmitas vestra sanetur.

incipit a interrogatione discipuli sui vt fugiat esse in monachis.

¶De retribuēdo bonum ꝓ malo.

QUidam ex fratrib⁹ ab alio passus iniuriā venit ad abbatē Sisoy: ⁊ ptumelie genus exponēs addebat. Ex pio me vindicare. Senex rogabat eum vt relinqueret deo vindictā. At ille iterum nō desistā [inquit] nisi fortiter me vindicauero cui beatus Sisoy ait. Quia semel boc in aīo posuisti: saltē oremus. Et exurgēs senex bis verbis cepit orare. Deus iam non es nobis necessarius: vt ꝓ nobis solicitus sis: qz nosipsi sicut iste frater dicit ⁊ volum⁹ ⁊ possumus vindicare: qō cū ille frater audisset ante pedes senis pstratus venia ꝑcabatur, pmittēs se cū illo cui irascebaꝫ nunq; deinceps esse certaturū.

vult se vindicare.

¶Quidā frater cū ab altero iniuriaretur venit ⁊ annūciauit seni: cui senex rīdit. Satisfac cogitationi tue qm̄ frater nō vult tibi iniuriari sz pctā tua submittunt illi. Nā in omni tēptatione q̄ tibi ꝓtigerit ꝓba ne arguas eū nisi tantūmodo dicas: ꝓpter peccata mea ꝓtigūt mihi bec. ¶Dicebat frequenter abbas Pimenius. Malicia nunq; exuperat maliciā: sed si q̄s malefecerit tibi: tu illi bonuz redde: vt ꝑ bonitatē vincas maliciā. ¶Quidā frater erat q̄ quāto plus ei aliquis iniuriabaꝫ aut incitabat: tanto magis ad eū recurrebat dicēs. Isti sunt qui nobis occasionē ꝑbēt ad pfectionē nostram qui aūt beatificant nos decipiūt nos ⁊ semitā pedū nostrorum subuertunt. ¶Alius erat senex: si quis detraxisset ei ille festinabat si vicinus erat ꝑ seipsum bene remunerare illū q̄ si longius manebat transmittebat ei munera.

¶De non retribuēdo inimicis.

QUidā frater interrogauit abbatē Sisoy dicēs. Si latrones aut barbari sup me irruerit occidere me volētes ⁊ ego si ꝑualuero iubes vt occidā? Cui ille rīdit. ne facias istō: ne nomineris bomicida sed totū deo cōtrade quicq̄d tibi ꝓtigerit ad uersi ꝓpter boc tibi ꝓpter peccata tua venire. Si quid vero boni feceris ꝓsecutus: diuine dispēsationi totū debes ascribere. Erat beremita quidā magnus in monte qui dicit atbabeos: ⁊ venerunt sup eum latrones. Cū aūt ille vocē audisset de vicinis locis frēs alij ꝓfuētes cōprebēderunt eos. Quos trāsmissos in ciuitatē iudex misit i carcerē. Fratres vero illi ꝓtristati sunt nimis: q; ꝓpter eos latrones traditi essent ad penā: ⁊ venientes ad abbatē Pimenionē narrauerūt ei factū. Qui scripsit ad beremitam dicēs. Reminiscere primā pditionē vnde facta est: ⁊ tūc videbis secūdā pditionē. Nisi enim prodi tus fuisses ab interioribus tuis secūdā publicationē nunq; ꝓpetrasses. Cūq; ille talē audisset sermonē compunctus est: ⁊ cum esset in illa regione nominatus ⁊ ꝑ multū tēpus de cella sua nō exiens exurgēs tamē in ciuitatē ⁊ expelles latrones de carcere liberauit eos publice.

¶De perfecta patiētia.

QUidā videns laboriose portantes in lecto mortuū: dicit ei. Bonos tuos portas: si vis melī facere vi uos portaq; pacifici filij deivocabunt. ¶Interrogātibus qui busdā fratrib⁹ abbatē. Boysen sermonē ille boratus est discipulum suum zacbariaz vt eis aliquid diceret. Tunc ille pallium suum deposuit sub pedibus ⁊ conculcauit illud: ⁊ dixit. Nisi q̄s sic fuerit conculcatus monachus esse non potest. Abbati Ammoni ꝓpbetauit beatus Antbonius dicēs.

a monachꝰ nō debet sentire in se vlt

Et ultum babes in timore dei proficere. Et educēs eum de cella ostēdit ei lapidem ⁊ dixit ei. Vade, iniuriare lapidi buic ⁊ indefinēter cede illū. Quod cū fecisset interrogauit eū sanct⁹ Antbonius si ei aliquid lapis respōdisset: at ille dixit. Nō. Cui abbas Antbonius ait. Ita ⁊ tu ad bāc mēsurā pueturus es: vt nullā tibi fieri arbitreris iniuriam.

¶Quod opz pro pace q̄uis bona sint opera dimittere.

ABbas Botois edificauit sibi monasterium in loco qui dicitur eracleona. Et dū ibi a multis molestarē in alterum locum transgressus est. Et similiter ibi cōstruxit monasterium sed ꝑ inuidiā dyaboli quidam frater ibi inuētus est: qui semp iram cuz eo babebat ꝓpter bec surrexit inde ⁊ ad ꝓpriū reuersus est vicum: ⁊ fecit ibi monasteriū ⁊ reclusit semet ipsum. Post tēpus autem aliquantulum congregati sunt senes de illo loco vnde egressus est: deducētes secum illum fratrem cuz quo babuerat litē quatenus rogarēt euz ⁊ reducerent in monasteriū suū. Postq̄ autem in vicina loca venerunt tuz melotes suos q̄ illum fratrem ibidem dereliquerunt ipsiq; ꝓfecti sunt ad senē. Et pulsantib⁹ illis aperta fenestra, respexit ⁊ cognouit eos. Post orationem factam dicit eis abbas Botois vbi sunt melotes vestri? At illi responderunt. Ecce in vicino sunt vna cum fratre qui tecum iraz babebat. Postq̄ bec senex audiuit ⁊ nomen illius ⁊ aduentum cognouit pre gaudio ostium per quod ingressus fuerat secuti confregit ⁊ egressus cucurrit ad locum vbi erat ille frater: ⁊ prior ipse cepit agere penitentiā apud eum ⁊ amplectens eum introduxit in cellam suam: ⁊ per tres dies conuiuatus est cum eis: qui numq̄ babebat consuetudinem vt ieiunium solueret et surrexit ꝓfectusq; est cum illis. ¶Quidaz frater requisiuit abbatem Helyam dicens. Si contrista uero aliquem quēadmodum vis rogē. Respondit senex. Ex profundo cordis tui cum dolore age penitentiam apud deum: ⁊ videns deus ꝓpositū tuū satisfaciet ei.

¶Contra spiritum tristicie qui desperationē facit.

ABbas Arsenius dixit. Non coctuz laterculum si missum in fundamentum fuerit prope fluuium neq; vno die sufferre poterit. Si autē bene fuerit coctuz permanet tanq̄ lapis sic ⁊ bomo non coctus neq; inflamматus secūdum quod de Joseph dictum est eloquium domini inflammauit eum mox in principio carnalis cogitationis dissoluitur. ¶Idez requisitus ab altero fratre dicēte. Si peccauero etiam in quocunq; minuto peccato ⁊ consumit me cogitatio mea ⁊ arguit me dicēs: quare peccasti quid faciam? Respondit senex. Quacunq; bora ceciderit bomo in culpam: ⁊ dixerit ex corde: domine deus peccaui indulge mibi mox cessabit cogitationis vel tristicie illa consumptio. ¶Dicebat autē abbas Pimenius de abbate Isidoro quia solus ille se cognouisset. Nam quotiens illi dicebat cogitatio sua: quia magnus es tunc ⁊ ipse respondebat sibi. Nunquid talis qualis Antbonius: aut certe abbas Piamon vel reliqui patres quidem placuerunt. Quotiens ergo bec cogitabat requiescebat. Quando vero inimicus conturbans eum suggerebat ei desperationem ⁊ penam dicēs quoniaz post bec omnia iturus es ad tormenta: dixit ipse: quia q̄uis ego in tormenta mittar: tamē vos subtus me inuenio. ¶Abbati Moysi frequēter apparuerunt spiritus maligni dicētes. Uicisti nos ⁊ nibil tibi possumus facere, quoniam quotiens per desperationem bumiliare te volumus: exaltaris: quotiens te exaltare itate bumilias vt nullus de nobis accedat ad te.

quotiēs ap̄ter surgēdum.

¶Cum quidam ad abbatem Bysoym frequēter talem sermonem requireret: quid faciaz pater quoniam cecidi. Ille respondit. Surge: ⁊ surrexit. Et iterum se cecidisse professus est. Ait senex. Et iterum surge. Cum autez frater frequēter se cecidisse narraret: eodem modo senex vrebatur sermone exclamans. Non cesses surgendo fili. Cui frater. Usq; quo possum surgere pater explana. Ait senex quousq; aut in bono opere aut in malo deprebensus occumbas. In quo enim opere deprebensus fuerit bomo iudicabitur. Item dixit. Qui laborat ⁊ arbitratus se fuerit aliquid facere recipit bic mercedem suam.

¶Contra spiritum vane glorie.

QUidam frater requisiuit abbatem Pimenium si melius esset remotius an cuz aljs manere. Rīdit senex. bomo si semetipsum reprebēderit vbiq; ꝑ pōt psistere si aūtē se magnificet nusq; stat sicut scriptum est. Qui se existimat aliquid esse cum nibil sit: ipse se seducit. Quicquid enim boni fecerit bomo ne eraltet in eo: quia mox perdet illud. ¶Abbas Dacbarius si quis illum cum timore velut sanctum virū voluisset audire: susceptus nullum penitus a sene percipiebat responsum. Si quis vero velut constrēnens eum talibus verbis compelleret: abbā macbari quando keras camelarius ⁊ nitruā furabaris: nunquid non vapulabas a magistris deprebensus in furto, libenter ei quicquid requisisset cō

opprobria libē ter audiebat.

¶Beatus Arsenius referebat q̄ cū in p̄pria cella resideret vocē sibi audierat dicentē vt egrederet foras p̄pter opa manuū cōtēplanda. Et egressus vidit boiem quēdā aquā de puteo haurientē atq̄ in vas p̄foratū mittētē ⁊ aqua egrediens refundebat' in puteū. Et iterū pax p̄gressus vidit etbiopē ex lignis a se cōcisis sarcinā facientē quā cū tētasset: ⁊ ip̄o tabilē sensisset: alia iterū ligna sup ea p̄gessit filiterq̄ tētās cū nec mouere potuisset: tū alia adde' ligna nō destitit Et iterū p̄gressus Arsenius vidit asi portā ciuitat' duos iuuenes sedētes in equis qui lignū trāsuersum portantes ingredi nō poterāt ciuitatē. Lignum enī q̄ ab eis portabat' nō eos p̄mittebat intrare: nec sequi vel humiliare alteri alter nō sinebat ⁊ ita foris ciuitatē vterq̄ remāserunt. Ille vo q̄ hoc sancto arsenio in spiritu ostēdebat dixit ei. Hūc quē prius vidisti aquam de puteo hauriret: ⁊ de vase p̄foato rursuz in puteū fūderet: similitudo ē hominis faciētis elemosynā q̄ bonū opus imitat' efficere: sed q̄ in alijs op̄ibus sepe cōmittit iniquitatē p̄pter hec mala illud parum boni se coinquinās pdit. Illū aūt quē vidisti ligna ꝯcidere ⁊ grauē sarcinā addidisse facere q̄ grauiorez: homo est in peccatis plurimis constitutus qui post penitentiaz aliud sup peccatis suis onus augmentat. Hos vero quos transuerso ligno renitente ciuitatē non posse ingredi cōspexisti: isti sunt qui iugum miserabile videntur ferre superbie: ⁊ alter alterī se humiliare noluerūt vt p̄ hoc emendati viā x̄pi humilem sequerentur: atq̄ ideo extra regnum dei

tam bi q̄ illi remanserunt ¶ Interrogauit frater abbatē Sisoium dicēs. Dimissa est mihi hereditas a parentibus meis. quid faciam de illa. Respōdit senex. Si dixero. da illam in ecclesiam clericis illi epulantur ex ipsa. Si dixero da illā consanguineis tuis: nullam habebis mercedem. Si ergo vis iplere mandatum diuinum da hanc pauperibus t ege nis: t perfectus eris.

¶ Temporalis profectus derelinquendus est propter amorem charitatis.

ABbas Sisoys dixit. Cum fuissez aliquando i mercato: t sportellas meas fratri venderem. videns q̄ iracundia approximabat mihi: dimisi vascula mea fugiens. ¶ Dixit abbas Johannes. Ascenderam aliquando perviā beremi in Scithia: texens plectam. t audiui camellarium loquētem sermones varios. Et ne forte irascerer: dimisi plectam meaz t fugi. ¶ Interrogauit frater abbatem pimenionem dicens. Quid est quod dominus dixit maiorem charitatem nemo habet q̄ vt animā suaz ponat quis p amicis suis quomodo hoc facit Respondit senex. Si quis audit verbum malum a proximo suo: t dum possit similia respōdere pugnat tamen in cord. suo portare laborem vim sibi facit ne respondeat malum vt contristet illum: iste talis animam suam ponit p amico suo. ¶ Abbas macharius dixit. Si reminiscimur malorum que ab hominibus patimur. perdimus memorie virtutem. Jtez dixit. si autem recolimus malorum que nobis a demonibus mittuntur: sine perturbatione erim⁹ scientes q̄ ab initio bona deus creauit: dyabolus vero mala superseminauit. En sunt perditiones innumere. Et addidit dicens. culpa est monachi: si Iesus a fratribus primus in charitate purgato corde non occurrit. Nam sunamitis nō meruisset recipere Helyseum ppbetā in domum suam nisi q̄ cū nullo alio habuit causam. Sunamitis enīz in persona est anime. Helyseus vero in persona spiritus sancti figurata: quia niſi pura fit anima: non meretur suscipere spiritum dei. Jta ira inueterata excecat oculos cordis: t animam excludit ab oratione.

Quid lamentatio vel paupertas que fit ppter deum operetur.

SAnctum Antbonium requisiuit frater dicēs. Quid faciam p peccatis meis. Respondit. Qui vult liberari a peccatio fletu t planctu liberabit ab eis: t qui vult edificari in virtutibus per fletum lachrymarum edificat Ipsa laudatio psalmorū plāctus est. Memento exēplū Ezechie regis inde: ficut scriptū est p esayā ppbetā: q̄ flēdo nō solū sanitatē recepit: sed ēt p. xv. ānos augmētū vite promeruit: t supueniētis hostis exercitū videlz centuz t octogintaquinq̄ milia: p lachrymarū ei⁹ rigationē virtus dūi in mortē pstrauit. Sāctus petr⁹ apostolus flendo recepit q̄ in xp̄m negādo cōmiserat Maria cū lachrymis rigauit pedes domini meruit audire optimam partem elegisse. Ipse est timor sanctus pmanens in seculum seculi. ¶ Beat⁹ macharius dixit. In veritate si facta est monacho despectio quasi laus paupertas sicut diuitie: inopia sicut epule: nunq̄ morītur. Impossibile est bene credentem t pie colentem deum cadere in passionem immundam t in errorem demonum.

¶ In hac vita homo requiem inuenire non pōt.

ABbatē sisoyū requisiuit frater post q̄ tū ps̄ds homo a se abscindere passiones. Respōdit Scriptū est in euangelio: quia peccatores de⁹ nō audit: z qui cultor dei est t voluntatē facit. Jdeo cū venerit ipugnatio abscinde illā: q̄ fragilis est aia. Ante armetur q̄ a peccatis inquinet. ¶ Abbatē pimenionē. iterrogauit frater. Quid faciā q̄ conturbant me cogitationes sedentē in cella? Rīdit. Neminē despicias: nullum dijudices: de nullo male loquaris t deus dabit tibi requiem: t statuet sessionē tuā fine cōturbatiōe Custodiā eñ senio: ū: t quietē ipsoz cōsidera Sedulare in diuinis officijs: t scias horas canonicas die ac nocte. Timor dñi nō discedat a corde tuo: t non glorieris. neq̄ te estimes cū iustis: t ex oi virtute tua custodi: vt nō facias ppriā voluntatē. ¶ Jdē dixit sicut ad succensam ollā musce nō appropinquant: si vero tepida fuerit incidunt in eā: t faciunt vermes: ita t monachum succēsum igne diuini spiritus demones fugiūt tepidū vero illudunt t insequuntur.

¶ Unde vitia oriuntur.

SAnctum Antbonium requisiuit frater Quō deus repromittit bōa aie per assiduitatem scripturarū: t non vult anima in bonis permanere: sed declinat ad transitoria caduca t immunda? Respondit ad hoc iūgitur quod psalmista ait. Jniquitatem si conspexi in corde meo non exaudiet deus. Jgnoras q̄ cum vēter plenus fuerit esca: statim ebuliūt magna vitia: que saluator noster p euangeliū prędixit. Non coinquinat quod in os intrat aiam bois: sed de corde exeūt que in interitum demergunt boiem. Unde q̄d dixerit primum. Cogitationes male homicidia: adulteria fornicationes: furta: falsa testimonia: t blasphemie. Quia nec dum gustauit dulcedinem celestiuz vt ex toto corde exquirat deum: ideo ad immunda reuertitur. Quis poterit recte dicere: vt iumentuz factus sum apud te t ego semper tecum.

¶ Qualiter virtutes obtinere oportet.

VEndam senez requisiuit frater dicens. Doce me pater t dixit ei vade arma tibijpse vim facere. Euagina gladiuz tuum: t exi in bellum. Dixit ei frater. Non me permittunt cogitatiões. Rīdit senex. Scriptuz est. Jnuoca me in die tribulationis tue: eripiam te t glorificabis me. Jnuoca ergo deum t eripiet te. ¶ Perrexerunt duo fratres ad vnum senem sanctum in scithia sedentē singularē. dixitq̄ vnus ex illis. Abba omne vetus t nouuz testm̄ memoriter dicit. Dicit ei senex. Impleti aerem verbis. Et alter dixit. Ego vetus t nouum testm̄ totum scripsi t penes me habeo. Et huic respondit: t tu ipleti fenestras tuas cartis. An ignoratis que deus dixit. Regnū dei nō est in sermone: sed in virtute. Et iterum. Non auditores legis iusti sunt apud deū: sed factores legis iustificabuntur. Jnquirebant ergo ab eo viam salutis. Ille aūt dixit eis. Jnitiū sapiē tie timor dñi: t humilitas cū patientia. Omnibus bis insertis vel bis vtentibus pauca sufficiunt.

¶ Quomodo in cenobijs viuendum sit.

UNum quidā adolescens frater abbatē agathonē requireret dicēs volo pmanere cū fratribus. Dic mihi quō habitē cum ipsis. Respondit ei senex. Observa pre oibus hoc vt qualis primo die ingredieris apud ipsos talis reliquum peragas tēpus: t cum quiete adimplebis peregrinationem tuam. Custodi enim nequādo fiduciam loquendi assumas dicēte apostolo. Nemo militans christo implicat se negocijs secularibus. ¶ Item dixit Agathon. Si habitas cū primo isto sicut columna lapidea: que si iniuriatur non irascit si glorificatur non extollitur. ¶ Abbas Pimenius ad abbatē Nesterionē sedentē in cenobio requisiuit dicens Unde adeptus es hanc virtutem frater: vt quotienscūq̄ tribulatio contingit in cenobio: neq̄ loquaris: neq̄ mediator accedas? Et cum nollet dicere: postea compulsus a sene dixit. Jndulge mihi abba: q̄ in principio q̄ ingressus suz dixi cogitatiōi mee. Ecce tu t hic asinus vnus estis. Sicut eñ hic asinus vapulat t non loquit iniuriat⁹ t nihil rīdet: ita ergo esto t tu: nam sic dicit t psalmista. Ut iumētum factus sum apud te: t ego semp tecū. ¶ Cum aliq̄n genus mazicoz in scithia supueniēs: multos ex patribus occidisset abbas Pimenius vna cum alio patre seniore nomine Anub t cum alijs quinq̄ patribus fugiens inde venit in locum qui dicitur theremithi: t inuenerunt ibi templum antiquū desertum t manserunt in eo bi septez pariter donec cognoscerent vbi vnusquisq̄ in egypto mansur⁹ esset: decreuerunt autem inter se dicentes. Septimana hac vnusquisq̄ requiescat apud se: t alter ad alterum non loquatur. Cum autem id facerent erat in tēplo illo statua cuiusdaz idoli. Abbas vero Anub exurgens mane lapidabat eam in facie t vespereve niens dicebat ad eam: peccaui: indulge mihi: t sic fecit per totam ebdomadam: die autem sabbati cū venissent pariter dixit ei abbas pimen⁹. Quid vos + luisti hoc tota ebdomada faceret homo fidelis diceres idolo idulge mihi. Dixit ei senex Anub. Hoc ego propter vos feci. Dicite mihi: nunquid q̄ñ hoc idolum lapidabam: locutum est aut irarum: aut q̄ñ indulgentiam petebam: nunquid exaltauit se aut gloriatum est. Cui abbas Pymenius respōdit. Nō vtiq̄. Tunc dixit senex. Ecce fratres septez sumus si vultis ergo pariter manere: vt lucrum aie faciamus sit idolum nobis istud in exemplu: ne quādo iniuriatus aliquis iracatur ne q̄ñ ab eo venia petit glorietur aut extollatur. Si aūt ita nō vultis: vnusquisq̄ vadat quo vult. At illi pficientes se in terrā spoponderunt se ita facturos t sic permanserunt p multos annos cum magna humilitate t abstinētia vnum ex ipsis facientes dispensatorem. Et erat eis pfectio t vnū desideriuz: t quicq̄d positus esset in mensa hoc reficiebantur: nullo dicente affer nobis illud aut istud nolo comedere. Quattuor siquidem horas dormiebant in nocte: t quattuor psallebant t quattuor operabantur. In die vero per intervalla horarum officijs diuinis insistebant operantes t legentes t findentes folia palmarum vsq̄ ad horam nonam. Post hoc vero victum sibi parabāt colligentes quasdam herbas terre.

¶ Que sit observantia spiritualis discipline.

VIdam frater requisiuit sanctum Serapionem abbatem habentem sub regimine suo decem milia monachorum dicens Alij fratres de cenobio elegerunt me vt ego illis precipiam: ostendis mihi quomodo iubes: respondit Serapiō. Dorum est meum fortasse imperium. Nā dñs noster iesus xp̄s per euangeliū suum instruit dicens. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et cum discipuli de primatu iter se disceptarent quis esset senior: ait ad eos. Si quis voluerit inter vos maior fieri: erit vester minister: t quicunq̄ voluerit in vobis prior esse erit omnium seruus. Petrus apostolus in epistola sua monet pastores: pascite qui in vobis ē gregē dei: nec cōpulsione sed voluntarie sm deū: nec in turpe lucrū: sed forma estote gregis vt cū appuerit princeps pastor pcipiatis imarcessibilē eterne glorie coronam. Jta facito prius quod precipis vt nō tantum illis precepta sed formulaz prebeas: vt tua imitentur exempla. Ne sis mercennarius: si pastor ouium: q̄ saluator noster beatum dixit quē pstituit sup familiā suā: vt det illis cibū in tempore. ¶ Interrogauit abbas moyses abbatem filuanū dicēs

Dōt homo p singulos dies apprehendere pcessationis initiū. ℜRndit opz eīm apprehēdere vnūquēq; aliud ex oībus. Surgēs mane sumat initium sapiētie in oī virtute t in oī mādato dei in magna patiētia t longanimitate t charitate dei: cū būilitate aīe t corpis i multa sustētatōe t cōmemoratōe celle in oratōne t deprecatōe cū gemitu cū puritate cordis t oculoz t custodia lingue ac sermonū in abrenunciatione rerū materialiū: desideriozq; carnis cruciationē habēres in certamine: in cōtinētia spiritali t agone pugne: in pnīa t luctu: in simplicitate anime t taciturnitate: in ieuniis t vigiliis nocturnis: in opatione manuum ām qō dicit apostolus Paulus, Operātes manib⁹ vestris in fame t siti: in frigore t nuditate: in laboribꝫ t angustiis t psecutionib⁹: in foueis t spelūcis t cauernis esto factor: vbi t nō auditor tantū operans talētum: indutus babēs vestē nuptialē: firmatus supra firmā petrā, Elemosyna t fides non te derelinquant. Cogitans esto omni die mortē vicinā eē t quasi iā clausus in monumento nibil de boc seculo cures: q; sollicitudo seculi t cupiditas diuitiaꝝ be sunt spine quas dīs cauere dixit in euangelio q̄ bonum semē suffocāt. Jnedia escaꝝ humilitas t luctus non recedant a te: q; dom⁹ dissipat ossa hominū sibi placētiū. Timor omni bona pmaneat in te sicut scriptū est: ppter timorē tuū oīa in vtero concepimus t doluim⁹ t peperimus spiritū salutis. Hec ergo t si qua alia virtus inest bis pspice: t ne te mēsures cū magnis: aut iustus te existimes: sed te crede inferiorē esse totius creature: ideſt vilioꝛem quouis boie peccatore. Qui se existimat aliquid esse cum nibil sit: ipse sē seducit. Nō dīudices proximum neq; despicias alienum delinquentem: sed tua plange peccata: t de nullius hominis actu sollicitus sis. Esto mansuetus spiritu: t non iracundus nibil in corde tuo: neq; odium neq; contra inimicum aliquid fine causa babeas neq; despicias eum in tribulatione eius neq; reddas malum pro malo: sed esto pacificus cum omnibus boc est viuculum perfectionis. Non te credas malum facieti: neq; congaudeas ei qui fecit proximo suo malum. Non detrabas alio: q; deus iudex t testis est in omnibus. Ne oderis aliquē ppter pctā eius: q; scriptum est. Nolite iudicare vt nō iudicemini. Dum alium arguis vide ne peiora cōmittas non despicias peccantē: sed ora pro illo: vt deus illi det conuersionem ad penitētiam: t si audieris de aliquo q̄ agat iniqua: responde dicens. Nunquid ego bonus sum iudex: homo suꝫ peccator mortuus sub peccatis meis. Mortuus enim cām non bꝫ curare pro aliquo. Qui bec omnia procurat t cogitat operarius est omnis iusticie. Dū de xpō redēptore nostro propbeta denunciet dicēs. Ego aūt sum vermis t non bō. Et alius ppbeta Abacbuc dicit. Lapis de pariete clamauit t scarabe⁹ de ligno loquit nos vero dum in multis extollimur: in multis supplantamur. Qui vero bec custodit viuit sub gratia t virtute domini nostri iesu christi.

¶ De meditationibus duodecim anacboretarum.

Nacboretē aliqñ sapientes sancti t spiritales duodecim numero ꝓgregati in idipm expetierūt a semetipsis dicere vnūquēq; q̄ emēdauerit in cella sua: t quā meditationē meditat⁹ sit spiritaliter. Et dixit prim⁹ q̄ t senior eorum. Ego frēs ex quo cepi quiescere totum crucifixi meipm bis q̄ extrinsecus sunt actionib⁹: reminiscēs quod scriptū est. Dirūpamus vincula eoꝝ t pjiciamus a nobis iugꝫ ipsoꝝ. Et velut murū faciēs inter animaꝫ t corpales act⁹ dixi in mēte mea. Quēadmodū is q̄ intra murū est stantē foris nō videt sic nec tuvelis exteriores act⁹ aspicere: sed teipsum intuere sustinēs quotidie spez dei. Sic aūt habeto malignas cogitatiōes aut mas concupiscētias: sicut serpentis t scorpionū pestem. Si quando aūt eas in corde meo nasci sensero attendens illas cum comminatione t ira arefacio eas: nec vnq̄ cesso irascens corpori t menti mee neq̄ prauū faciat. ¶ Secūdus ait. Ego dixi ex quo renunciaui terre bodie renatus es: bodie cepisti seruire deo: bodie bic ibabitare cepisti: sic esto quotidie peregrinus t crastino liberandus boc mibi quotidie consulebam. ¶ Alter dixit. Ego diluculo ascendo ad deum meum t adorans illum, iactans me in facie meam confitēdo culpas meas: t sic descendens adoro angelos dei: rogans illos supplicare deo pro me t oēm creaturam. Et cū ista adimpleuero vado ad abyssum: t quid iudei faciunt bierosolymis: euntes concidentes se t lachrymātes ac lugentes casum patruꝫ suorum. Jboc ergo circuens t expectans propria membra tormētis subdita t cū ploꝛantib⁹ ploro. ¶ Quartus ait, ego sic suꝫ acsi in monte oliuarum sedeam cū dño t discipulis eius. Et dixit mibi ex quo nullum agnoscas ām carnē sz cum bis esto semp celestis conuersationis imitator sicut bona Maria ad pedes Jesu sedens t verba eius audiēs. Efficiamini sancti t perfecti sicut pater vester qui in celis est. Et discite a me q; mitis suꝫ t bumilis corde. ¶ Quintus ait. Ego angelos aspicio ascendētes t descendētes advocationē animarum t semper finem meum operioꝛ dicēs. Paratum cor meum deus paratum cor meum. ¶ Dixit sextus: ego per dies singulos statui verba mea audiri a domino putans mibi dici laborate propter me: t ego quiescere faciam vos. Adbuc modicum decertate t videbitis salutare meum t gloriā meā. Si diligitis me si filij mei estis ad patrem rogantes reuertimini si fratres mei estis erubescite pro me quēadmodum propter vos multa ppessus sum. Si oues mee estis dominicam passionē sequimini.

¶ Septimus ait. Ego ista assidue meditor t sine intermissiōe colloco mibi: fidē: spē t charitatē: vt spe quidē gaudeam: dilectione ꝺo neminē aliquādo cōtristē: t fide corroborez. ¶ Octauus ait. Ego volātē dyabolū inspicio q̄rentē quē deuoret t vbicunq; ierit inspicio illū interioribus oculis meis: t dominū meū aduersus illū interpello: vt sine effectu maneat: t in nullo ꝺualeat maxime in timētibus deū. ¶ Nonus ait. Ego quotidie ecclesiā intellectualiū virtutum expecto: t dominū gloriē in medio earuꝫ video sup omnes splēdētē. Quando autē abscedaꝫ ab eo ascendo in celum expectans admirādas pulcbitudines angelorum: t quos emitunt bymnos incessabiliter deo t dulces eorum cantilenas differoꝛq; sonis ac vocibus t suauitate: vt libeat reminisci quod scriptum est. Celi enarrant gloriam dei: t opa manuum eius annūciat firmamētū: t omnia que sup terram sunt sicut cinerē t stercora opinor. ¶ Decimus ait. Ego angelum meuꝫ assistentē mibi iuxta me expecto t custodio memetipsum quod scriptū est reminiscēs, puidebam dīm in cōspectu meo semp quoniam a dextris est mibi ne commouear. Timeo igit⁹ eū vt custodientē vias meas t quotidie ascēdētē ad deū t insinuantē act⁹ meos t verba. ¶ Undecim⁹ ait. Ego pſonā infundēs virtutibus veluti si abstinētie castitati, benignitati dilectioni in meipsuꝫ fleti: t circūdās mibi illas tubicinē q̄ iero dico mibi ipsi vbi sunt sequaces tue: ne pusillanimis sis ne deficias babens iuxta te eas semp. Quecūq; lubēt loquere de virtute vt post mortē testificēturde te coram deo qz inuenerunt requiē in te. ¶ Duodecimus ait. Vos quidē patres celestes babētes conuersationē celestē sapiētiam possidetis. Nibil mirum. Eleuatos vos operibus videoꝛ superiora sectantes. Quid dicam. Virtute eīm etiā trāspositi estis terram: vosmetipsos ex toto alienantes ab ea. Quid dicam. Vos terrenos angelos t celestes bomines dicens non peccauistis. Ego ꝺo mebis indignum iudicās pctā mea vbicunq; iero precedunt me semp: ad dexteram t finistrā in infernuꝫ ꝺo adiudicaui meipsum dicēs. Esto cū bis quibus dignus es. istis post modicum annumeraberis: video ibi plures gemitus t incessabiles lachrymas q̄ a nullo referri queunt. Aspicio quosdam stridētes dētibus t saliētes toto corpore: t tremētes a capite vsq; ad pedes. Et iactans me sup terram t amplectans cinerē deprecoꝛ deum nunq̄ casuum me illoꝝ experimēta accipere. Video t mare ignis bullētis immēsibile: t circum flētes t mugiētes. vt putent aliqui vsq; ad celos attingere fluctus ignis: t in tremēdo illo mari innumerabiles bomines dejectos ab agrestib⁹ t vna voce omnes illos clamantes t vlulantes simul quales nemo sup terraꝫ vlulatus t voces audierat: t sicut arentia omnis virgulti cremare. misericordia aūt dei auertēte se ab illis ppter iniusticias coꝝ. Et tūc lamēto gen⁹ bominuꝫ quō audeo loquivel cuilibet attēdere tātis mundo repositis malis, nīn bis teneo mentē meam luctum meditans: qđ ait dīs indignum me celo t terra iudicans reputanſq; qđ scriptū est: facte sunt mibi lacbryme mee panes die ac nocte. Hec sapiētiū t spiritualiū rīsa patrū. Et veniat in nos digna memoria vt narrationē ꝓuersationis ope ostēdere possimus vt facti inuituperabiles t pfecti t irreprebensibiles placeamus saluatori nostro, Cui est bonor t gloria in secula seculorum, Amē.

¶ Finit quarta principalis pars buius operis.

¶ Sequitur opusculum p conclusione annexū de virtutum laude t effectu intitulatum.

¶ Jncipiunt capitula subsequētis opusculi.

¶ Admonitio de laude charitatis t quō cūctis virtutibus preferatur. cap. j.
De humilitatis t charitatis cōnexione. cap. ij.
De obedientie bono eiusq; laudibus. cap. iij.
De virtute ptinētie admonitio: t qđ ptinētia nō in vna sz in multis necessaria sit rebus. cap. iiij.
Continētia etiā in vsu necessaria est. cap. v.
De continentia locutionis admonitio salutaris. capi. vj.
De vilium vestimētorum appetitu. cap. vij.
De eo q̄ illa que supradicta sunt: cum discretionis virtute debeant pfici. capi. viij.
De compunctionis bono que maxime ex mortificatione irascitur. capi. ix.
Qualis debeat esse ipsa cōpunctio. capi. x.
De modo orandi t quid significet q̄ dīs oraturus in montē ascendit. capi. xi.
De pugna vitiorum aduersus virtutes. Et specificato consilio qualiter vitia insidieq; hostis antiqui vitentur. capi. xij.
Exbortatio de studio legēdi. cap. xiij.
Admonitio necessaria de aduersis tolerandis patiēter infirmitateq; amanda. cap. xiiij.
De venia peccatorum sperāda q̄uis sint innumerabilia. Penitētia quoq; tbeodosij imperatoris p causa exemplisubinfertur. capi. xv.
De lectione. capi. xvj.
De pace. capi. xvij.
Epistola beati Macharij ad monachos. ca. xviij.

¶ Admonitio de laude charitatis. Capi. j.

Te non immemor petitionis banc ammonitionem pro anime tue profectu o frater charissime tibi vt rogasti ꝓbere studui: noui enim ardorem animi tui erga scripturas diuinas: noui tibi inesse studium legendi t implendi quod legis. Memor igitur suꝫ la

pe pſperi, dum tecum de anime tue ſermocinarer profectu: ⁊ idcirco me nō piguit: hoc quod tua mihi ſuggerere voluit charitas adimplere: quatenus ⁊ tu ex hac ipſa admonitione in domini gradatim a more proficias: ⁊ ego tue mercedis effici merear particeps. Scio vero non mediocriter eſſe beatus qui ſe ſoluꝝmodo domino adiuuante ſaluat ſed nouit multo beatiorem fore qui ſecum alios ad celeſte regnum trahere feſtinat. Qua propter horror tuam eximiam dilectionem vt hanc admonitiones ſubinde legas: ⁊ memorie commēdes atq; ope cōpleas vt alios bonum exemplum monſtrando ⁊ te ⁊ alios ſalues vt de tuo alioꝝmq; profectu felicē remunerationem ab immortali ſpōſo recipere mereaꝛis. Oēnte ſolerti tracta: ne hoc agas vnde celeſti tuo ſponſo diſpliceas quia ipſe tibi ſi bene vt cepiſti perſeueraueris: inauditam leticiam inuiſum gaudium cuꝫ ceteris condonabit ſanctis. paulo affirmante qui ait. Quod oculus non vidit nec auris audiuit: ne in cor hominis aſcendit: que preparauit deus diligentibus ſe. Feſtina igitur ad illud gaudium: ad illam leticiam in qua multi ſanctoꝝ requieſcunt: conſidera deo dilecte: quanta ſit felicitas dei vultum ſine defectu cernere: ſanctorum angelorum choris intereſſe: cum ſanctorum hominum multitudine ſine fine gaudere: ⁊ adhec greſſibꝰ virtutum quotidie appropinquare ſtude. Ut ad ea que cōmemoraui recto tramite pergas citiuſq; vt peruenire queas: hanc tue beatitudini admonitionē ſcripſi per quam non de vna ſolummodo virtute ſed de multis te cupio commonere virtutibus. Quem ſermonem ideo ſingulari numero admonitionē voco quia cuꝫ multe ſint virtutes ⁊ innumerabilia bona mentorum: ad vnam tamen pertinent viam: ad vnū iter: ⁊ ad vnam felicitatem ꝓducunt hominē. Cum igitur de pluribus virtutibus te admonere deſiderē primum cum paulo apoſtolo hortor vt charitatis virtutem ante omnia habere ſtudeas quia ſicut panis omniꝰ cibis eſt melior ita charitas omnes antecellit virtutes. Et ſicut ſine pane menſa efficitur inops: ita ſine charitate nulla proficit virtus. Sine charitate enim nec lachrymē nec vigilie nec nuditas nec caſtitas nec elemoſyne: nec martyrium hominē ſaluare pōt. hanc dominus ac redēptor noſter ſpecialiter nobis commendauit. Hec inquit mando vobis vt vos inuicem diligatis. Et iterum In hoc cognoſcent omnes q; mei eſtis diſcipuli: ſi dilectionē habueritis adinuicē. Hanc Johannes apoſtolus laudat dicens. Qui manet in charitate: in deo manet ⁊ deus in eo. Hanc predicator egregius cunctis virtutibus preferens dicit. Si diſtribuero in cibos pauperum oēs facultates meas: ⁊ ſi tradidero corpus meum ita vt ardeā: charitatem aūt non habuero nihil mihi prodeſt. Deinde ſubiūgit. Patiens eſt charitas benigna eſt. Patiens eſt ad toleranda aduerſa benigna eſt ad bona prestāda. Stude ergo fideliſſime frater omnia patienter tolerare aduerſa ipſos quoq; quos toleras cura diligere.

De charitatis ⁊ humilitatis ꝓnexione. Capitulū. ij.

CErtiſſime tibi ꝓuenit credere q; nunq; charitas ſine humilitate ⁊ obediētia ꝛegnet in homine. Si veram habueris charitatē mox eris humilis ⁊ obediēs. Humilitas nāq; eximia virtus eſt. Hec de terrenis hominibꝰ facit celeſtes. Per hanc diabolus ſuperaꝛ: p hanc eius laqueꝰ vitatur: ſicut beatus Anthonius dicit abbati Paſtori. Vidi omnes inimici laqueos tenſos in via ⁊ ingemiſcēs dixi. Quis putas tranſiet iſtos laqueos. Et audiui vocem dicentem: humilitas: hoc vero beatus Anthonius vtputo non pro ſe tantū vidit ⁊ audiuit. Sed ⁊ pro nobis qui peccatores ⁊ inſipientes ſumus: ⁊ longe ab illius meritis diſtamus vt nos hec legētes: ⁊ opere complentes dyaboli laqueos poſſimus vitare qui ſemp inquirit quomodo nos decipiat. Agit q; magna ſit humilitatis virtꝰ. Martini etiā monachi vita inſinuat quē dicunt etiam in iuuētute valde fuiſſe manſuetum: humilē ac ſapientē: ⁊ pro eius virtutibus tm dicunt deo fuiſſe amabilē: vt dū ad domini cū corpus accederet: angelus ei ſacramēta ꝓberet. Pēſare vero debemꝰ ex hoc miraculo q; magnū donum ſit humilitas: p qd donū tam amabilis ⁊ tā acceptabilis deo adhuc homo mortalis efficitur. CAbbas etiam Daniel miraculum narraꝛ p qd virtus humilitatis declaraꝛ. Erat aūt ait in Babylone filia cuiuſdam illic ꝓtoris demonium habēs. pater autē eius diligebat quēdam monachum: qui dixit ei. Nemo pōt curare filiaꝫ tuam niſi quos ſcio ſolitarios. Et ſi preteris ad eos: non acquieſcent hoc facere propter humilitatē. Sed hoc faciemus quādo venīt afferētes venalia q̄ operanē: dicam⁹ nos emere velle quod vendūt. Et cūvenerint in domum p̄cium accepturi dicem⁹ eis vt faciāt orationē p ea: ⁊ credo q; ſaluabiē filia tua. Exeūtes ergo in plateam: inuenerunt vnum monachum ſedētē vt vēderet ſportellas ſuas: ⁊ tulerunt eū in domū qua ſi p̄ciū acciperet ſportaꝫ: ⁊ cū intraſſet in domuꝫ venit puella q̄ a demonio verabatur: ⁊ dedit alapam monacho. Ille aūt ꝓuertit ei ⁊ aliā maxillā ſm diuinum p̄ceptum. Demon aūt dū torqueret clamare cepit. O violētia mandatoꝝ chriſti expellit me hinc. Et ſtatim mundata eſt puella. Cum aūt veniſſet ſenex indicauerunt ei qd factum erat: ⁊ glorificauerunt deum ⁊ dixerūt. Cōſuetudo eſt diabolice ſuperbie ab humilitate xp̄i corruere. Conſiderem⁹ ⁊ nos o ſanctiſſime frater humilitatē huiꝰ feliciſſimi monachi: ⁊ quātū poſſum⁹ imitari curemus. Si igitur humilitas alteriꝰ ab alio demoniū expulit ſine dubio firmiter credere debemus q; noſtra humilitas diabolum in cordibꝰ noſtris regnare non ſinat. Tunc vere iā humilitatē habem⁹ ſi oībus nos putamus eē inferiores ⁊ oibus veneratiōnē deferim⁹: ⁊ oia q̄ nobis aliꝰ faciūt aduerſa ſ humiliter toleram⁹ ꝓpter deū amorē. De hac virtute domin⁹ in euāgelio dicit. Omnis enī q; ſe humiliat: exaltabiē. ⁊ q; ſe exaltat humiliabitur. Ex iſto enīꝫ verſiculo diſcere debemus q; ſuperbia ꝓtraria ſit humilitati. Ergo ſi vere humiles eſſe volumus ſuperbiaꝫ fugiamus q; ſuperbia deiēcit: humilitas eleuat. Ad hanc virtutem principes apoſtoloꝝ inuitat dicēs. Humiliamini ſub potenti manu dei: vt vos exaltet in die tribulationis. Hec ſentētia manifeſte nobis inſinuat: q; ſi hic dum viuimus humiliare nos curauerimus in tempore tribulatōis vel retributiōis: ideſt in die iudicij oſtēnos pietas exaltabit in celeſti ſcz regno. Jā vo ſuperius dixi q; charitas ⁊ humilitas atq; obediētia abinuicē ſeparari non poſſunt.

De obediētie bono eiuſq; laudibus. Capitulū. iij.

CEt quia hactenus de charitate ⁊ humilitate dictum eſt: reſtat vt ſolerter attendas qualis ſit obedientie virtus. Propter inobediētiam primus homo abiectus eſt de paradiſo. Quapropter ſi illuc vis aſcendere: obediēs eē ſtude. Ut aūt q; magna ſit hec virtus agnoſcas miraculuꝫ tibi ad memoriā reuocabo. CQuidam ſecularis habens tres filios renunciauit ſeculo: ⁊ venit ad monaſteriū relictis filiis ſuis in ciuitate. Et cum eſſet tres annos in monaſterio ceperunt cogitationes ſue ei filios ad memoriam frequēter adducere: ⁊ contriſtabatur pro eis valde: neq; tamē dixerat abbati ſe filios habere. Vidēs aūt abbas eum triſtē dixit ei. Quid habes q; triſtis es? ⁊ narrauit ei q; tres filios haberet in ciuitate: ⁊ quia vellet eos ad monaſterium adducere. Ꝓcepit aūt abbas vt adduceret eos. Qui cuꝫ preteriſſet ad ciuitatē inuenit duos ex his mortuos: vnum vo ſolūmodo remanſiſſe. Quem ſumēs duxit ad monaſterium. Et requirēs abbatē non inuenit illic. Interrogauit aūt fratres vbi eēt ⁊ dixerunt ei q; ad piſtrinum preteriſſet. Ille vo tollēs filium quē adduxit abiit ad piſtrinuꝫ. Et vidēs euꝫ abbas veniētē ſalutauit. Et tenēs infantē quē adduxerat amplexatus eſt eum ⁊ oſculabatur ⁊ dixit patri eius. Amas eum. Et ille rñdit: etiam. Omnino inquit diligis eū. Et rñdit: etiā. Poſtea vo dixit ei. Tolle ergo ſi amas eum ⁊ mitte in fornacem ignis modo dum ardet. Et tenēs euꝫ pr̄ iactauit in fornacē ardentē. Statim aūt fornax facta eſt velut ros: ex qua obedientia acquiſiuit gloriam: quē admodum abraam patriarcha. Hoc ergo miraculū hortor vt memorie tradas: vt ſemp obediētie virtutē ante oculos habeas. Quia ſicut illo tēpore illius monachi obediētia extinxit ignē fornacis ſic ⁊ modo ſi fueris obediēs ipſa virtus in corde tuo ignez vitiorum extinguet in te: ⁊ nequaq; poſt mortez in ignē deſcēdes eternum: ſed ad gloriam aſcēdes celeſtē ſine fine manētē. Ergo ama obediētiam dilige obedientiam: quia magna virtus eſt. Ut autem illius magnitudinē adhuc lucidius intelligas ſequens miraculum frequēter lege. CDicebant fratres: quia narrauit quidā patrū vidiſſe ſe quattuor ordines in celo quoꝝ p̄m⁹ erat hominū infirmoꝝ gratias deo agētium: ſecundus hoſpitalitatē ſectātium inſtanter miniſtrantes eis: tertius ordo in ſolitudine commorātium ⁊ non vidētium homines: quartus ordo erat qui ad obediēdum patribꝰ ſpiritualibus ſe ſubiiciunt propter dñm. Videbaē autē ordo obediētium torq; auream habere: ⁊ multo maiorē q̄ alij gloriam habebat: ego autē dixi ei qui mihi hec omnia oſtēdebat. Quomodo iſte ordo q̄ paruus eſt maiorē q̄ alij gloriam habet. Et ille reſpondit q; hi qui hoſpitalitatē ſectantur ſm ꝓpriaꝫ voluntatē: id ipſum faciunt ſimiliter qui in heremo ſe religant arbitrio ſuo de ſeculo receſſerūt. Hic autē ordo qui ſe ad obediētiam dedit oēs voluntates ſuas abiiciēs: pendet ad deum ⁊ ad iuſſionē ſpiritualis patris: propterea ⁊ maiorē gloriam aliis habet. Quapropter frater chariſſime bona eſt obediētia que propter deum fit. Intēde ergo dilectiſſime virtutis huius aliquod veſtigium vel ex parte. Obediētia ſalus eſt omniuꝫ fidelium: genitrix eſt omniū virtutū. obediētia regni celoruꝫ inuētrix eſt celos aperiens: hominē de terra leuat: obedientia cohabitatrix eſt angelorum: ⁊ ſanctorum omnium cibus eſt: ex hac enim abluti ſunt: ⁊ p hanc ad pfectionē venerunt.

CAmmonitio de virtute continentie. Capitulū. iiij.

IAm tēpus eſt vt poſt trium virtutū doctrinam vigilanter attendas quanta ſit continētie virtus ⁊ q̄ continētia non ſolū in cibo ⁊ potu ſit: ſed etiam in locutione ⁊ ſomno ac veſtitu ⁊ innumerabilibus cauſis. Ammoneo igit dilectionē tuā vt non delicatos cibos queras: nec ante hoꝝ ꝓgruam comedere velis: nec dicas in corde tuo: ecce alij ita vel ita faciunt: ſcito pro certo q; vnuſquiſq; qui in hac vita plus in dei ſeruitio laborauerit eo maiorem mercedem poſt mortem a deo conſequetur. Ne igitur tibi grauis videatur continētie virtus: miraculum hinc qd in tripartita hyſtoria legi ꝓpero. CDoxotheus genere thebeus talē ducere curauit vitam: vt quotidie la-

(obediētie laus
filiū in fornacē (obediēs mittit.

pides a mari colligeret: ⁊ in annis singulis hospitiū edificaret: ⁊ ipsa hospitia dedit illis qui non habebāt. Noctibus aūt ꝓpter eos cibū faciebat sportellas. Eui⁹ cib⁹ erat panis vncie sex: ⁊ olex minuto rum vnus fasciculus: ⁊ ad bibendū aqua bic a iuuēture sic viuēs nec in senectute defecit. Nunq̄ visus est in lectulo soporatus: vel pedes ꝓ requie tetēdisse: aut dormire ꝓ voluntate: nisi q̄ tū operando aut comedendo natura cōpressos oculos claudere potuisset: ita vt sepe duz comedendo dormiret: cibus ex ore eius laberet. Aliquando ergo somno valde grauatus cum in stercore cecidisset obdormiuit. Expergefactus autem ⁊ contristatus sub filētio dixit. Si angelis dormire suaseris ⁊ mihi vlterius suadebis. Quod forte dicebat ad somnum vel ad demonem qui nitebatur bonas eius actiones impedire. Huic laboranti quidam dixit. Cur ita perimis corpus tuum: At ille: quia me inquit illud occidit. Huius vero sacratissimi monachi continentiā tibi scripsime ipsa tibi virtus grauis videretur: vt cognosceres q̄ tum ab antiquis vel modernis quibusdaz patribus distemus. Audiuit ergo beatitas tua qō dororbeus omni anno edificauit cellam ⁊ alijs donauit. Audisti etiaz q̄ in lecto non iacebat ⁊ de pane ⁊ aqua ⁊ herbis viuebat. Non ideo hoc dico: vt tantum facias tu: sed te humilies simulq̄ scias q̄ tam abstinentiam habuerūt patres nostri ⁊ nequa q̄ delicatos cibos queras: presertim cum in prefato libro Hoysi monachi scriptus sit q̄ per multos annos panem tantūmō comederet: ⁊ multum opus faceret. Sed autem annis per totam noctē stans orauit: neq̄ genibus inclinatis: nec oculis in sōno spōte clausis: insuper etiam circubat cellulas mōachorum ⁊ lagenas eorum aqua impleuit cuz longe aut decem aut viginti miliuz aqua maneret. Qui licet ita domaret corpus: priorem tñ valitudinez nō amisit. Hec miracula assidue lege sanctissime frater: ⁊ ꝑ hec cū dei adiutorio i abstinētia ꝓficere stude. Nō simus ergo parati ad omnia quidem concupiscenda recolamus continētiam beati zenonis abbatis Abbas zenon ambulans aliqñ in palestina: ⁊ cū laborasset resedit vt manducaret iuxta cucumerariū Suadebat autem ei aīus suus dicendo. Tolle tibi vnum cucumerem ⁊ manduca. Qui increpās cogitationē suam sibi dixit. Fures ad tormenta vadūt ꝓba ergo teipsum in doctri potes ferre tormenta. Et surgēs stetit in ardore solis diebus quinq̄ ⁊ dixit. Si ardorem solis non possum sufferre quō sufferre potero ignem eternum. Et dixit ad animum suum. Si non potes portare tormenta non rapies cucumerem vt manduces. Uerba igitur tāti viri cōsiderare nos commonent. q̄tum ab ipsius conuersatione distemus. Quapropter perpendamus nos peccatores: ⁊ infirmos esse in comparatiōe sanctorum virorum: vt nosipsos ex illorum meritis despicientes per domini piam misericordiam eorum cōsortium habere possimus.

¶ De continentia visus. Capi. v.

Quod aūt nō in cibo tm̄ sed in visu fit cōtinētia: sequēs miraculū insinuat. Pyor cū de domo patris ad philosophiā cōuersatiōis exiret ꝓ misit denuo nullum se ꝓpin quoz fore visurū. Post alquot vero annos: duz ei⁹ soror eū viuere ⁊ habitare in heremo cognouisset: non cessabat donec eū inspiceret. Quam cum eps loci illius iam grandenā ꝓpter ea videret affligi: scripsit p̄sulibus heremi vt priores dirigerent. At ille qñ cōtemnere nefas est iussionibus seniorum obediens ⁊ assumens quendā venit ad patriam. Cunq̄ ante domus sue ianuā venisset ⁊ suum nunciasset aduentum veniente germana dixit. Ecce ego suz priorq̄to vis aspectu satiare: Tūc illa gratificata laudauit. At ille oratione facta: remeauit ad heremum vbi fodiens aquā inuenit amaram eaq̄ vsus est vsq̄ ad vltimum vite sue diē, post huius obitum nullus ibi habitare prevaluit. Ego autem reor: quia per orationē eā ad suos vsus fecerit dulcem: dum etiaz alibi: non extante oratiōe meruit emanare. Nam cuz moyses ⁊ eius monachi puteum aliquando foderent ⁊ nec venam aliquam reperirent: nec amplius iam fodere altitudo permitteret medio die superuenit priorꝫ oratiōe facta descendit in foueam. Cunq̄ tertio percussisset terraz mox emanauit aqua. Cunq̄ oratione facta discederet illis eum petentibus: vt vel ex aqua gustaret: ad hoc inquit directus sum: ⁊ ꝓpter quod venit peractum est. Propterea vero o sanctissime frater: hec tibi de priore scripsi: vt per te scires q̄ continentia etiam in visu fit necessaria. Audisti vero nunq̄ iste monachus incautus fuit q: nec inobediēs fuit preceptis seniorum: qui illum ad sororē ire iusserūt: nec ipsam vidit: visus ab illa ne contra suum votuz facere videretur: quapropter horto: tuam sanctitatem vt illum studeas imitari. Non sit tibi cura videre di ꝓpinquos tuos vel amicos quos in seculo reliqsti. ⁊ pro illorum cura oratio tueq̄ lachrime non minuantur. ne cum vxore Lotb retro respiciēdo in statuam salis conuertaris, recole ergo illum euāgelij versiculum: ⁊ q̄ nemo mittens manum in aratrum: ⁊ aspiciens retro aptus est regno dei.

¶ De ꝓtinētia locutiōis ammonitio. Capi. vj.

Orto: ēt vt in locutiōe sis ꝓtinēs: vt assidue cū psalmista decāres. Dixi custodiā vias meas vt non delinquā i lingua mea. Posui ori meo custodiaz. Noli igit alijs detrahere. Memēto vo q̄ maria soror Hoysi: suo dei suoq̄ fratri cū detraxisset q̄d illi accidit. Narrat enim hystoria q: ob hanc culpam lepra fuerit maculata septēq̄ diebus manſit extra castra q̄ postmodum per orationez Hoysi fratris sui mundata est. Absit aūt vt ex lingua per quam patrē benedixim⁹: inde maledicamus aut detrahamus ꝓximo. ¶ Recolamus igitur quod scriptū est: q: omnis detractor eradicabitur. Unde eradicabitur oīs detractor. Sine dubio de cetu sanctorum. Ergo ne ⁊ nos de sanctorum consortio eradicemur custodiamus a detractione linguam nostram. Nō detrahamus ꝓximo quē iubemur diligere sicut nosmet ipsos. Et non tantuz a detractione nos opz cessare sed etiam ab ociosis verbis: q: euangelium clamat de omni verbo ocioso qō locuti fuerint boies reddent rationem in die iudicij. Ociosus vo sermo est qui nec ad eius qui eum loquit nec ad ipsi⁹ qui illū audit ptinet ꝓfectum. Noli ergo ꝓferre vba que risum aut cachinnum moueant: sed magis que ad cōpunctionē ⁊ lachrymas: ⁊ ad animarum profectum ptinent. Tuus sermo semp sit sale conditus. Narrat namq̄ hystoria tripartita: ammonē benēfiorum presulem atq̄ theonem multorum monachorū presides fuisse: Ambo namq̄ oratores fuerunt inopinabilium reruz ⁊ diuina prouidētia propbetiaq̄ cōpleti. Dicitur theonem fuisse eruditum egyptiorū grecorum latinorumq̄ studijs: ⁊ triginta annos bauisse taciturnitatem. Porro ammonē a nullo bomine visuz irascētem, aut iurantē: aut mentientem aut vanum aliquem vel asperum vel infirmum protulisse sermonē. Horum tēporibus fuit Helyas monachus in heremo agēs annum centesimum ⁊ decimum: antea tamē septuaginta annis solus vixerat in solitudine: ⁊ vsq̄ ad banc etatē ieiunando: multum silendo: ⁊ viriliter conuersando peruenit. Hec miracula horto: vt frequēter legas vt scias q̄ cautum te in loquendo esse oporteat. Audiuisti ergo nunc: ⁊ vt puto memorie cōmēdasti q̄ doctissimus theon monachus ꝑ triginta annos, tenuit taciturnitatē. Horto: igit vt q: nobis assidue tacere non liz: vel etiam quodlibet id placeat: vt semper a malo detractionis fileas. Ut ergo tibi virtus taciturnitatis placeat audi adbuc q̄d zacharias de ipsa interrogatus rñdit. Dixit abbas pasnor: q: interrogauit abbas Hoyses fratrem zachariaz dicēs. Quid tu vides. Et ille. Nibil melius q̄ tacere pater. Et dixit. Uerum est fili tace. Hora autem mortis eius sedens abbas Ysidorus respexit in celū ⁊ dixit. Lētare: letare fili zacharia: quia aperte sunt tibi ianue regni celorum: vides o sanctissime frater q̄ zacharie ꝑ taciturnitatis maxime virtutem: apte sint ianue celi: vt ergo ⁊ tibi aperiantur ama tacere delecta filere. Legi ego de quodā seruo dei q̄ vt taciturnitatem disceret: ꝑ plures annos lapides in ore portaret. Ammoneo ergo: atq̄ iterum ammoneo: vt linguam tuam custodias: nulli detrabas nemini maledicas nulla risum mouentia verba ꝓferas: cogita q̄ breuis sit vita ⁊ q̄ misera in comparatione eterne. Hec cogitando: ⁊ linguam refrenando: imitando scilicet eorum actum: quoꝝ superius mentio facta est: aduenies eorum consortio. Quoniam autem animo tuo multam taciturnitatem inculcare volo ⁊ quia multa bona opa ꝓpter vitiū lingue pereunt: ideo adbuc vnam sentētiolam subiungam. Uenit in itinere ꝓuersationis abbas Euagrius ad quendam senē ⁊ dixit. Dic mibi abba sermonem quo saluus fiam: Et ille rñdit. Saluus si vis fieri quando venies ad aliquē non prius loquaris: q̄ ipse inquirat. Euagrius compunctus in hoc sermone penitētiam egit in conspectu senis: ⁊ satisfecit ei dicēs. Crede mibi multos codices legi: vtalē eruditionem nunq̄ inueni. Et multum proficiens exiit. Ex bis enim verbis o beatissime frater lucide demonstratur: q̄ beata est illa anima que taciturnitatis pfecte bz virtutem. Dilige banc virtutē posside boc donum: conserua bāc margaritā. Amādum est ergo silentium: quia ꝓ illud humilitas nutritur lachryme generantur ad extremuz multa mala ꝓ illud declinantur.

¶ De vilium vestimētorum appetitu. Capitulum. vij.

Cias denicq̄ o frater q̄ ⁊ in vestimētis sit continētia valde necessaria. Sunt em̄ multi qui putant. q̄ appetitus preciosarum vestium non sit peccatum. Quod si peccatū non esset nequaq̄ dominus Johānem de asperitate vestimenti laudasset. Ait enim turbis. Quid existis in desertum videre hominem mollibus vestitum: Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Johannes vero mollibus vestitus esse negatur: quia qui mollibus vestiuntur: magis terreno regi seruiunt q̄ celesti. Johannes vero primus noui testamenti monachus pilis camelorum indutus fuisse perbibetur. Si ille qui in vtero matris sanctificatus fuit: ⁊ deo multum amabilis atq̄ dilectus extitit: qui fuit verus propbeta ⁊ plusq̄ propbeta: pilis vero camelorum fuit indutus nos qui peccatores ⁊ infirmi sumus: quanto magis debemus vilibus vestibus esse contenti: Si boc culpa non esset: nequaq̄ petrus apostolus per epistolam firmans a preciosarum vestiū appetitu compesceret dicens. Non in veste preciosa. Nemo namq̄ vt ait papa Gregorius: preciosa vestimenta nisi ad inanem gloriam querit. Peccatores eum sumus: ⁊ ideo preciosa vestimenta querere non debemus. Magis vero ornatum mentis querere q̄ corporis debemus. Ornat⁹ mentis est charitas: fides humilitas bonitas ac benignitas. De bis namq̄ virtutibus mens ornatur: sine fine cum deo victura. Caro enim quāuis pre-

q̄ntū ꝑ mo vitā deus vt salvem̄.

ꝓ my monachq̄ no vite stum̄ti.

Ornatq̄ mētis.

cibosis vestimentis cooperiatur q̄ uis auro argento q̄z ornetur: nihil est aliud q̄ caro ⁊ puluis ⁊ lutum ⁊ stercus. Quapropter magno ope ꝓcurare corpis labores debem⁹: nō balneū subide ingrere: nō ornata vestimēta: q̄ si delicate corpus nostrum fouem⁹ hostē nostrum nutrimus. Nullū enim maiorē inimicum nutrit homo q̄ corpus. Corpus aūt trahit mē tē ad pctm. ⁊ iō semp dz illud seruus vt ancilla dei subiugatum habere.

¶ Quod supradicta cū discretionis virtute debeant perfici. Capi. viij.

DEbet nāq̄ corp⁹ affligi p abstinētiā: p vigilias ⁊ p diuersos modos ita tñ vt semper suū officiū suāq̄ obediētiaz possit ꝓficere castigādū sem per ⁊ affligēdum est corpus: vt ad malū opus animā non trahat ⁊ ad pagēdū bonum sit semp idoneū. Naz qui ita corpus macerat vt nec quidē bonū opus facere valeat: discretōis adhuc ignorat virtutē. Ut igit̄ corpus scias affligere ⁊ tēperare vnū supra relatū dō vitaspatrū dicā sermonē. ¶ Dicebāt de quodā patre: q̄ dū secularis eēt ⁊ ꝓiugē habuisset: postea cōuersus tēptabat a satbana ō ea. Ipse ꝯo narrauit hoc patrib⁹. Qui cū hoc audissent: q̄ oparius eēt ⁊ maiora facere potuisset q̄ officio suo agebat imposuerūt ei maiora vt debilitaret corpus et⁹ vt nec surgere posset. Deo aūt disponēte: q̄dā peregrin⁹ aduenit ⁊ ptransiuit: admirās q̄ nemo egressus eēt in occursum eius. Et reuersus pulsauit dicēs. Ne forte frater qui in ea habitat infirmet qui cū pulsasset intrauit ⁊ nimis infirmū inuenit eū: ⁊ dixit ei. Quid habes pater. Et narrauit ei dicēs. Ego de seculari vita sum: ⁊ sollicitat me inimicus de vxore mea: ⁊ narraui patrib⁹ ⁊ imposuerunt mihi onera diuersa. Et cū implere vellem iussa defeci: ⁊ tñ stimulus crescit. Audiēs hec senex: ꝓtristatus est ⁊ dixit ei. Siquidē pres magni viri hñ ipsuerūt tibi onera q̄b⁹ grauaris. Si ꝯo me parulū audire volueris cito inuenies requiē. Nūc paululū cibū sume in tpe suo: ⁊ recollige vires tuas: fac aliquātulū opus dei: ⁊ iacta in dño cogitatū tuū: q̄ tuis labor̄ib⁹ banc impugnationē supare nō poteris. Corp⁹ em̄ nostrū velut vestimētū est si cū discretione tractaueris stabit. Qui cū audisset eū fecit ita: ⁊ infra paucos dies recessit stumulus et⁹. Hāc sciam: ideo volui scribere in isto ordine: q̄ ea q̄ superius ammonui: id est filētiaz nuditas: abstinentia: corporisq̄ castigatio cum discretione sunt agenda. Discretio ꝯo magna virtus est: q̄ p ipsam mala declinant⁹ ⁊ bona seruant⁹. Bonuz ergo opus si fine discretiōe fit: cito deficiet. Discretio em̄ mater est omniū virtutū. Quapropter ⁊ tuā frater doctor dilectionē: vt oia cū discretiōe facias vt nec ad dexterā nec ad sinistram cornuas. ¶ Dehac ēt discretiōis virtute habes hic supra in vitaspatrū. Dicit abbas Antboni⁹. Quia sunt q̄daz cōterētes corpa sua in abstinētia: ⁊ q̄ non habuerunt discretionē longe facti sunt a deo. Supuenit autez q̄dā venationē faciēs in siluis agrestiū animaliuz: ⁊ vidit abbatē Antboniū gaudentē cū fratribus: ⁊ displicuit ei: volēs aūt senex ostēdere ei q̄ opz aliquādo ꝺdescendere fratribus dixit ei. Pone sagittam in arcu tuo ⁊ trahe ⁊ fecit sic. Et dixit ei. Iterū trahe: ⁊ traxit ⁊ dixit senex trahe adhuc. Tūc dixit venator. Si supra modū traxero frāgēt arcus. ⁊ Rñdit abbas Antboni⁹. Ita est in ope dei. Si plus a mēsura tēdim⁹ fratres cito deficiūt. Expedit ergo vel ad momētum hore relaxare iugum cor. Hec audiens venator cōpunctus est ⁊ multū ꝓficiēs in sermone senis discessit ⁊ fratres ꝓfirmati reuersi sunt ad loca sua. Maxima aūt mihi cura fuit hec scribere religiosissime frater: vt ab vtroq̄ periculo te immunē custodias: videlicet vt curā corpis nō dei ꝓponas seruitio: ⁊ rursus vt dei seruitiū explere queas corpi necessaria ministrare nō cesses: quāq̄ tuuz bonū mihi notum fit studium: sed ⁊ nunc ammoneo vt in secūdo loco post ptinētiam discretionis virtutē memorie cōmēdes.

¶ De bono compūctionis que maxime ex mortificatione nascit. Capi. ix.

